Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.

+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.

+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.

+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

C. S. IORDANI, ET AMICORUM.

Y. P. 52.

Digitized by Google

MENTEM ALIT ET EXCOLIT

K.K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

75.P.52

Digitized by Google

BIBLIOTHECA

Historico-Philologico-

THEOLOGICA.

Classis *Octavae*

FASCICULUS PRIMUS.



BREMAE,

Sumptibus JOHANNIS ANDREÆ GRIMMII,

Typis HERMANNI BRAUERI, MDCCXXV.

Digitized by Google

Reverendissimo & perillustri in Christo Patri ac Domino

CHRISTOPHORO,

Liberi atque imperialis

COENOBII LUCCENSIS ABBATI,

Augustissimi magnae Britanniae Regis & Electoris Brunsuicensis & Luneburgensis

CONSILIARIO PROVINCIALI PRIMO,

Statuum ducatus Calenbergici primati, reliqua,

Divinarum, humanarumque scientiarum ut gnarissimo,

ita & promotori summo

Tertium

Digitized by Google

Tertium supra quadragesimum

BIBLIOTHECAE

HVJVS

FASCICVLVM,

Cum ingenuo voto, ut Viri inlustrissimi, cujus cum virtutum, bonorum, ac dignitatis eminentis HEREDEM, cùm divina esse voluit providentia, tum merita propria fecerunt, AETATIS quoque & FELICITATIS exasse HERES constituatur,

L. M. Q. offert, & suae perquam exquisitae observantiae pignus ac tesseram esse vult

EDITOR.

KAISERLICHE KOENIGLICHE HOFBIBLIOTHEK WIEN

En

Digitized by Google

En tibi Syllabum eorum, quae in hoc Fasce apparent.

I. JEREMIAE PHILADELPHI de valle Josaphati ad Joelis III: 2, 12. IV: 14. meditatio p. 1.

II. *Caroli Friderici KRUMBHOLTZII* de *Servatore fustibus caeso* ad Matth. XXVI. 67. Marc. XIV. 65. Joh. XVIII: 22. XIX: 3. diss. p. 35.

III. *Abnonii UTINIS*, demonstratio, quod *Idea electi mundi optimi* à Deo removeri nequeat p. 47.

IV. *Joachimi Christiani JEHRINGII* diss. de *regione TARSCHISCH* p. 78.

V. J. C. HARENBERGII de modo eruendi aurum atque argentum in Arabia & Aethiopia, descriptio Jobi XXVIII. 1-11. p. 93.

VI. *Ejusdem* defensio receptae lectionis Gal. II. 3, 4, 5. p. 104.

VII. *Eilbarti Folcarthi HARCKENROTHII*, vita *Guilielmi GNAPHAEI* p. 111.

VIII. G. OUTHOVII de quarundam vocum, speciatim שמים ac בר, ἐτυμῳ disquisitio p. 120.

IX. Jo. ALBERTI Observationum criticarum in HESYCHIUM specimen p. 149.

X. Anonymi Schediasma de *Concilio*, quod Sec. XVI. primum MANTUAM, deinde VICENTIAM indictum fuit p. 164.

Digitized by Google

בשם שמים:

I.

JEREMIÆ PHILADELPHI,

De

VALLE JOSAPHATI (a)

ex Joëlis III: 2.12. necnon

Valle Excidii Joëlis IV: 14.

meditatio.

§. 1.

ESse δυσνόητα permulta in sacris utriusque fœderis voluminibus, si vel alia deficerent testimonia, quæ est summa inter interpretes in explicandis capitibus non paucis, docet dissensio. Contradicit alter alteri; hic ostendit,

(a) Confer de hoc argumento Dissert. max. vener. REIMMANNI, quæ ornat hujus Bibl. T. VI. Fasc. III. p. 412. sqq.

Digitized by Google

dit, quomodo lapsus sit ille, in securiorem inquirit viam alius, ubi reliquos à veritatis tramite videt aberrasse. Nec tamen raro contingit, ut meliora non afferat, cui sordent aliena; vehementius impingat ipse, aliis id exprobrare paratissimus; imo incidat in scyllam, qui vult vitare Charybdim. Mirum non est, si ingens antiquitatum & rituum, quorum vix quidam ad nos pervenere, iiq; perexigui rivuli, pelagus; si longam rerum gestarum, quarum una alterave tantummodo inaudivimus summa capita, seriem; si ipsam denique styli virorum θεοπνεύστων spectemus sublimitatem atque magnificentiam. Accedit, quod de lingua Hebraica ejusdem hodie peritissimi tantum callent, quantum per temporum licet injuriam. Hæc mecum reputans, vix impetrare à me possum, ut juris faciam publici, si qua in sacri codicis lectione se mihi offerat explicatio à nemine vel paucis jam ante proposita. Quæ tamen me lactat spes, eandem, si qua à vero deflexero, quam alii, impetrandi veniam; imo quod me tenet desiderium rectiora ab iis, quibus mea non probantur, & his meliora norunt, edoceri; stimulum mihi admovit, ut cum perito & benevolo lectore, quæ de *Valle Josaphati & deducendis in illam à Deo gentibus* ex Joëlis cap. IV, 2. 12. opinor, communicem.

§. 2. Perpetuo veluti montium jugo hæc-

ce

ce vallis includitur, nullis se pylis aperiens interpretibus, aut certe peranguſtis. Indefeſſum inveſtigandi ſtudium plurimos ad vallem Cedron, urbi Hieroſolymorum contiguam, detulit. Et cum meliores fere omnes hoc Joëlis vaticinium de extremo à Chriſto in totum genus humanum exercendo judicio sano ore interpretentur; ſunt qui tradidere, hoc loco moti, judicium ultimum in hac ipſa prope Hieroſolyma valle habitum iri. In quibus Chriſtianus *Adrichomius* in Theatro Terræ ſanctæ p. 172. num. 204.

§. 3. Recte ab his diſſentiunt, ne Chiliaſtis aliisve ſuperſtitioſis de terreno quodam, cum Judæis, Meſſiæ regno ſomniandi materiam ſuppeditent, qui typice hæc & per metalepſin à vate dicta malunt, quemadmodum Joſaphat in valle benedictionis inſigni potitus eſt victoria, quæ 2. Chron. XX. prolixe recenſetur, & verus omnino in hunc prophetæ locum eſt Commentarius; ſic Chriſtum in extremo judicio è ſuis veritatisque hoſtibus triumphum eſſe acturum ampliſſimum. In his eſt Stephanus *Fabricius*, Bernenſis Eccleſiæ quondam paſtor, cujus verba ex ſacris ipſius in prophetas minores concionibus, p. 523, huc adſcribi merentur. „Locus, inquit, etiam judicii exercendi deſignatur parabolice: nempe VALLIS JOSAPHAT. Hoc autem non ita accipiendum eſt, ac ſi certa quædam vallis

„sit, in quam totus mundus aliquando co-
„gendus & congregandus sit, ut ibi-
„dem judicium Dei subeat, sicuti su-
„perstitiosi quidam somniant: Sed locutio
„hæc sumta est ab insigni victoria, quã repor-
„tavit rex Josaphat de suis hostibus, quæ de-
„scribitur 2. Chron. XX. Ab hac ergo pugna
„& victoria Josaphati vallis ista hic denomi-
„natur, alioquin dicta vallis benedictionis,
„sive laudis, quia ibi benedixerunt Jehovæ,
„id est, laudaverunt eum, gratias ei agen-
„tes pro tam insigni victoria. Sensus igitur
„est, ac si diceret Dominus: Se aliquando
„cum hostibus Ecclesiæ acturum, quemad-
„modum olim cum Moabitis & Ammonitis
„populi sui hostibus egerit.“ Hæc ille. Eodem quo Fabricius modo exponunt Joh. *Schmidius* in Proph. min. pag. 518. 519. Joh. *Tarnovius* in Proph. min. p. 492. seqq. & alii multi. Nisi quod celeberrimi hi viri vocem יהושפט appellative accipiendam & *Judicium Domini* reddendam existimant. Quod quibus faciant præeuntibus & quo jure, nostrum erit, ut paucis nunc examinemus.

§. 4. Auctoritate nituntur interpretis Chaldæi, vocem יהושפט appellative; ut significet פילוג דינא h. e. *distributionem judicii, contentionem judicii, habendum judicium*, vertentis. Quem & secutus Raschi hunc ad locum ita commentatur: אל עמק יהושפט ארר עמם בעמק יהושפה הדין משפטי יה h. e. In vallem *Joschaphat* hoc

Digitized by Google

„hoc loco reddendum est: Descendam cum „illis in vallem *babendi judicii*. Vocabulum „*Iboschaphat* enim *judicia Dei* hic significat. Sic habent viri celeberrimi, & qui cum iis faciunt, ex ipsis Judæis, quorum vestigia premunt: & Jonathanis in primis auctoritas, propter antiquitatem, videatur non esse nulla. Quomodo vero יהושפט appellativum esse potest, cum Hebræa lingua composita ejusmodi nesciat? Objiciat mihi quis אלמה, & si qua fuerint pauca alia. Ast hæc non sunt vera composita, sed revera binæ voces, quæ cum loquentium celeritate in unam quasi coaluerint, scribendo quoque cum tempore fuerunt contractæ, aut potius manserunt; haud aliter quam ὥνθρωπος pro οἱ ἄνθρωποι apud Græcos, & ab Hebræis מזה pro מה זה, & ejusdem farinæ plura. Vel & concedamus, composita hæc esse; utrumq; tamen simplex comparet integrum, secus ac in יהושפט.

§. 5. Quare עמק יהושפט nobis erit *Vallis Josaphati*, cum vulgata Græca, beato Lutheto, Sanctio, & aliis; quibus addo Kimchium & Abarbanelem, Judæos. Explicaturus quomodo Josaphati cognomen vallis illa fuerit sortita Kimchius subjungit: זוה העמק היה למלך יהושפט אולי בנה שם או עשה שם מעשה ותקרא על שמו „Fuit vallis ista Josaphati, quod in illa forsitan ædificavit aut fecit opus aliquod, unde ab ipso est cognomina-

Digitized by Google

ta.“ Satis mihi jejuna hæc videtur conjectura, cum nullo plane ex historia fulciatur fundamento; posteriori Paralipomenω, aliam appellationis hujus rationem suppeditante. Abarbanel tamen, & quod miror, Drusius ad ipsius abeunt opinionem.

§. 6. Hanc Josaphati vallem, ubinam quærant interpretes verbo jam supra fuit indicatum. Affert Drusius p. 466. historiam ex Josephi Gorionidis lib. 6. c. 74. de Zacharia quodam, ex summa turri, quæ ad mœnia urbis Hierosolymorum fuerit, in terram præcipitato, qui è muro in latera vallis Josaphat ceciderit. A quo magistro se rectissime edoceri existimat vir celeberrimus, vallem hanc Hierosolymorum urbi fuisse contiguam. Est hic unus antiquiorum, qui cum Judæorum tum Christianorum permultis, iisque magni nominis viris, persuasit, eandem esse Cedronis & Josaphati vallem. Unde Adrichomius, quasi re extra omne dubium posita, p. 172. n. 202. „Torrens Cedron, „rivus est ad orientem Jerusalem, inter ipsam „& montem Oliveti, qui pluvialibus aquis „undique de montibus, nec non ex fontibus „ac piscinis auctus, dulci quodam strepitu „per mediam vallem Josaphat atque Gehennon, perque plana deserti in mare mortuum fluens absorbetur.“ Et num 204. „Vallis Josaphat, quæ & vallis Cedron, & „vallis montium vocatur, vallis est lata & pro-

Digitized by Google

„profunda inter Jerusalem & montem Oli-
„veti interjecta, totam ab oriente cingens
„urbem.“ Joh. Lightfootus Operum Vol. II. p. 200. ambigit cum Kimchio, quid de Valle Josaphati statuendum sit; ad eandem tamen sententiam videtur inclinare. Vid. & ejus Vol. I. p. 94. Mihi quidem Josephi hujus auctoritas tanta non est, ut illa abripi me patiar. Argumenta deinceps in medium proferentur, quæ me plane aliter jubent sentire.

§. 7. Jam ne diutiuscule in valle incerta oberremus, examinandum paucis adhuc erit, an de strage hostium Ecclesiæ in valle Josaphati edenda consentiant Commentatores; & quorum explicatio alteri sit præferenda. Missas facimus Judæorum nugas, de suo hæc, quem expectant, Messia explicantium, gentes internecione deleturo & Hierosolymas restauraturo.

§. 8. Gravius fere impingunt, qui in ipsam Josaphato à Deo concessam adversus Moabitas, Ammonitas & Idumæos victoriam hæc à propheta dicta volunt. Ponamus, Joëlem Josaphati ævo vixisse, (quod tamen probatione, singulis fere contradicentibus, multoque recentiorem eum facientibus, indigeret admodum probabili;) nequivit certe propheta, si intelligi a lectoribus voluit, pugnæ vallem ante reportatam in ea victoriam adpellare Josaphati vallem; quod cognomen demum post pugnam & ab ea est nacta.

Digitized by Google

Adeo infirmis hæc opinio nititur talis, ut quod possem, multis opponendi lubens supersedeam labore.

§. 9. Refutans ita sentientes Drusius Comm. in proph. min. p 465. Babyloniis Judæos in captivitatem abducturis eorumque sociis putat interitum prænunciari. „Sequentia, in„quit, satis declarant, hunc locum in„telligendum esse de Assyriis & Chaldæis, „hoc est, de iis gentibus, quæ Chaldæis in „bello adversus Judæos militarunt. Sic Abd. „16. *quemadmodum bibistis* (*vos* Judæi) *in monte meo sacro, bibent omnes gentes jugiter: bibent, inquam & absorbebunt, & erunt ac si non fuissent.* Cum autem *omnes* dicit, nul„lam excipit. Quocirca errant, meo ju„dicio, qui hæc restringunt ad historiam, „quæ narratur 2. Paral. 20. Nam quæ gentes „bellum Josaphato intulerunt, memo„rantur ibi Ammonitæ, Moabitæ, & „Idumæi, nec plures.“ Errent omnino illi: Verum errat & Drusius. Quis enim historicorum memoriæ prodidit, ea passos esse Assyrios & Babylonios, quæ hic propheta minatur? Et quod majus, connexioni quomodo consuletur; cum in antecedentibus effusio Spiritus Sancti in Apostolos facta tam vivis depingatur coloribus, ut non possit vividioribus. Reductorum ex captivitate Judæorum mentio Cap. IV, 1. facta, movit procul dubio virum, ut ita sentiret.

§. 10.

Digitized by Google

§. 10. Nisi connexio & multa, quæ illuc trahi nullo modo possunt, obstarent, rectius se mihi probaret *Tarnovii* conjectura, quam p. 493. inspergit: „Quid vero, inquiens, si totum hoc caput de Senacherib expeditione & „clade intelligatur, quē judicabit Dom. in valle „Josaphat prope Jerusalem, occisis ejus copiis? 2. Reg. 18 35." Cum quo & Lightfoot facit Vol. I. p. 94. Quomodo autem hæc cū promissione effundendi Spiritus sancti cohærent? Qualis tum facta erat captivitatis Judæ & Hierosolymorum reductio? Quid deniq; Tyriis eo tempore & Sidoniis rei cū Judæis fuerat, quod propheta Cap. IV, 4. tam acerbe in eos dicit? Quid Aegyptii peccaverant? quid Idumæi? qui non erant Sancheribi fœderati, sed quos & ipsos populabatur. Nullus dubito, viros eruditissimos & primo inter interpretes loco suo jure ponendos hoc probe perspexisse, quod quibusdam in locis textui hac expositione omnino vis sit facienda. Seduxit autem vallis Josaphati, quam prope Hierosolymorum muros & illo ipso in loco se invenisse crediderunt, ubi Sancheribi illa strages post hominum memoriam maxima, multisque de causis cum hostium Josaphati cæde omnino comparanda, fuerat edita.

§. 11. Denique vero nec ad extremum sub finem mundi judicium insignem hanc Joëlis prophetiam referre audeo. Veniam à tot Theologis, celeberrimis optimeque de Christi ecclesia meritis, qui unanimi consensu

Digitized by Google

hanc amplectuntur ſententiam, peto; quod argumento adductus non uno ipſis non poſſum ſuffragari. Quantus quæſo prophetæ faciendus fuiſſet ſaltus, ſi, modo locutus de effuſione Spiritus ſancti in Apoſtolos ſtatim ad finem mundi & extremum judicium flectere ſermonem voluiſſet! Nimis magno tempora diſtant intervalio. Cur vero ſeparabimus, quæ uti in vaticinio arctiſſime cohærent, ita una temporis ſerie eſſe impleta fide digniſſimis demonſtrare licet teſtimoniis? Non immerito in poſterum eventura credimus, ſi quæ à viris ſanctis legimus prænunciata, quorum veſtigia nulla in hiſtoriis reperimus. Ubi tamen magna opus eſt circumſpectione; cum unico verbo maximi momenti res & hiſtoriæ haud raro attingantur verius quam exponantur. Nec inficias ire quis poterit, præſagiorum in ſacra ſcriptura obviorum completionem ex ſolis interdum exteris ſcriptoribus eſſe petendam. Undecunque vero ſciamus facta jam eſſe quæ Deus per prophetas ſuos juſſit prædici, fruſtra illa adimplenda expectamus. Similia iis accidere iterum atque iterum poſſe, ad quæ ejusmodi vaticinium adplicari commode queat, experientia edocemur quotidiana. Sic accommodari Joëlis vaticinium ad judicium extremum eleganter, concedo manibus ambabus; de eo eſſe explicandum primario, ut credam vix ac ne vix quidem à me impetravero. Admodum enim

Digitized by Google

enim multa sunt in eo vi quadam illuc trahenda. Figurate multa, imo fere omnia, dicta esse facillime largior. Quis vero Ironvevs arguat viros, quod figuris usi sint incongruis & rei absonis? Ego certe non video, quomodo de extremo dici queat judicio, quod Deus ecclesiæ hostes filiis Judæ sit traditurus, ut vendant eos Sabæis, & ejusmodi multa. Figurate loquimur, non ut simus obscuri, sed ut dicamus significantius, ut intelligamur rectius, & rem dicendam auditoribus vel lectoribus sistamus veluti præsentem. Quid si vero reperiamus in præteritis hostium ecclesiæ fata, quibus omnia à propheta vel proprie vel figurate dicta commode respondent, ipsis viris Ironvevs interpretibus? Id jam agemus ut ostendamus.

§. 12. Duplex erit opera nostra. Ante omnia in Josaphati illam vallem, à perpaucis adhuc inventam, lectores erunt deducendi, ut coram intueantur, situmque ejus & res in ea gestas probe examinent; ut à quibus & qua de causa Josaphati ipsi cognomen fuerit inditum ipsi judicent. Dein vero investigandum nobis erit, à quibusnam ecclesiæ hostibus & quomodo Deum sumturum vindictam propheta inflatu divino prænunciet. Si quid invenerit benevolus lector, quod assentiatur, erit quod mihi gratuler: Sin minus, edoceri cupio rectiora.

§. 13. In utroque nobis argumento lucem af-

affundit clariſſimam poſterioris Chronicorum caput vigeſimum. Prolixe ibi deſcribitur Moabitarum, Ammonitarum atque Seiritarum in Joſaphatum Judæosque moventium expeditio. Caſtra poſuerant בחצצון תמר היא עין גדי, *prope Chazezon Thamar, quæ & Engedi.* v. 2. Joſaphatus illorum ſuſtinendo impetui impar divinum implorat auxilium v. 3. ſeqq. De quo impetrando per prophetam Jachſielem certior factus, obviam ire hoſtibus jubetur. v. 14. ſeqq. Quos, עולים במעלה הציץ, *cum jam agmen ducant præter montana Ziz*, ſint offenſuri בסוף הנחל פני מדבר ירואל, *in extrema valle verſus deſertum Jeruel ſpectante.* v. 16. Pugna opus haut fore. Irent tantummodo, ut ſpectatores ſint vindictæ divinæ ab hoſtibus ſumendæ. 17. Confiſus rex prophetæ promiſſionibus, inter preces & cantica copias urbe educit, למדבר תקוע *in deſertum Thecoæ* adjacens. v. 18. ſeqq. Ante vero quam illuc pervenirent, diſcordes inter ſe hoſtes facti ſemet peremerant. Invenerunt igitur cadavera cæſorum hinc illinc in valle jacentia, tanta edita ſtrage, ut nulli fere fuga ſalutem invenerint. v. 22. ſeqq. Tantam repererunt prædam, ut integro triduo illa occupanda detinerentur. v. 25. Quarto die in ipſa illa valle gratias ſummo numini pro tanta liberatione perſolverunt humillimas. Unde hæc vallis cognomen עמק ברכה *vallis benedictionis* vel *gratiarum actionis*, eſt ſortita.

Digitized by Google

tita. v. 26. Cum gaudio dein & jubilis Hierosolyma sunt reversi. v. 27. 28. Et ex eo tempore pace constanti fruebantur. v. 29. 30.

14. Breve hoc laudati capitis dedisse argumentum, est digitis vallem Josaphati, quam quærimus, commonstrasse. Quis enim non videt, me non monente, unam esse vallem, עמק יהשפט, סוף הנחל פני מדבר עמק הברכה, & עמק החרש ירואל, quomodo similiter à Joële cognominatur c. IV, v. 14.

§. 15. Jam non ad Hierosolymorum mœnia vallis Josaphati à nobis erit quærenda, quam invenimus, בסוף הנחל פני מדבר ירואל, h.e. *in extremitate vallis versus Jeruel spectante.* Huic vero ubinam assignabimus situm? Illam enim omnes ignorant Geographi, uno excepto Adrichomio; qui vero, p. 50. num. 162. præter nudum nomen nihil quicquam de situ habet. Imo fingit torrentem in hac ipsa valle, de quo in sacris nulla mentio; quando p. 55. num. 240. scribit: *Torrens contra solitudinem Jeruel, juxta quem Moab, Ammon & Seir perierunt à facie Josaphat.* 2. Reg. 20.,, נחל non est torrens hoc loco, sed vallis.

§. 16. Cum igitur solatium aliunde frustra quæratur, ipsum laudatum posterioris Chronicorum caput Geographorum supplet defectum. Qui primum Joëli afferebant de hostium adventu nuncium, eos prope *Engedi* castra posuisse indicabant. Progressi dein fuerant

rant ad montana *Ziz*, offendendi à Josaphato in extremitate vallis è regione deserti *Jeruel*. Rex Josaphat obvius iis factus in desertum *Thecoæ* subjectum pervenit. Res equidem in expedito esset, si non æque ignoraretur *Ziz* atque *Jeruel*. Habet quidem Ptolemæus Arabiæ Petrææ *Zisam*, lib. 5. c. 17. Hæc vero Judææ illa Ziz esse nequit; nisi ille nimium regiones locorumque situs, quod haut raro facit, confundat: Sunt enim Ptolemæi incerta fere omnia, nisi antiquorum alii illum illustrent. Sufficiat ergo nobis, vallem, quam insignis hæc victoria nobilitavit, intermediam fuisse Engedi & Thecoæ urbibus; quarum satis certum definire possumus situm.

§. 17. *Engedi* sive *Engaddi* oppidum ad latus Asphaltitæ adpositum fuisse occiduum omnes consentiunt Geographi. In eo dissentiunt, quod aliqui ad superiorem, qua Jordanem omnem recipit; plures iique potiores ad inferiorem lacus linguam vel sinum id collocant. Sive ad hos sive illos accedamus, parum ad rem faciet præsentem. Operæ tamen fuerit pretium, verum oppiduli hujus situm definire; quo rectius hostes Josaphati ad internecionis suæ vallem progredientes prosequamur. Ad inferiora ponit Stephanus Byzantinus: Ἐγγάδα, κώμη μεγάλη πλησίον Σοδόμων Ἀραβίας.„ Engada, vicus est magnus, prope Sodoma Arabiæ.„ Sodomam vero circa australem lacus Asphaltitæ sinum fuisse re-

Digitized by Google

recentiorum nemo dubitat. Ad medium circiter lacum videtur collocasse Josephus Antiqu. lib. IX. c. 1. in relatione hujus ipsius Moabitarum & sociorum in Josaphatum expeditionis. Κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, inquit, ἐστράτευσεν ἐπ' αὐτὸν Μωαβίτης καὶ Ἀμμανίτης, συμβαλλόμενοι Ἀραβίων μεγάλην μοῖραν, καὶ καταστρατοπεδεύσαντες πρὸς Ἐγγαδὲ πόλιν. κειμένην πρὸς τῇ ἀσφαλτώδει λίμνῃ, τριακοσίοις ἀπέχουσαν σταδίοις τῶν Ἱεροσολύμων. *Circa idem tempus bello eum* (Josaphatum) *persequuti sunt Moabitæ & Ammonitæ, magna Arabum sibi turba juncta. Castra posuerunt ad Engade urbem, adjacentem Asphaltitæ lacui, & trecenta stadia Hierosolymis dissitam.* Hoc Josephi loco Relandus in Palæstina, p. 448. 449. argumentis vero admodum debilibus, probare annititur, adpositam eam fuisse parti maris bituminosi septemtrionali. Quod ut possit, affert ejusdem Josephi auctoritatem, longitudinem maris bituminosi ad 580. stadia extendentis, lib. IV. de Bello cap. 27: Ταύτης τῆς λίμνης μῆκος μὲν ὀγδοήκοντα καὶ πεντακόσιοι σταδίοι, κατὰ δὲ μήκος Ζοάρων τῆς Ἀραβίας ἐκτείνεται. Εὖρος δὲ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. *Lacus hujus longitudo quingentorum & octoginta stadiorum est; nam usque ad Zoara Arabiæ extenditur: latitudo centum quinquaginta stadiis patet.* Hinc concludit Relandus, Engedi plus quam 600. stadia Hierosolymis abfuisse, si ad sinum lacus australem fuisset posita. Quasi vero parti lacus australi adposita dici nequiret, nisi in extre-

tremo illius fuerit limite. Hoc diſerte Hieronymus, cui ibi contradicit, non aſſerit Auſtrali lacus parti adpoſita fuit, dummodo extremitati illius meridionali quam ſeptemtrionali fuit propinquior. Cur autem vir celeberrimus non recta via Hieroſolymis ad lacum cum Joſepho pergit, ſed ambages Hierichuntem & ad Jordanem quærit? Hos ut ſequamur anfractus ad minuendam oppidi Engaddi ab Hieroſolymis à Joſepho datam diſtantiam ratio ſubeſt nulla; admodum ſunt multæ, ut longius paulo removeamus. Quotquot fere Scripturæ ſacræ loca oppidi Engedi faciunt mentionem, ad extremos, qui Judæam meridiem verſus includunt, limites id rejiciunt. Si conferantur capita XXIII. XXIV. & XXV. prioris Samuelis, dubitare nos non ſinunt, hunc fuiſſe urbium ibi memoratarum ſitum, procedendo à ſeptemtrione verſus auſtrum: *Ziph*, *Engedi*, *Maon*. David fugiens inſidias Saulis in ſolitudine *Ziph* latitabat. Cum ibi tutum ſe non videret, in deſertum *Engedi*, finibus Judææ propinquius, ſe recipiebat. Verum nec hic ſecurus, in ſolitudinem *Maon*, Judææ partem extremam qua in meridiem vergit, & Arabiæ deſertum *Pharen*, promovebat. Fuit autem *Ziph* in octavo milliario ab *Hebrone* verſus auſtrum & orientem; *Hebron*, ut Hieronymus tradit, ultra viginti millia in meridiem ab Hieroſolymis recedit. Jam cum *Engedi* magis adhuc in auſtrum

Digitized by Google

strum vergat, trecentorum ad minimum stadiorum intervallo recta linea Engedi & Hierosolyma dissita fuerunt. Imo longius abfuit Hierosolymis, si non oppidum, certe deserti Engedi pars australior. Nullum sane est dubium, quin longo adhuc intervallo versus austrum desertum *Engedi* à *Ziph* positum fuerit aut se extenderit, in australi limite Judææ, eoque extremo. Quantum enim ex Gen. XIV: 7. adparet, in eodem fuit cum Kades tractu; quippe quod prius contingerent Kedorlaomor & socii quam ad pentapolin pervenirent, igne cœlitus deinceps delendam. Nec impedit, quod ibi חצצן תמר adpellatur. Utrumque nomen 2. Chron. XX. legitur. Hujus, de qua nunc est sermo, adpellationis rationem explicat Josephus Ant. lib. IX. c. 1. Τυγχάνει δὲ ὁ τοῦτο φοινὶξ ὁ καλούμενος, καὶ βαλσαμον. „Fert regio circa Engedi egregia „palmeta & balsamum„. Interdum & nude תמר dictum fuit; quemadmodum Ezech. XLVII. 19. Ubi limes Judææ constituitur meridionalis ab hac *Thamar*, per *Cades*, ad *mare mediterraneum*. Jam quis *Engedi* oppidi & deserti situm non videt, in ipsis ferme Judææ & Arabiæ confiniis, ad linguam maris mortui inferiorem, nec adeo longe ab ultima hujus sinus extremitate. Id quod miror Relandum non animadvertisse. Hoc in deserto Moabitæ, Ammonitæ & Seiritæ primo sua castra collocaverant.

§. 18. Supereſt, ut paucis *Thecoæ* illuſtremus ſitum. Hæc *Hieroſolymis* in auſtrum aberat duodecim millibus, Hieronymo in Eſaiæ VI, 1. & Euſebio teſtibus. Eodemque Hieronymo in Amos prophetam monente, ſex millibus ad meridianam plagam diſtabat à Bethlehemo; quod Euſebius in ſexto ab Hieroſolymis ponit miliario, in via quæ Hebronem ferebat. Joſephus lib. V. de Bello c. 7. Herodio vicinam fuiſſe docet; cui 60. ſtadiis ab Hieroſolymis verſus auſtrum, Antiqu. XIV, 28. XV, 12. de Bello I, 11. 16. & 200. ab Hierichunte ſtadiis, de Bello I, 21. locum aſſignat. Ex quorum collatione adparet, ita Hieroſolymis verſus auſtrum fuiſſe, ut in orientem ſimul ab Hieroſolymorum meridiano declinaret, nec longe ab Asphaltite lacu recederet. מדבר תקוע, *Deſertum* ſive *campeſtria Thecoæ* in celebrem vallem mari mortuo adjacentem deſinebant; quam à Tiberiadis mari ad ultimos Asphaltitæ lacus fines, imo vel ulterius, ſe extendentem Joſephus de Bello V. 4. magna induſtria deſcribit.

§. 19. Hæc uti ingentis longitudinis, ita ſatis quoque amplæ latitudinis vallis τὸ μέγα πεδίον dicebatur. In cujus magnæ planiciei parte inferiori mari bituminoſo adjacebat Engedi, prout ſupra oſtendimus; Eratque מדבר עין גדי, *ſolitudo* ſive *campeſtria Engedi*, ubi David latitabat 1. Sam. XXIV, 2. hujus ſpacioſæ vallis pars. In his circa *Engedi campeſtribus* prima in

Digitized by Google

in Judæa Moabitæ & socii castra posuerant. 2. Chron. XX, 2. In eadem hac valle pergentes, ne tot Judææ transcendere montes cogerentur, prætermeabant מעלה הציץ *adscensum* sive *montana Ziz.* v. 16. In hac quoque valle, ex promisso prophetæ Jachsielis, offendendi erant à Josaphato illiusque copiis; & quidem בסוף הנחל פני מדבר ירואל, *in extremitate vallis è regione campestrium Jeruel desinente.* Non quod ipsa hic vallis terminetur, quæ ad lacum Genesareth usque procurrit; sed quod à latere sinu quodam flexuque montibus se insinuans altero cornu per aliquot stadia in mediterranea excurrat, ibique desinat è regione solitudinis *Jeruel.* Hunc ingressi sinum Josaphati hostes in montana ex eo ascendere cogitaverant, & Hierosolymam recta jam via pergere. Dei vero providentia impediti, suismet se jugulabant gladiis, in valle quam ingressi fuerant sepeliendi.

§. 20. Non jam afferemus, quas possemus de *Jeruel* conjecturas; cum aliunde satis certum extremitati vallis, in qua cladem hanc insignem Moabitæ & socii sunt perpessi, assignare queamus locum. Cum enim Josaphatus cum copiis suis ad *campestria Thecoæ* devenisset, & in subjectam prospicerent vallem, attoniti videbant hostium suorum cadavera humi jam strata, ut finito bello de præda facienda ipsis tantummodo esset cogitandum v. 18. seqq. Quidni ergo colligamus, ipsa

Thecoæ campestria esse סוף הנחל; laudatam illam *vallis extremitatem*; aut ad *Thecoæ* urbem hunc vallis sinum, de quo propheta Jachsiel dixerat, desiisse. Quare quem Thecoæ dedimus situm, eundem jam merito constituimus vallis, in qua strages illa celebris Josaphati hostium fuit edita. Aberat itaque illa סוף הנחל, extremitas vallis, de qua sermo est, duodecim circiter millia passuum Hierosolymis.

§. 21. Eadem hæc est עמק החרוץ, *vallis internecionis*, quod nomen Joël cap. IV, 14. ipsi tribuit, ab hac hostium Josaphat cæde ibi perpetrata, & simili ecclesiæ hostium aliquando sequutura.

§. 22. In hac ipsa valle Judæi præda graves, quam per integrum triduum cæsis abstulerant, quarto post cladem die gratias Deo, Josaphato præeunte, agebant quam humillimas. Quid enim nos moveat, quin gratiarum actionem in eadem hac valle statim factam credamus? Historicus sacer hoc omnino innuere videtur. Ubi enim de spoliis abreptis retulit, ita pergit v. 26: וביום הרביעי נקהלו לעמק ברכה כי שם ברכו את יהוה על כן קראו את שם המקום ההוא עמק ברכה עד היום: *Die dein quarto congregabantur.* Hinc inde prædæ causa dispalantes in ordines denuo coire cogebantur, לעמק ברכה, *in valle benedictionis*, vel *gratiarum actionis*; quomodo illam cognominat anticipando. Statim tamen rationem sub-

subjungit novæ hujus adpellationis: *Quia eum gratias ibi Deo agebant*, postquam ex præda congregati iterum fuerant, hunc ipsum in finem convocati; *binc locus ille* עמק ברכה, *vallis gratiarum actionis, fuit adpellata; & hoc nomen retinet ad diem usque hodiernum.* His Deo gratiis in ipso victoriæ & tantæ ab hostibus factæ liberationis loco publice rite peractis, reversi demum Judæi Hierosolyma dicuntur, v. 27. 28. An huc trahendus sit locus Καβαρβαείχα, quem ex Epiphanio Relandus allegat in עמק הברכה p. 356. qui tria milliaria Hebrone abfuerit, non equidem dixerim. Si est, Hebroni fuit ad septemtrionem, ita tamen ut simul orientem versus declinaret, & lacui bituminoso esset propinquior. Et vel tribus milliaribus major inter eum & Hebronem fuit distantia; vel sinus ille vallis, in quo fusi sunt Moabitæ cum sociis, aliquot milliarium habuit latitudinem à septemtrione versus austrum. Quod autem, referente Adrichomio p. 44. num. 72. ex Hieronymo, Paula in montem, cui hæc villa superstructa fuit, ascendens, in eo speluncam Lothi fuerit contemplata, aut fabula est; aut aliam videns speluncam, eam esse in qua delituit Lothus cum filiabus, falsis decepta credidit traditionibus, quæ Sodoma ad superiorem lacus Asphaltitæ linguam collocarunt.

§. 23. Quemadmodum vero hæc vallis à cæde hostium cognomen עמק חברון, & à

gratiis Deo ibi actis עמק ברכה est nacta; ita tertium עמק יהושפט, à rege Josaphato, cui Deus celebrem hanc ab hostibus suis victoriam in illa concesserat, Joël propheta eidem imponit. Consentiunt mecum interpretes plurimi, prophetam ad Josaphati historiam respicere; in eo dissentire vidimus, quod ad mœnia Hierosolymorum plerique valli locum assignant. Pessime; cum vallem החרוץ, vel in qua hostes Josaphati prostrati sunt, longius ab Hierosolymorum urbe removere cogantur. Synonyma autem esse prophetæ Joël עמק יהושפט & עמק החרוץ, vel cœcus videat, si conferantur capitis IV. v. 12. & 14. עמק ברכה vulgo eam fuisse cognominatam expressis verbis sacra scriptura testatur: *Josaphati* atque *excidii* cognomina ipsi fuisse imposita nusquam docemur, nec nisi apud Joëlem ea legimus. Quare dubitari possit, an in vita communi his appellari nominibus consueverit. Hoc vero nihil ad nos. Omnia recte se habent, dummodo legentibus de eadem hac valle intelligi & potuit & debuit propheta. Non potest autem non ab omnibus historiæ hujus non plane imperitis. Haut raro ab hominibus cognominari locos, in quibus singulare quid aut egerunt aut sunt experti, perquam multis scripturæ sacræ exterorumque scriptorum testimoniis, nec non experientia docemur quotidiana. Non desunt argumenta, quibus adduci queamus

Digitized by Google

mus ut credamus, vulgo hoc Josaphati cognomentum valli, de qua loquimur, esse impositum: Verum & in contrarium sunt, quibus à solo hoc factum esse propheta persuadeamur. Quod licuit vulgo, idem licuit & prophetæ. Sive hanc amplectamur sententiam sive illam, neutra nobis repugnat. Jam qui Josaphati vallem nobiscum non credit eandem esse, in qua Josaphati hostes sunt fusi, argumentis nos oppugnet necesse erit, & aliam monstret Josaphati quodam facinore celebrem, à quo ita mereatur cognominari. Celebriorem autem hac nostra vix quisquam invenerit; imo si conjecturas insuper habeamus, nulla se offeret alia quodam Josaphati facto inclyta.

§. 24. Habemus, quam investigavimus, *Josaphati vallem*, non uno, sed quatuor nominibus superbientem: עמק הנחל בני מרבי ירושל à situ; עמק מחרץ à strage Moabitarum, Ammonitarum & Idumæorum in illa edita; עמק הברכה à gratiis Deo in eadem ob concessam sibi victoriam à Josaphato persolutis; עמק יהושפט à rege Josaphato, qui in ea hanc victoriam ab hostibus suis reportavit; aut qui suos in eam deduxit, ut victos à Deo hostes spectarent potius & deprædarentur quam cæderent. Reliquum est, ut examinemus, quænam sit hostium strages in Josaphati valle repetenda, & quinam illi sint hostes, de quibus Joël propheta.

§. 25. Quem tutius sequamur, Petro Apostolo Joëlis interpretem neminem reperiemus. Hic Act. II, 16: Τοῦτο ἐστι τὸ εἰρημένον διὰ τοῦ προφήτου Ἰωήλ. De suo explicat tempore hoc Joëlis vaticinium. Objiciatur, de illa prophetiæ parte loqui Petrum, qua effusio Spiritus sancti in fideles promittitur. An non vero ipsissima Joëlis sunt verba, quæ subnectit A. 19. 20. 21: Καὶ δώσω -- ὄνομα Κυρίου σωθήσεται? Hæccine etiam de donis spiritus sancti interpretabimur? Nequimus sane. Minæ sunt, non promissiones. Petrus vero cum antecedentibus hæc conjungit, quod eodem cum illis tempore erant implenda. Instituerat dicere de eo, quod in festo pentecostes mirabantur alii, alii eludere tentabant, miraculo; non quæ in fine mundi eventura explicare. Cum enim discipuli Christi sancto spiritu repleti dialectis variis loquerentur τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ, quo ipso timorem incutiebant plurimis; non deerant tamen homines profani, qui irridentes calumniabantur ipsos vino graves ejusmodi garrire. Quare Petrus: Non vinum loqui, sed spiritum sanctum. Instare, imo adesse jam, de quibus Joël propheta dixerit tempora, læta fidelibus, impiis autem atque incredulis tristia & luctuosa. Quemadmodum videant, ad tenorem prophetæ Joëlis, προφητεύσαντος indoctos, qui non sint γραμματεῖς; ita nec dubitent, verissima esse, quæ divino acti spiritu pro-

Digitized by Google

pronuncient, reliqua quoque ex Joële impletum iri incredulis & Jesu Messiæ hostibus internecionem minantia. Jamjam Christum vindictam sumturum ab impia Judæorum gente, quæ ipsum Messiam non tantum repudiaverit, sed & trucidaverit. Allegantur quidem ex Joële tantummodo signa atque prodigia τὴν ἡμέραν Κυρίε τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ anteceſſura; quis vero non videt cum ſequentibus prophetæ hæc cohærere? Male certe, imo peſſime, ſepararemus; cum de eodem hoc tempore iisdemque fatis commode imo commodius quam de aliis poſſint exponi. „Nam ecce! pergit propheta, illis diebus & illo tempore, quo reduxero captivitatem Judæ & Hieroſolymorum, congregabo omnes gentes, & deducam eos in vallem Joſaphati,“ & reliqua. Ἡμέρα illa Κυρίε ἡ μεγάλη καὶ ἐπιφανὴς eſt ipſum illud tempus, quo gentes ſive eccleſiæ hoſtes in vallem Joſaphati dicuntur deducendi atque cædendi. Quando itaque Petrus teſtatur, adeſſe tempus quo edantur prodigia τὴν ἡμέραν κυρίε τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ anteceſſura; neceſſario inde ſequitur, nec longe illam diem abfuiſſe, in qua eccleſiæ hoſtes in valle Joſaphati fuerint delendi. Sic Petro interprete intelligi nobis poteſt inſignis, de quo eſt ſermo, Joëlis prophetia. Lanienam à Joële fuiſſe prænunciatam docet Petrus non gentium exterarum, ſed ipſorum Judæorum, qui olim quidem Dei

fuerint populus; jam vero, perpetrata cæde filii sui & incredulitate pertinaci, hostes Dei sint facti. Quare hortatur auditores v. 40: Σώθητε ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς σκολιᾶς ταύτης.

§. 27. Idem procul dubio fuit argumentum orationum reliquorum fidelium spiritu sancto impletorum, & ἑτέραις γλώσσαις τὰ μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ λαλούντων. Quis enim ignorat, τὰ μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ vocari facta Dei stupenda atque miranda facinora, quibus suorum prospicit saluti, hostium vero vel compescit insultus, vel, qua voluerant suos, eadem ipsos subvertit internecione, jure talionis? Non ignoro quidem, Judæos in festis suis, majoribus inprimis, occasione decantati sui Hallel haggadol multis deprædicare solitos fuisse magna Dei beneficia tempore exitus ex Aegypto genti suæ exhibita, quæ ipsi τὰ μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ, & quidem κατ' ἐξοχήν, solent vocare; necnon benignam ex captivitate Babylonica liberationem, & quæ hanc secuta erat, Nehemiæ, Estheræ & Maccabæorum temporibus, à vicinorum injuriis defensionem. Nec inficias eo, הלל הגדול & olim perpetrata Dei facinora occasionem Christi discipulis submINistrasse, τὰ μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ suo tempore patranda prioribusque multo futura excellentiora celebrandi atque divulgandi. De futuris autem, non præteritis, præcipue peroraverunt. Ita ut sentiam argumento adducor non uno. Finem adesse reipublicæ Judaicæ à ma-

Digitized by Google

magistro suo Jesu plus simplici vice erant edoti. Hinc non erat quod de instauratione reipublicæ paucis post annis destruendæ, imo cujus ruinam cum Petro veluti jam præsentem intuebantur, tam magnifice ad præsentes loquerentur. Nec materiam habebant de Judaicæ, qualis tum erat, gentis gaudendi incrementis; quam Christianis rebus videbant inimicissimam. Rectius cum Johanne Zachariæ filio inculcabant, ne jactarent Judæi, quod Abrahamum eosque patres habeant, quorum in gratiam Deus quondam prodigia varia ediderit; sed meminerint, Deum vel ex lapidibus, filios Abrahamo posse suscitare. Exprobrandum ipsis erat acerbe, quod Jesum Messiam ad salutem sibi reparandam à Deo missum in crucem suspenderint; & serio inculcandum, nisi pœnitentiam facinorum agant, vindictam divinam capitibus suis jam imminere. Ejusmodi fuisse argumentum orationum variis dialectis à singulis habitarum licet concludere ex verbis, Petri jam supra laudatis, v. 16: τοῦτό ἐστι τὸ εἰρημένον διὰ τοῦ προφήτου Ἰωήλ. Id quod videtis, inquit, & quod viros hosce spiritu sancto repletos prædicere atque monere auditis, ne contemnatis, sed credatis, id ipsum esse quod jam olim Joël propheta vaticinatus est, nostris nunc temporibus eventurum. Hæc satis declarant, Petrum & Apostolos celebre Joëlis vaticinium de cæde hostium gentis suæ in

val-

valle Josaphati à Deo repetenda de gentis Judaicæ & Hierosolymornm excidio intellexisse, & nos ut idem faciamus docere.

§. 28. Jam si conferamus Josephum & omnes, qui res illorum temporum memoriæ prodiderunt; eventus quoad singula tam accurate Joëlis vaticinio respondit, ut definire non ausim, quis omnes vividius descripserit & veluti depinxerit circumstantias, propheta, an historici? Singula illius verba videntur ab his repetita, nisi quod ille de futuris, hi de præteritis loquuntur. Eodem ab his plane modo referuntur evenisse & ordine, quo propheta prædixerat, & omnia tantam cladem anteceſſura, & ipsa gentis eversio, & hanc sequutæ calamitates nunquam satis deplorandæ. Par ratio fatorum prosperorum, quæ ecclesiæ Christianæ propheta auguratur. Operæ foret pretium, singula prophetæ cum historicorum conferre verbis; quo evidentius pateret, de hoc tempore prophetam locutum fuisse, non de alio. Quod vero faciendum cum in præsentia mihi non sumserim, utpote à meo alienum proposito, in aliud forsitan tempus rejicio; confisus, quæ dicta jam sunt, satis his sententiam meam iri confirmatum. Missis adeo ceteris, paucis tantummodo pondus, quod ineſt verbis, quibus in vallem Josaphati hostes dicuntur deducendi ibique cædendi, adhuc sub examen revocabo.

§. 29.

Digitized by Google

§. 29. Bene Stephanus Fabricius loco jam supra laudato, non proprie hæc, sed figurate esse intelligenda, quod Deus aliquando cum hostibus ecclesiæ sit acturus, quemadmodum olim cum Moabitis & Ammonitis populi sui hostibus egerit. Qua vero de causa prophetareipublicæ Judaicæ eversionem pingit præcise imagine hostium in valle Josaphati cædendorum? Qua ratione Judæi in valle Josaphati delendi נוים nomine adpellantur? Quænam illa denique ex captivitate liberatio Judæ & Hierosolymorum, quæ cædem hanc ingentem dicitur antecessura?

§. 30. Significantissima est figura, qua eversio reip. Judaicæ per Titum comparetur cum cæde Moabitarum, Ammonitarum & Idumæorum in valle Josaphati; prout videbimus, singulis utriusque facti circumstantiis probe invicem collatis. Rex Josaphat, in cujus gratiam Deus hostes populi sui tam cruenta clade prostraverat, typus est Christi, regis Judæorum atque piorum, perfectissimus. Ille abrogavit aras, in quibus extra Hierosolyma, nulla interdicti divini habita ratione, Judæi vel idolis, vel Idololatrico more vero Deo, sacra faciebant; emisitque anno regiminis tertio, qui per totum suum regnum legem domini populum docerent. Christus quomodo ab omnibus impuritatibus, à Pharisæis inductis, Dei perpurgaverit cultum; imo legeabrogata ceremoniali, quæ post suum adven-

ventum nullius amplius erat usus, internum eumque Deo longe acceptiorem homines docuerit; instruxerit denique discipulos, qui doctrinam suam in toto propalarent orbe, ne solis Judææ limitibus salus ex ea suaque redemtione in homines redundatura includeretur: nosmet testes esse possumus.

§. 31. Tantos jam reges & tam gratos Deo injusto persequebantur bello, illum Moabitæ, Ammonitæ ac Idumæi, vicini iidemque consanguinei; hunc cives Judæi. Merito hostibus suis objicere poterat Josaphat 2. Chron. XX, 11. quod sint גמלים רע תחת טוב. De Christo quid dicemus, qui in mundum venerat, ut redimeret populum suum à peccatis, & a servitute Diaboli eos liberaret? Imo qui & in cruce pendens patrem suum cœlestem multis & supplicibus verbis orabat, ne parricidium in se commissum ulcisceretur.

§. 32. Judæi, sanguine tam mitis sui regis atque redemtoris inquinati, jam non habebant amplius quod objicerent Moabitis atque Ammonitis sanguinis maculam; aut Idumæis, quod proavus ipsorum primogenituræ prærogativa parvi habita verum paterni Dei cultum missum fecerit atque vicinarum gentium peccatis & idololatria se suosque contaminaverit. Ipsos jam spurios & rebelles merito dici Christus & Apostoli plus simplici vice objecere. Degeneres facti sui non amplius

Digitized by Google

plus similes erant, sed barbari, לא עמי. Quod falsè exprimit Joël, גוים eos appellando; nomine proprio quidem gentem quamcunque significante, quo sensu & de ipsa Judæorum gente in sacris aliquoties legitur; quod vero significatu strictiori apud Judæos vulgo recepto hodieque Græcorum atque Romanorum *barbaris* æquipollet. Exulabant Judæi in ipsa Judæa. Hierosolyma, urbs dei sancta scelerisque pura, ab ipsis obsidebatur atque angebatur impiis Hierosolymorum incolis, veritatem divinam pro viribus oppugnantibus.

§. 33. Adeoque pii, Christo nomen suum professi, merito à propheta è captivis liberi facti dicuntur, eorumque cœtus *reducta Judæ & Hierosolymorum captivitas*. Quam prophetæ figuram totius N. T. stylus luculentissime illustrat.

§. 34. Quæ cum ita se sint habitura, genti Judæorum improbæ, Moabitis Ammonitisque, spuriis, atque Idumæis, idololatris, quoad omnia simillimæ, similem quoque prophetam minatur exitum, stylo pathetico atque sublimi: *Congregabo omnes gentes* (omnes Judæos, ex servis aut rectius filiis meis גוים, *barbaros* factos,) *in vallem Josaphati. Ubi vindictam ab ipsis sumam propter populum meum & hæreditatem meam Jischrael.* Hoc est, propter cædem filii mei Jesu, regis Israëlis spiritualis, perpetratam, & quod asseclas ejus odio per-

se-

sequuntur æterno; simili Judæos rebelles perimam modo, quo olim Josaphati hostes in valle prope Thecoam sunt oppressi.

§. 35. Magnitudinem cladis describit propheta, quod sit futura universalis. Sic enim de Josaphati hostibus 2. Chron. XX, 24: ראין פליטה. Simillima fata Judæorum remp. experturam propheta auguratur. Fuerantque tam sane dura atque horrenda, ut sine horrore nequeant legi historicorum monumenta. Tacitus lib. 5. hist. c. 13: „Multitudinem obsessorum omnis ætatis, virile ac „muliebre sexus, sexcenta millia fuisse accepimus.„ Horum autem tam pauci in vita sunt conservati, ut omnes periisse dici queant. Josephus, cui major in his fides habenda, multo plures trucidatos esse tradit. Τῶν μὲν ἁλόντων, inquit de Bello lib. 7. c. 17. αἰχμαλώτων πάντων ὅσοι καθ' ὅλον ἐλήφθη τὸν πόλεμον ἀριθμὸς, ἐννέα μυριάδες, πρὸς ἑπτακισχίλιοι συνήχθη. Τῶν δὲ ἀπολωλότων, πᾶσαν μὲν τὴν πολιορκίαν, μυριάδες ἑκατὸν καὶ δέκα. „Captivorum omnium, qui toto bello comprehensi sunt,“ nonaginta & septem millium comprehensus“ est numerus. Mortuorum vero per omne“ tempus obsidionis undecies centena millia.“ Hi in una periere urbe, vel fame, vel peste, vel ferro, tam miserandum in modum, ut ipsos victores miseratio subiret malorum. Unde mirum nobis esse non debet, ita res eorum tunc fuisse adflictas, ut exinde nunquam resurgere potuerint. §. 36.

Digitized by Google

§. 36. Modus quoque tantæ Judæorum ſtragis à propheta definitur. De hoſtibus enim in valle Joſaphati obtruncandis Jachſiel propheta 2. Chron. XX, 15. : לא לכם Etv. 17. pergit: המלחמה כי לאלהים לא לכם להלחם בזאת התיצבו עמדו וראו את ישועת יהוה עמכם ירושלים. Eventus vaticinium confirmavit, ceu v. 22. 24. videre eſt. Non minus Judæi, quieſcentibus Chriſtianis, quibus nec magis ad reſiſtendum vires erant quam Joſaphato, ipſum Deum experti ſunt hoſtem. Si vel alia defuiſſent iræ divinæ teſtimonia, ſatis ex eo cognoſceretur, quod tota gens ex omnibus orbis provinciis paſchales ad ferias congregata ſubitoque circumfuſa bello velut diro carceri incluſa periit. Supervenit exitioſiſſimum oppugnatorum malum diſcordia. De ea Tacitus Hiſt. lib. 5. c. 12. „Pervicaciſſimus quisque illuc „confugerat, eoque ſeditioſius agebant. Tres „duces, totidem exercitus. Extrema & la„tiſſima mœnium Simon; mediam urbem „Joannes, quem & Borgioram vocabant; „templum Eleazarus firmaverat. Multitu„dine & armis Joannes, ac Simon; Elea„zarus loco pollebat. Sed prælia, dolus, in„cendia inter ipſos, & magna vis frumenti „ambuſta. Mox Joannes, miſſis per ſpeciem „ſacrificandi, qui Eleazarum manumque „ejus obtruncarent, templo potitur. Ita „in duas factiones civitas diſceſſit, donec

„propinquantibus Romanis bellum externum „concordiam pareret.“ Multo prolixius Josephus enarrat, quomodo justo Dei judicio in semet rebelles acti, suismet armis fuerunt confecti: Ad hujus vero libros de Bello lectorem ablego, cum prolixiora sint quæ huc pertinent, quam ut hic inseri queant; contentus attulisse adhuc luculentissimum ipsius Titi victoris testimonium. De quo ita Suidas in voce Τίτος: Ἐπεὶ δὲ ἡρέθη τὰ ἱεροσόλυμα ὁ Τίτος Συρίαν τε πᾶσαν, καὶ Αἴγυπτος, καὶ ὅσα τῇ παλαιᾷ νίκῃ πρόσοικα γένη, ἐστεφάνων τὸν ἄνδρα νικητὴν ἀναπαλλῦντες. Ὁ δὲ διωθεῖτο τοὺς στεφάνους, οὐκ αὐλὸς λέγων εἰργάσθαι ταῦτα, θεῷ δὲ φήναντι ὀργὴν ἐσπεδωκέναι τὰς ἑαυτῶ χεῖρας. „Postquam Titus Hierosolyma cepit, Syria „universa, & Aegyptus, & omnes Palæsti„næ finitimæ gentes tantum virum corona„bant, victorem adpellantes. Ille vero co„ronas repudiabat, dicens non se illa feci„se: sed Deo iram suam declaranti suas ma„nus commodasse.“

§. 36. Finem denique spectemus belli hujus glorioſissimi, ab ipso Deo pro suo populo gesti, utrobique eundem, requiem populo ab hostium injuriis concedendam. De pace constanti, tanta hostium strage parta, qua Josaphatus & regnum ipsius dein fruebantur, 2. Chron. XX, 29. 30.: ויהי פחד אלהים וגו' ויגח לו אלהיו מסביב: Quietem similem ecclesiæ Christianæ prophota Joël pollice-

Digitized by Google

licetur Cap. IV, 16. seqq. ad finem. Quæ & secuta est. Multo enim tranquillior ecclesiæ status statim post deletos Judæos factus. Etsi vero temporibus proxime insequentibus quædam adhuc diræ persecutiones eidem à Romanis fuerunt tolerandæ; nunc tamen, tot adversis defuncta fatis, per longorum seculorum seriem sub divinæ gratiæ mansuetudine requiescit.

II.

CAROLI FRIDERICI KRUMBHOLZII,

Dissertatiuncula

De

Servatore fustibus cæso

ad

Matth. XXVI, 67. Marc. XIV, 65. Joan. XVIII, 22. XIX, 3.

ARGUMENTUM.

Instituti ratio §. 1. τὸ ἐμπτύειν Matth. XXVI, 67. expositio vulgaris §. 2. Sine necessitate recedit à

propria vocis significatione §. 3. Absonam Matthæo adfingit tautologiam. §. 4. Discrimen, quod inter τὸ κολαφίζειν, atque τὸ ῥαπίζειν intercedere ajunt, hic locum habere non posse, demonstratur §. 5. Nostra in medium adfertur sententia. §. 6. Convenit ea cum primo ac nativo vocis sensu §. 7. Cum scopo & intentione eorum, de quibus τὸ ῥαπίζειν hic loci prædicatur. §. 8. Denique cum tota narrationis serie. §. 9. Marc. XIV, 65. Joan. XVIII, 22. XIX, 3. illustrantur. §. 10. 11. 12. 13.

§. 1.

QUando divus ille MATTHAEUS Cap. XXVI. comm. LXVII. exponens summas illas indignitates, quas DEI filius, capitis a Synedrio damnatus, a pessimo summorum Pontificum famulitio aliisque nebulonibus fuit perpessus: τότε, inquit, ἐνέπτυσαν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἐκολάφισαν αὐτόν· οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν; cetera quidem non multum difficultatis habent. Hæc vero anceps est quæstio, & nondum adhuc, quantum scio, ad liquidum perducta: quinam sit verus atque genuinus τοῦ ῥαπίζειν hic loci significatus, utrum, alapas optimo servatori homines nequam impegisse; an vero fustibus eum vel baculis male mulctasse, id vocis designet. Eidem igitur diligentius excutiendæ, nostram, id quod DEUS bene vertat! nunc commodabimus operam calamumque.

§. 2. Communissima interpretum opinio hu-

Digitized by Google

tute tedit, alapas summo salutis nostræ auctori mortalium nequissimos inflixisse, atque id ipsum esse, quod per τὸ ῥαπίζειν hoc innuatur loco. Ita sentiunt non minorum modo gentium Dii, verum etiam summi quidam viri, v. g. ERASMUS ROTERODAMUS, (a) HUGO GROTIUS, (b) DANIEL HEINSIUS, (c) aliique eruditorum principes. Quid? quod ipse MARTINUS LUTHERUS, magnus ille purioris doctrinæ vindex, eidem addictus fuisse videtur sententiæ, dum verba: οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν, reddit: etliche aber schlugen ihn ins Angesicht.

§. 3. Equidem τὸ ῥαπίζειν quandoque per synecdochen quandam de iis etiam, qui colaphos alicui sive alapas impingunt, prædicari, negare omnino non possumus; quum variis id ipsum condoceri queat exemplis. Ita JOSEPHUS (d) de Zedekia, Pseudo-Propheta, quem Michæ, vati divinitus acto, colaphum inflixisse, sacra nos edocet pagina, (e) vocem usurpat. Quando etiam optimus humani generis Servator (f) mitem

(a) *Annotat. in N. T. f. m. 289. Edit. Basil. 1516.*
(b) *Observat. ad h. l.*
(c) *Aristarcho Sacro Cap. XIV. f. 940. Edit. Lugd. Bat. 1639.*
(d) *Antiquitat. Jud. Lib. VIII. Cap. X. f. 294. Edit. Colon. 1691.*
(e) 1. *Reg. XXII, 24.*
(f) *Matth. V, 39.*

tem ſuis atque manſuetum commendans animum: ὅστις, ait, σὲ ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην, *quisquis cædet dexteram tuam maxillam, ei & alteram obverte.* Item quando Alexandrini Interpretes HOSEAE cap. XI comma IV. ita interpretantur: ἔσομαι αὐτοῖς ὡς ῥαπίζων ἄνθρωπον ἐπὶ τὰς σιαγόνας αὐτῦ, *ero illis ſicut percutiens hominis genas*; ſatis manifeſtum eſſe judico, τὸ ῥαπίζειν idem illis ſignificare, quod τὸ κολαφίζειν. Scilicet manu duntaxat, non fuſte aut baculo genas hominis ferire ſolemus. Nullum igitur eſt dubium, quin τὸ ῥαπίζειν aliquando de iis quoque dicatur, qui alapas alteri ſive colaphos infringunt. At enim iſta neutiquam eſt genuina atque nativa, ſed tropica tantum vocis ſignificatio. Hæc ſcilicet, quod infra pluribus oſtendemus, primario ſuo ſignificatu nequaquam *manu*, ſed *virga* potius, vel *baculo*, *vel fuſte aliquem cædere* deſignat. Jam vero proprio ac nativo dictionis ſenſu penitus neglecto, ad tropicum ſine neceſſitate, quæ hic plane nulla eſt, confugere, boni neutiquam interpretis eſſe exiſtimo.

§. 4. Sed concedamus tantiſper, eſſe hanc primam, atque nativam vocis notionem, ut *alapas alteri ſive colaphos infringere* denotet; in eo tamen, de quo diſputamus loco, ſumma nos adigit neceſſitas, ut ab eadem recedamus. ibi nimirum antecedens κολαφίζειν pro-

Digitized by Google

proxime insequitur τὸ ῥαπίζειν. Τότε, inquit MATTHAEUS, ἐκολάφισαν αὐτὸν, οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν. Jam per τὸ ἐκολάφισαν αὐτὸν procul dubio nihil aliud indicatur, quam colaphos optimo humani generis liberatori homines summe nefarios inflixisse. Si igitur τὸ ἐῤῥάπισαν sensu accipi deberet eodem; tum vero παυλογία haec foret absona prorsus atque inepta, q.d. *tunc colaphos ei impingebant; quidam vero colaphos ei impingebant.* Quis quaeso, non dico divino lumine collustratus, sed sana tantum ratione praeditus homo ita loquitur? Divo quidem MATTHAEO putida ejusmodi παυλογία eo minus est affingenda, quo planius atque dilucidius τὸ ῥαπίζειν à verbo κολαφίζειν addita particula δὲ discernit, eo ipso haut quaquam obscure innuens, ab hocce istud ratione significationis multum omnino differre.

§. 5. In aprico hoc positum est ita, ut ii etiam, quibus τὸ ῥαπίζειν hoc in loco *alapas infligere* denotat, id ipsum inficias ire nequeant. Ut igitur nodum hunc solvant, quosdam pugno, reliquos *palma* servatoris faciem percussisse fingunt; atque istud per τὸ κολαφίζειν, hoc autem per τὸ ῥαπίζειν significari contendunt. Jam quidem eam verborum differentiam omnino diffiteri nolumus. Disserte nimirum SVIDAS: τὸ ῥαπίσαι παίζειν τὴν γνάθον ἁπλῆ τῇ χειρί. ἀ λέγουσι καὶ

(g) ἐπὶ κορ'ῆς, i. e. δὲ ῥάπισαι manu passa maxillam percutere significat, id quod etiam genas cædere vocant. Contra THEOPHYLACTUS: (h) κολαφίζειν, inquit, ἐστὶ τὸ διὰ τῶν χειρῶν πλήττειν, συγκαμπτομένων τῶν δακτύλων, καὶ ἵνα ἀφελέστερον εἴπω, διὰ τῦ γρόνδυ κονδυλίζειν. idem est τὸ κολαφίζειν, ac manibus percutere, incurvatis sive in pugnum contractis digitis, & ut simplicius dicam, pugno contundere. Verum enim vero uti non nego, hocce discrimen inter voces dictas intercedere nonnunquam; ita, utrum illud hoc etiam in loco admitti queat, valde dubito. Certe vis & efficacia verbi ῥαπίζειν heic mihi longe major esse videtur, quam antecedentis κολαφίζειν. Nempe MATTHAEUS agens de indignissima Servatoris illusione, per gradus veluti adscendit ad summum, atrocem maxime injuriam, qua illum nequissimi mortalium affecerunt, ultimo reservans loco. Τὸν infit, ἐνέπτυσαν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτῦ. Tum pergens ad facinus multo magis indignum: καὶ ἐκολάφισαν, inquit, αὐτόν. Tandem ad summum quasi adscendens addit: οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν. Ex isthac nar-

(g) HEINSIUS l. c. legendum esse censet. ἃ λέγει, παίειν ἐπὶ κόρ'ῆς. Sed nihil opus est ista emendatione, si verbum παπτίζει, quo SUIDAS jam usus fuerat, vel aliud quoddam ejusdem valoris, per ellipsin quandam Græcis valde familiarem omissum, subaudias.

(h) Ad *Matth. Cap. XXVI. p. 169.*

Digitized by Google

narrationis serie, nisi me omnia fallunt, satis liquido patet, τὸ ῥαπίζειν his locis durius quid ac multo acerbius designare, quam τὸ κολαφίζειν. Jam vero, si quem manu ferias explicata, id non adeo durum esse censeo, quam si pugno eum probe contundas. Me quidem quod attinet, ingenue confiteor, longe mihi molestius futurum esse, si quis pugno arcte ac vehementer compresso, quam si palma tantum aliquot impingeret colaphos.

§. 6. Quoquo igitur se vertant, qui alapas Christo homines maxime improbos infixisse, idque per τὸ ῥαπίζειν hic indicari, defendunt; ejusmodi incurrunt difficultates, è quibus se prorsus expedire nequeunt. Quare, ut, quæ mihi sedeat opinio, paucis declarem; divus ille MATTHAEUS, quando injuriarum, quibus DEI filium affecere nihili homines, gravissimam memoraturus. ὁ δὲ, ait, ἐῤῥάπισαν, id mihi dicere velle videtur: *quidam vero baculis quoque aut fustibus eum percutiebant*, etliche aber schlugen ihn gar mit Prügeln oder Stöcken. (i)

§. 7. Favet huic interpretationi prima atque nativa τῦ ῥαπίζειν significatio. Nimirum citra controversiam illud descendit à voce ῥάπις, *virga*, *baculus*, *fustis*; adeoque, si

C 5 pri-

(i) Eadem verborum interpretatio arrisit etiam THEODORO BEZAE, ERASMO SCHMIDIO, JOHANNI REIZIO, ac forte adhuc aliis, quos mihi videre non contigit.

primos ejusdem natales respicimus, *virga*, *baculo vel fuste aliquem cædere* designat. Certe HERODOTUS (k) de iis agens, qui virgis sive flagris Hellespontum regis Xerxis, jussu ceciderunt: ἐνιστέλλειν, inquit, ῥαπίζοντας λέγειν βαρβάρῳ τε καὶ ἀνοδάλῳ, h. e. *jubebat virgis seu flagris cædentes* (Hellespontum) *barbaris verbis atque vestitu eum incessere.* Idem (l) de ritibus in certaminibus Græcorum publicis servari solitis verba faciens: ἐν τοῖσι ἀγῶσι, ait, ἐπεξανισταμένους ῥαπίζονται, *in certaminibus intempestive surgentes baculis atque fustibus percutiuntur.* Iisdem fere verbis PLUTARCHUS: τὰς ἐν τοῖς ἀγῶσι προεξανισταμένους ῥαπίζειν. (m) Et ut certo scias, quid ei τὸ ῥαπίζειν hoc loco designet, paullo post, ante dicta exponens quasi, addit: ἐπαειρμένου τὸν βακτηρίαν ὡς παταξοντος, *quum sustulisset baculum, veluti percussurus.* Eodem modo AELIANUS vocem usurpat. Hic scilicet agens (n) de Aspasia, Hermotimi filia: ῥαπισθεῖσα, inquit, πρὸς ἀνάγκην ἐνέδυ, *virgis antea vel fustibus cæsa, adeoque necessitate compulsa induebat*, vestem videlicet Persarum. Plura ejusmodi loca in medium adferri possent, si quidem id opus foret; sed ex jamjam allatis, ni fallor, perspicue satis adparet, τὸ ῥαπίζειν de iis proprie dici, qui virga, fuste vel baculo aliquem cædunt.

§. 8.

(k) *Lib. VII. Cap. 35.*
(l) *Lib. VIII. Cap. 59.*
(m) *In Themistoc. Opp. Tom. I. p. 117.*
(n) *Var. Hist. Lib. XII. Cap. 1.*

§. 8. Quemadmodum igitur propriæ vocis notioni noſtra non adverſatur ſententia; ita nec ab intentione ac ſcopo peſſimorum nebulonum, qui Chriſtum à Synedrio condemnatum omni contumeliarum atque injuriarum genere adfecerunt, multum aberrat. Quippe procul dubio non ignorarunt iſti, nihil ſe, quod ſummis Pontificibus aliisque Judæorum primoribus gratum magis atque acceptum foret, facere poſſe, quam ſi Jeſum Nazarenum tantopere ipſis inviſum indigniſſimis quibusque modis tractarent. Nullum igitur eſt dubium, quin optimum Servatorem ita ut acutos exinde ſentiret dolores, ferire voluerint. Hunc vero finem fuſte vel baculo facilius longe, quam pugno aut palma tantum adſequi potuerunt.

§. 9. Deniq; cum reliqua narrationis ſerie noſtra non male convenit interpretatio. Quam bene enim, amabo, hæc inter ſe cohærent: tunc in faciem ejus inſpuebant, atque colaphos ei infringebant; quidam vero baculis etiam fuſtibusque eundem percutiebant? Sane profecto, quid in iſthac narratione, quantum ad nexum verborum rerumque ordinem pertinet, deſiderari queat, ego quidem non video. MATTHÆUS ſcilicet, uti jam ſupra monui, hic per gradus veluti adſcendit ad ſummum, atrocem maxime injuriam, qua hominum peſſimi Chriſtum

ſtum capitis damnatum affecerunt, ultimo reſervans loco.

§. 10. Ex hactenus dictis facillime jam perſpici poteſt, quomodo τὸ ῥάπισμα Marc. XIV, 65. Joan. XVIII, 22. XIX, 3. reddi debeat. Si quando enim, quod antea probatum dedimus, τὸ ῥαπίζειν proprie nihil aliud, quam *virga, baculo vel fuſte aliquem cædere* ſignificat; tum ab eo deſcendens vocabulum ῥάπισμα *ictum virga, baculo vel fuſte illatum* denotet neceſſe eſt. Negare quidem non poſſumus, illud à plerisque citatis in locis de colaphis tantummodo accipi ſive alapis, iis maxime, quas palma duntaxat aliis incutimus. At vero non video, quæ nos ibi neceſſitas à genuino atque nativo dictionis ſignificatu recedere cogat. Immo graviſſimæ ſubſunt cauſſæ, propter quas eidem firmiter inhærendum eſſe cenſemus.

§. 11. Quantum initio ad Marc. XIV, 65, attinet, res ulteriori non indiget probatione. MARCUS enim dicto loco eandem, quam MATTHAEUS Cap. XXVI. comm. LXVII. mutatis tantummodo verbis, enarrat hiſtoriam. Quando igitur, id quod rebus evici neceſſariis, MATTHAEUS l. c. verbis: οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν, hoc innuit: baculis nonnullos atque fuſtibus DEI filium male mulctaſſe; tum quidem illud MARCI: ὑπηρέται ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλλον, non poteſt non

non reddi: *ministri baculorum ictibus eum cædebant.*

§. 12. Quod autem ad reliqua pertinet loca, & summi servum Pontificis Joan. XVIII, 22. & sævos Romani Prætoris milites Joan. XIX, 3. carissimum Servatorem non modo ludos facere, verum quoque doloribus eundem acerbis afficere voluisse, ad fidem quam proxime accedit. Huic autem fini obtinendo baculus aut fustis longe fuit aptior manu eaque porrecta. Quamvis enim neque illud nos valde delectet, si quis nobis palma faciem probe contundat; fuste tamen vel baculo longe majorem alicui cruciatum afferri posse, quam quidem manu passa, neminem temere in dubium vocaturum esse confido.

§. 13. Immo quid multa? milites Joan. XIX, 3. totius humani generis liberatori non aliquot duntaxat impegisse colaphos; sed baculo etiam aut fuste sanctissimum ipsius caput percussisse, MATTHAEUS juxta & MARCUS disertis testantur verbis. Καὶ ἐμπτύσαντες εἰς αὐτὸν, inquit ille, (o) ἔλαβον τὸν κάλαμον, καὶ ἔτυπτον εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Hic vero: (p) καὶ ἔτυπτον, ait, αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν καλάμῳ. Scio jam, quid mihi hic objecturus sis. De calamo, inquies, non de fuste vel baculo locis citatis sacri loquuntur scri-

(o) *Cap. XXVII. comm. 37.*
(p) *Cap. XV. comm. 19.*

ſcriptores. Ita eſt, negare non poſſum. At vero quando de calamo eſt ſermo, minime teneram ac tremulam quandam arundinem, cujusmodi magna in piſcinis noſtris atque paludibus copia reperitur, animo ſemper concipere debemus; de baculis quoque firmis ac ſolidis, quibus alicui, ſi res ita ferat ægre facere poſſis, ſæpenumero adhibetur. Certe caulis hyſſopi tam firmus & validus, ut ſpongiam aceti plenam ſuſtineret, quo, teſte JOANNE, (q) milites Servatorem in cruce pendentem ac de ſiti conquerentem, ut ſummos diutius perſentiſceret cruciatus, refecturi quodammodo uſi fuere, *calamus* (r) diſerte dicitur argumento certiſſimo, id vocis aliquando firmum quoque baculum ſive fuſtem denotare. Sed quoquo tandem modo ſeſe illud habeat, ſufficit, quod MATTHAEI pariter & MARCI teſtimonio conſtet, τὸ ῥάπισμα Joan. XIX, 3. hautquaquam de *colaphis ſive alapis*; ſed potius de *calami ſeu baculi cujusdam ictibus* eſſe accipiendum.

(q) *Cap. XIX. comm. 29.*
(r) *Matth. XXVII. 48.*

III.

Digitized by Google

III.

Almonii UTINIS,

Demonstratio Theologico-Philosophica, quod *Idea electi mundi optimi* a Deo, salva ejus sapientia & libertate, removeri nequeat.

ARGUMENTUM.

§. 1. Origo & habitudo mali investigata dedit occasionem eruendæ Ideæ electi mundi optimi. §. 2. Disquiritur, an Ill. G. G. Leibnitius tandem Ideæ illius doctrinam rejecerit vel lusus gratia tantum finxerit. §. 3. An Ven. D. Joachimus Langius eam solide refutaverit. §. 4. Demonstratio Ideæ mundi electi optimi α ex ratione. §. 5. β Ex Theologia. §. 6. γ Ex testimoniis humanis. §. 7. Epistola Leibnitii ad J. Fr. Buddeum.

§. 1.

NEscit orbis gentilis priscus habitudinem mali, quod genus humanum præcipue infestat, cum summi Numinis bonitate componere, ac ea de caussa Aegyptii, Chaldæi, Græci ac Latini in miros cecidere errores, adeo ut ulla ratione sese ex hoc labyrintho emergere ignoraverint. Ethnici non satis norant doctrinam de quorumdam geniorum

ac

ac protoplastorum prævaricatione, vel eam, uti fecit Plato, inauditis incrustarunt fabulis. Egregie hoc indicat *Ed. STILLINGFLEET in Origg. sacris L. III.* Inde propullularunt Gnosticismi labes quædam omnisque Manichæismus, quem nostra ætate Petrus Bælius valdopere admiratus est & pro inexpugnabili habuit. Sed quo scopo & animo Bælius ita senserit, compertum non habeo. Jo. Christoph. WOLFIUS, Hamburgensis plerisque Manichæismi innovati impugnatoribus palmam reddidit dubiam, uti videre ex ejus *Manichæismo ante Manichæos & inter Christianos redivivo* Hamb. 1707. 8. Illustris G. G. LEIBNITIUS in *Theodicæa* egregiam sane in refellendo Bælio navavit operam, ubi in calce analyticæ methodi, formæque syllogisticæ beneficio ad oculum ostendit, quomodo ludibria ægrique somnia non concinnaverit, ut quibusdam veræ sublimioribusque Metaphysicæ ignaris videtur. Periculosissimi in hac controversia sunt scopuli, scylla & charybdis, quos qui medius transierit, indubie felicissimus est. Charybdin colunt, qui vel Deum vel coæternum aliquod principium pro auctore mali habent. In Scyllam incidunt, qui Pelagianismum vel Semi-Pelagianismum fovent, peccatumque, & inde profluens malum physicum vel tollunt, vel cum Kingio, Clarkio aliisque justo largius imminuunt. Attamen qui Deum dixere causam

Digitized by Google

causam peccati per accidens, (a) verbis, non re, ab aliis Protestantibus discrepant, sed incautius putantur locuti. Nec absolutum decretum ulla ratione Deum in causam peccati convertit, nam qui cacodæmonas semel lapsos omnes juste potuit sempiternis addicere cruciatibus, juste etiam potuit (b) nonnullos hominum semel ad avia in Adamo delapsorum supplicio æterno adficere. Egregie hæc prosecutus est P. JURIAEUS de *Pace inter Protestantes ineunda* c. VII. p. 196. sq. Ceterum J. Fr. BUDDEUS recentissimas controversias de origine mali excussit in Diss. *de Origine Mali* & in *Institutionibus Theologiæ Dogmaticæ* L. II. c. 1. §. 53. sed cum eo rem aliter capientes conferendi sunt Leibnitius in Theodicæa passimque in Epistolis, Christianus Wolfius in *Metaph.* c. VI. §. 1057. sq. Georg. Bernardus Bulfinger de *Permissione mali*, quibus injuria Theologi quidam sunt molesti, quum Ed. Stillingfleet in *Origg. Sacr.* L. III. c. 3. p. 942. Jacobus *Abbadie* de V.R.C. dextre & citra cujusquam offendiculum eodem tramite incesserint. Novum genus exortum est disputandi, liberio-

(a) *Henr. Videburgii Historia certaminis inter Theologos Saxonicos Mista Quæst. V.*

(b) Augustinus, Thomas, Scotus, Lutherus de servo arbitrio, ut fatentur G. Calixtus & Rintelenses, ità etiam est factum, docuere, conf. *Pauli Sarpii Hist. Conc. Trid.* L. II. p. m. 232.

ris ac naturalis Logicæ artificium. Dictitant Antagonistæ Ill. Christiani WOLFII, G. G. Leibnitium litteris ad Celeb. Ch. Matthiam Pfaffium datis fassum esse, integrum suum Systema Theodiceæ esse lusum ingenii, ut ipse Pfaffius memorat in Diss. de morte naturali p. 17. & ex eo Acta Eruditorum utriusque linguæ, tandemque Ven. Joach. Langius in *Modesta disquisitione novi philosophiæ systematis de Deo, mundo & homine* p. 29. & iterum p. 152. Dici certe non potest, quam solide nitideque Triumviri Leibnitius, Wolfius & Bulfingerus majestatem ter optimi Numinis cum permissione atque origine mali ex electione mundi optimi conciliaverint, non diffitentibus Viris adprime doctis. Inquirendum igitur duxi, an ullo pacto sit probabile, Leibnitium serio systema suum Theologico-Philosophicum ejurasse ac subruisse. Liceat mihi pace Virorum secus sentientium argumenta adferre, quibus doceatur, Leibnitium nunquam electionem mundi optimi abjecisse, Joachimum vero Langium minus sincere dextreque ratiocinatum videri in hoc momento contra Illustrem suum Antagonistam. Adjungam dein syllogistica rationum pondera tam ex ratione quam revelatione, ut intelligatur, licet Ill. Leibnitius systema suum risisset, illud nihilo secius stare immotum. Quod si præstitero, ad oculum ostendere laborabo, impugnatores istius Systema-

tis

Digitized by Google

tis minus tenuiter de Deo sentire, ac Spinozismo nimis videri favere, dum in contraria currunt.

§. 2. Primo quidem nulla ratione mihi fit verosimile, Leibnitio unquam ideam electi mundi optimi displicuisse. Tres jam efflu-xere anni, quum Celeberrimus Georgius de Eckart, nuper ad Pontificios transgressus; suo me dignaretur prolixo colloquio. Incidebam consulto in magnum data occasione Leibnitium, percunctatus, quo loco sint habenda, quæ Amplissimus Fellerus de obitu Leibnitii memoriæ prodidisset. Tum ille, Orbi, inquit, erudito imposuit, namque subito defunctus est ille carissimus fortunæ ac eruditionis meæ Patronus. Ante excessum nil vaticinatus, nil singulare locutus est, quin potius in latus se provolvens, mitra supra oculos tracta; è continenti exspiravit. Instabam interrogando, quo pretio habuerit ille systema suum Metaphysicum, quod multi traducunt veluti dicis gratia & ad tegendum Atheismum procusum. Respondebat Vir ille doctissimus. Bone Deus, quam lepide vulgus delirat. Quum de Numine loqueretur, putasses eum serio ac ardentissime ex ambone sacro dixisse. Systema philosophicum veritati Geometricæ insistere, dictitabat, nec unquam à perito rerum judice repudiatum iri. Quæ nam porro fuerimus collocuti, omitto, ab hoc loco aliena. Il-

lud tamen monendum videtur, auctorem Ill. quantum ex scriptis velut ex ungue leo dijudicatur, ad extrema vitæ tempora iisdem doctrinis infixum perstitisse. Quod si enim lubet *Otia Hannoverana* vel commercium epistolicum sibi cum Sam. Clarkio intercedens pervolvere, tum profecto videmus, auctorem prius vita fuisse privatum; quam systematis sui defensione. Noverat Theologorum plurimorum suspiciones & debus abstrusioribus consequentias, non Geometricas, quas plerumque horrent, sed sæpius inconsequentes. Quare sæpenumero scenæ serviit ac veluti nautis Italis rosarium ostentavit, ne odium sui & argumentum ab invidia ac ignorantia ductum sentiret. Veritatis hujus fructus percipit Christianus WOLFIUS, qui ab iis pressus ac hæreseon, immo Spinozismi postulatus est, qui hæretificationes, ac quorundam orthodoxiam veluti nimis servilem aliquando aversati sunt. Non desunt, qui deductiones politicas, contemptum receptæ per Saxoniam philosophiæ, commoda privata, amplificationes suorum domesticas, invidiam ad plausus Mathematici ac Philosophici, suspicionem erga methodi Geometricæ ignotæ accurationem nimiamque pro Theologica mente eruditionem philosophicam pervidisse volunt. Substituerant osores Wolfii ejusque numerosissimi cœtus hominem quendam ingratissimum

Digitized by Google

mum ac primoribus labris elementa Philosophica deguſtantem, qui veteranum laniſtam ſuumque præceptorem, inſtar tironis ac andabatæ, ignominia adficeret. Sed juvenilibus auſis publice refrenatis acutiora ac majora ſubnectebantur conſilia, inſidiæ, miſſitatæ litteræ. Quæ cum in medio relinquo, longe plura accuratius compertus quam heic in apricum proferre animus eſt, id ſane Leibnitio aliquando non fuit vitio vertendum, quod animum ſuum diſſimulaverit, ne crabrones irritaret. Id probabiliſſimum eſſe puto, ſi Leibnitius ejusmodi nec alterius ſenſus litteras ſcripſit, invidiam eum doctorum eccleſiæ abhorruiſſe, tamque ſubridentem epiſtolam dicis gratia exaraſſe. Qui enim Petro Bælio vel Poireto impoſuit in orbis terrarum luce, quidni uni VIRO clanculum frigidam ſuffunderet? At vero, quis putet Leibnitium publice pro deliro voluiſſe haberi & privatim pro ſapiente? Anne Anglis perſpicaſſimis homo famæ honeſtiſſimæ ſtudioſiſſimus nugas venditare & ſe toti orbi deridendum proponere voluiſſet? Non puto. Famæ minus erat noxium, uni frigidam ſuffundere quam multo plurimis. Nec dum adparet, quomodo ſyſtema Leibnitianum ſit fallax & ridiculum. Si enim tam eſt noxium, quam quidam perſuadere laborant, cuſtodes orthodoxiæ fuerunt ſomniculoſi & ſui officii tamdiu nimis

immemores. Neceſſarium erat prudentiæ eccleſiaſticæ, principiis obſtare & ſolium in herba exſtinguere, antequam malum ulterius ſerperet. Non enim aut Leibnitius aut Wolfius in angulo clandeſtino vel ſcripſerunt vel docuerunt. Recordor equidem, Celeb. Buddeum de *Origine Mali* Diſſ. habuiſſe, qua modeſte ſatis, partem Theodicææ ſub examen vocavit. At, qui ſapientiam Dei à permiſſione mali ſeparant, præſcientiamque omnium futuribilium inſuper habent, præterea tantum ad quoddam tempus, exiguamque partem univerſi; extra harmoniam univerſalem reſpiciunt, næ illi, ſcylla evitata, in charybdin incidunt. Audivi tamen, Buddeum Leibnitio mirificas tribuiſſe laudes, idque ipſum poſt habitam Diſſ. epiſtolamque Leibnitii acceptam, quam commentationi huic ſubjecturus ſum.

§. 3. Noli putare, lector, ideam electi optimi mundi a Celeb. Joachimo Langio fuiſſe profligatam, nam (1) ipſa dijudicatio de hoc delectu arbitrio lectoris & in medio relinquitur l. c. p. 28. nec non connexa ideæ illi poſſibilis mundorum pluralitas p. 29. (2) Licet refelli hæc idea fuiſſet tentata, plane tamen eſſet improbabile, refutationem illam recte inſtitutam. Namque impugnator vim demonſtrationis Mathematicæ non intelexiſſe videtur, partim quia eam numquam exercuit, partim quia Euclidea ac Mathematic

Digitized by Google

tica parum novit, unde non est artifex hujus solertiæ. Adfectat quidem methodum Geometricam, cujus Wolfium judicat imperitum p. 233. & quem veluti tironem suum docet, *Genuini*, inquiens, *demonstratoris est, thesin seu propositiones catenata serie exhibere easque secundum præmissa aut jam alibi concessa postulata tanquam principia, argumentis instruere nec ad novam propositionem accedere, nisi antecedens evidenter probata sit.* Fateor sane, eam methodum esse P. D. HUETII in *Demonstratione Evangelica*, J. Fr. BUDDEI in *Theologia Morali & Dogmatica*, Joach. LANGII in Disputationibus & quibusdam disceptationibus aliorumque, quos neutiquam ideo carpo, quia methodus cujusque vel a natura disciplinæ vel ab arbitrio scriptoris dependet. At geometricam hanc esse demonstrandi methodum, neutiquam credet, qui vel reapse eam exercuit, vel legit Euclidem, Weigelium, Leibnitium, Wideburgium, Wolfium, aliosque, ac quæ WIDEBURGIUS Jenensis in Progr. de *Methodo Mathematica singulis disciplinis adplicanda*, WOLFIUS in *Logica*, initio der Anfangs-Gründe/ & Elementorum Mathematicorum recte scripserunt. *Methodus Mathematica est series evidens conclusionum ex definitionibus veris & axiomatibus.* Definitio nominalis colligitur ex usu vocis in vita communi, vel, si lingua e mortua constat, e significatus certi apud auctores possibilitate, ac aliorum significatuum impossi-

bilitate vel inconvenientia, Lexicis, Glossariis, linguis cognatis, versionibus in notiores linguas addiscenda est. Definitio realis petitur ex modo & genesi rei, quam addiscimus vel ex propria actione vel ex experimento vel ex effectu, qui aliter existere nequit. Utraque differentiam continet, ut vox vel res distincte, & quatenus ab aliis rebus omnibus diversa est, cognoscatur. Quodsi unica differentia nos expedire possimus, brevitas clara supervacuæ prolixitati anteferenda est; Sin vero id fieri nequeat, virtutes ac propria sunt colligenda, ut ex omnibus simul sumptis differentia innotescat. Axioma est propositio per se evidens, vel etiam, quæ ab omnibus hominibus verba, quibus propositio constat, intelligentibus pro vera admittitur. At Langii Methodus est, qua ex placitis disputatur; qua judicium rei, quæ in calce dicitur cum ceteris penitus confutata, lectori permittitur; qua propositioni numeris quibusdam subjectis innectuntur verba pro auctoritate fusa, dicta scripturæ, suspiciones de pejori auctoris sensu; qua hæreses adversario objiciuntur, imperitia methodi Geometricæ, Thrasonismi ac similia portenta, ut olera cum rapis coëant, lupique cum hoedis. Quodsi velis ea convellere, quæ methodo Mathematica sunt conscripta, non debes, more sacerdotibus quibusdam usitato, per consequentias disceptare, quod odiosum est, nec per hæreses impactas vel titulos librorum virulen-

Digitized by Google

rulentos ac Pontificio fulmine tinctos, ſed per (1) principiorum & eorum, quæ pro axiomatibus aſſumpta ſunt, falſitatem vel vanitatem non univerſalem, ſed reſtrictam, & a loco alienam; (2) per demonſtrationem, quod definitiones ſint nimis laxæ vel nimis anguſtæ, vel penitus falſæ; (3) attendas licet ad nexum inter concluſiones & principia, quibus illæ inſiſtunt, an ille ſit arctus ac ſincerus, an vero ſubreptitius & laxus. Sed quid Joach. Langius monuit de Axiomatibus: Quicquid eſt, illud eſt. Nihil ſimul eſt, & non eſt ſub eadem conditione & momento, omnis res creata ſufficientem rationem ſui habet, adſentiendum eſt ei theſi, quam ratio prævalens vel ſufficiens firmat, non dantur æqualia &c. Certe nihil monuit. Quid de definitionibus? Nihil neceſſarii. Quid de nexu propoſitionum? Aegre fert, priores ſemper paragraphos eſſe numeris repetitos, quaſi id demum ſit ſua demonſtraſſe; Et quaſi id ſit refutaſſe, numeros paragraphorum carpſiſſe, quibus adjuvari poterat ad debitum nexum concluſionum examinandum. Sed maleficium pro beneficio rependitur. Fatalem ubique increpat neceſſitatem, quam in Wolfianis philoſophematibus vidiſſe ſe videtur, non diſtinguens cum Wolfio inter Geometricam & Moralem, nec cognoſcens, demonſtrationem ſapientiæ divinæ catenatam ſeriem exhibere, quum tamen concedat,

id

id genuini demonſtratoris eſſe. Ergo forte Deum pro demonſtratore ſapientiæ non habet. Quum Petrus Suavis in *Hiſt. Conc. Trident.* L. II. p. 232. 233. determinationem rerum ſpiritualium ante mundum factam recenſuiſſet, Thomæ, Scoti aliorumque calculo comprobaſſet, tandem ſubdit: *Iſtam tamen opinionem oppugnabant alii non tanti nominis Theologi duram, crudelem, inhumanam, horribilem, impiamque voeantes .... Prior certe ſententia magnum complexa myſterium & arcanum, mentem hominis humiliabat, atque hinc deformitatem peccati, illinc gratiæ divinæ excellentiam intuentem, abjecta protinus ſui fiducia, in Deo plane defigebat. Altera vero magis plauſibilis, popularis, ſpecioſa, & augendo mentis humanæ faſtui accommodatior, hoc ipſo & gratior erat fratribus, artem potius prædicandi, quam accuratam Theologiæ cognitionem ſemper profeſſis; & Aulicis probabilior videbatur, quippe conſentanea rationibus politicis.* Neſcio ſane, an quis alius luculentius Illuſtri Wolfio oſtenderit, certitudinem rerum, non abſolutam inferre neceſſitatem. Si omnia ſemper penes Deum fuerunt præſentia ſimul ac certa, ergo fuerunt etiam determinata vel per virtutes rerum poſſibiles, jam actu tales, vel per finitudinem illarum, unde malum & permiſſio mali profluunt. Si nexus rerum eſt determinatus, ergo etiam eſt neceſſarius, at non abſolute, quia Deus res aliter poterat determinare. Quodſi determina-

Digitized by Google

nationem illam Langius infitiatur, tollit simul præscientiam Dei vel eam cum Socinianis putat esse in rebus contingentibus probabilem. Præscientia ejusmodi reddit Deum discipulum & quotidie certi aliquid addiscentem, in quo nullus mortalium certam spem & fiduciam collocare potest. At Langius disputat ex *argumento ab invidia ducto*, namque (1) impingit adversario *heterodoxiæ crimen*, quasi iste tot dicta scripturæ, quæ ei objectantur, nec legerit, nec vera esse credat, Verum Philosophus, qua talis, diversum habet principium, diversumque forum. Sunt & fuerunt sane Theologi ac Philosophi celeberrimi, qui geminam diversamque, immo contrariam veritatis viam profluere putarunt ex ratione & S. Scriptura. Halenses etiam quosdam, ipsumque Illustrem Seckendorfium ita statuisse recordor. Quodsi Wolfius ex professo S. litteras & philosophiam inter sese miscuisset ad unum inde confiandum systema, quid *Facultates Theologicæ* fuissent obmurmuraturæ? Wideburgius Jenensis non ita pridem excudendam curaverat Dissertationem de *Luce primigenia ad illustrandum Gen. I. 2*, At, bone Deus, quantus inde exoriebatur Theologorum fremitus, & quam injustum videbatur, Mathematicum in Theologicam messem immisisse falces! Si illustris Wolfius dictis Scripturæ farsisset Matheſin ac Philosophiam ordo Theologicus exanduisset; at quia omisit

sit vel non semper ad ea respexit, etiam roditur. Veritas Theologica sæpissime supernaturali innititur fundamento ac miraculis, quæ a Philosophia exsulant. Si in nostro tractu, ad eundem latitudinis gradum australem promovendo, nulli sunt albicantes candidique corvi, ergone in extrema Lapponia ii non sunt obvii? Porro (2) Langius Mathematico omnis ætatis inclytissimo objicit ignorantiam methodi Geometricæ p. 233. idemque repetitur in germanica versione *Modeste Disquisitionis* verbis rotundis. Utri credendum est in sua arte? Artificine viginti annos & ultra unum idemque professo, an matheseos imperito, Logicæ artificialis ac syllogismorum hosti, ac philosophiæ solidæ meræque contemptori? Quis sibi a risu temperaret, si sutor sartorem, multis annis cum laude opificio suo vacantem, reformaret & exagitaret? Quin refutantur ea, quæ in fronte Elementorum Mathematicorum Wolfii de Methodo Mathematica dudum fuere conscripta? Vel potius Algebraica eadem methodo concinnata? Si unus calceus ad justam formam ac normam confectus reprehendi nequit, quare alter ad eundem modum exactus fideliterque efformatus exsibilatur ac contemptui exponitur? Eadem methodus occurrit in Elementis ac in Philosophia Wolfiana. Invident ceteri litteratorum hanc methodum Mathematicis, nec ferre possunt, ope Matheseos ideis distinctis

Digitized by Google

ctis ac catenatis efformandis adſuefieri. At, ſi experientiam conſulo, hoc malum inde propullulat, quod vel ipſi Matheſeos plane, certe potiſſima ex parte rudes ſunt, namque ars non habet oſorem niſi ignorantem; vel quod in uno alteroque, methodi iſtius ac Matheſeos gnaro, abuſum quendam notaverunt, quem ſcientiæ adſcribere vel ejus formæ, inſuſum eſt. Miratus ſum ſæpius, quare Muſici, ſaltatores, Chymici, pharmacopolæ, olim Magi, charactere occulto neminique, niſi artis ſuæ conſorti, noto ſcientias ſuas pertractaverint, immo Algebraici imitati ſint idem, Philoſophi vero nondum tentaverint. Hac ſane ratione profani alteriusque doctrinæ cuſtodes nil poſſent carpere, niſi quod prius intelligere cœpiſſent, ſimulque philoſophi non forent tot injuriis temporum expoſiti. Nunc vero nulla, licet ſolidiſſima, alicujus philoſophicæ veritatis inventio carere poteſt obtrectationibus. Inſignibus quidem auſis orbis ſolet obtrectare. Antipodibus Auguſtinus, Lactantius, Zacharias oblatrant, ex ipſa S. Scriptura. Cur jam omnes tacent? Motum terræ adſerere, olim erat piaculum. Cur jam plurimi Theologi iique præſtantiſſimi eum adſerunt? Puffendorfii Jurisprudentiæ naturali oblatrabant permulti Theologi, Illuſtris ipſe Seckendorfius cum ſuis. Cur jam a Theologis laudatur, ac, ut publice exponatur, permittitur? Quia doc-

ctorum maxima pars, ritu plebis, præjudiciis auctoritatis regitur & abripitur, immo quia invidia in vivos, æquales ac coætaneos semper est major, eamque mors exstinguere solet. Deinceps (3) ex objectione Stoicismi, Spinozismi, Leenhofianismi patescit argumenti ab invidia ducti forma. Namque *salvam aliquam utriusque differentiam* inter ista monstra ac doctrinam Wolfianam D. Joach. Langius concedit p. 138. Eadem, credo, ratione Muhammedismus, Socinismus, Arminianismus salva aliqua differentia impingi potest antagonistæ. Totus orbis in notionibus quibusdam compositis convenit. Spinoza statuebat esse aliquem mundum. Quis hoc negat? Sed quod absolutam in omnibus necessitatem doceret, id non comprobatum est a Wolfio. Vid. Metaph. §. 575. sq. Spinoza Deum & mundum esse putat eundem: At Wolfius Deum a mundo distinguit l. c. §. 939. 940. Spinoza animam habet pro materia: At Wolfius demonstrat ex legibus corporum & materiæ, animam esse materiæ expertem l. c. §. 738-741. Spinoza nullos vere dictos dari existimat spiritus: Wolfius ostendit, & largitur, eos dari & quidem materiæ expertes l. c. §. 896. 738. Spinoza unicam substantiam, unicamque personam (æquivoce) largitur, præterea nullam: At Wolfius simplicia etiam arbitratur esse substantias, & singulos homines esse personas

l.

Digitized by Google

l. c. §. 925. Spinoza statuit impossibilitatem plurium mundorum possibilium: At Ill. Wolfius omnipotentiam ac intellectum Dei magnifice repræsentat; quippe continentem plures mundos possibiles, quos etiam in Leucorea publice consentiente ordine Theologorum ac Philosophorum, defendit M. Jo. Gothofr. FORBIGERUS Vitemb. 1704. 4. de *Possibilitate Pluralitatis Mundorum*. Spinoza unicam eamque absolutam statuit necessitatem: Wolfius vero & absolutam & Moralem explicat l. c. §. 575. Spinoza nexum hujus universi explicat per absolutam necessitatem. At Wolfius per Moralem, qua contingentia non tollitur l. c. §. 576. sqq. Spinoza contingentiam omnem tollit: At Wolfius eam tuetur & stabilit l. c. §. 581. Spinoza æternitatem mundi intrinsecam actualem defendit: Wolfius extrinsecam possibilem, non actualem l. c. §. 1075. Distinxerat Wolfius æternitatem Socinianam,* quæ successionem involvit, ab æternitate Dei, §. 1075. At Langius l. c. p. 22. ita: *Quid sibi vult tempus, quo mundus æternus Deo æternum coëxstiterit infinitum? Anne, tempori proprie sic dicto, infinitatem tribuere, contradictorium est? Et si mundus ratione initii sui est infinitus, quomodo ratione durationis a Deo differt?* At miror, Ven. Langium hæc non posse capere, æternitatem mundi possibi-

* conf. *Jo. Adami Scherzeri Collegium Anti-Socinianum Lib. 3. Disp. V. p. 47. sqq.*

Digitized by Google

bilem esse diversam ab æternitate intrinseca, ac actuali, quum tamen æternitatem mundi extrinsecam possibilem concedant Scholastici Pontificii, Reformati ac Evangelici. Nonne luculenter eam comprobant *Georg. Calixtus in Epitome Theol. Disp. III. §. 7. Henricus Wideburgius in Systemate Theologiæ positivæ c. VII. Theor. I. p.* 197. aliique Evangelici. Nam si æternitas mundi extrinseca est doctrina contradictoria, ergo Deus aliquando sive ab æterno non potuit creare mundum & sic postea potentiam accepit, qua aliquando caruit. Vide novissimam philosophiam, quæ incrementa ponit omnipotentiæ divinæ. Anne, omnipotentiam augeri nova potentia, contradictorium est. Si vero Deus semper & ab æterno eadem omnipotentia fuit præditus, ergo etiam ab æterno mundum potuit creare. (a) Si porro æternitas mun-

(a) At vero; anne hoc quoque contradictorium est? Creari, & tamen ÆTERNUM esse? ÆTERNUM est, quod nunquam non fuit, quod non potentia, sed semper actu fuit, quod expers est initii, quod est necessario, quod non transiit à non esse ad esse; quod à nemine dependet. Quodcunque autem creatur, aliquando non fuit, non semper actu fuit, a non esse ad esse transiit, non est necessario, sed ex libera creatoris sui voluntate, & ab eo dependet. Non video itaque, qua ratione aliquid dici potest æternum, & tamen creatum esse. Neque ex DEI omnipotentia sequitur ab *æterno* eum aliquid *creare*

Digitized by Google

mundi est ex classe earum rerum, quæ potuissent fieri, ergo etiam *series mutabilium* æterna est possibilis. At series mutabilium est tempus, ergo tempus æternum sive infinitum est possibile. Ad hæc essentiæ rerum sunt æternæ, Deoque semper fuerunt præsentes. At Deus semper fuit omnipotens, ergo ab æterno essentias potuit conspicuas reddere, hoc est, per eductionem ex nihilo & possibilitate in actum deducere. Objectiones ac fabricæ consequentiarum Langianæ ortæ sunt hoc loco ex defectu intellectus puri ac imaginationis adfluentia, nec non ex siniſtra *temporis notione*, quod non est duratio. Nam duratio est diutior particularum in eodem loco eademque forma perseveratio. Vulgus

potuisse. Ex ea quidem recte concludimus, eum ante innumerabiles sæculorum myriades potuisse mundum condere, non autem inde conficietur, id eum potuisse facere ab *æterno*. Id enim implicaret contradictionem. Contradictoria autem Deus facere nequit. Omnia quidem Deus facere potest, quæ non repugnant summis ejus perfectionibus. Quae repugnant, ea ne facere quidem posse censendus est. Sic non potest se ipsum abnegare, fallere, mentiri, peccare, auctor peccati esse, facere, ut quod factum est, fiat infectum, contradictoria efficere. Id enim contrariaretur virtutibus entis summe perfecti. Cum autem contraria sint, ÆTERNUM esse, & CREATUM esse, patet Deum mundum ÆTERNUM CREARE ne potuisse quidem. T. d. H.

Digitized by Google

novit optime, quid sint panis, caseus, domus durans. Ex communi sermone notiones ac definitiones nominales componendæ sunt, simulque, quid vulgus nobiscum per hanc illamve vocem denotet, adtendendum est. Nix, quæ non durat, sed cito fit, citissimeque perit, est in tempore, at duratio ei nequit tribui. Est igitur tempus *ordo mutabilium invicem succedentium, & ordo est convenientia multorum in uno.* Si Auctor *Leibnitiana miscellanea* curate expendisset, incautam illam temporis definitionem per *durationem* non recoxisset. *Quod caret alterna requie, durabile non est*, i. e. non habet durationem, es hat keine Dauer. Ergo etiam caret tempore, si duratio est tempus. Tandem (4) argumentum ab invidia ductum ex eo patescit, quod D. Joach. Langius in calce modestæ disquisitionis velit cuncta per placitorum morem disputata vel elusisse vel, si sua fuerint; firmissime stabilivisse. At exemplo sit *pluralitas mundorum possibilis* quam p. 29. nec non *mundi optimi electi idea*, quam p. 28. non tangit, nec refellit, ipsamque potius dijudicationem lectori permittit.

§. 4. At pergere e diverticulo liceat ad argumenta, quibus syllogistice *ideam mundi optimi electi* roboremus.

I. Quæcunque doctrina intellectum ac omnipotentiam Dei, sine imperfectione ulla essentiæ admista, sublimiorem ac magis

gis auguſtum reddit, illa eſt bona, A. Doctrina de idea mundi optimi electi reddit intellectum ac omnipotentiam Dei - - Major per ſe patet. Minor inde probatur, quia *Dei intellectio* tum eſt amplior, quando infinitas eſſentias præter eas, quas hic orbis capit, intelligit, quam, ſi præterea nullas contempletur ideas; & quia Dei omnipotentia redditur auguſtior, ſi animo infixum ſit noſtro, illum præterea multa ſyſtemata univerſi poſſe creare & ex nihilo producere.

II. Si ſubſtantiarum hujus univerſi plurimæ poſſibiles ſunt combinationes tam ratione loci quam temporis, ergo utique ſapientiſſimo Numini vel præſto fuit ratio aliqua, quare ſitum ſubſtantiarum ita eſſe, uti eſt, voluerit, vel nulla ei fuit ratio. A. Verum eſt prius ex cujusque experientia & quantulacunque regulæ combinatoriæ adplicatione. E. Etiam poſterius. Si Deus citra ullam rationem ſitum ac ſucceſſionem ſubſtantiarum voluit, ergo non egit intelligentiſſime & ſapientiſſime, ſed cœco impetu, quod adfirmatu foret blaſphemum. Ergo aliqua ei fuit ratio, cur non aliam ſucceſſionem & collocationem ſubſtantiarum voluerit, ac eam, qua orbis conſiſtit.

III. Ubi plures modi ſunt poſſibiles, unus

Digitized by Google

vero cum ratione ac ſumma ſapientia ceteris anteponitur, ac in actum deducitur, ibi eſt electio. A. In creatione univerſi Deo plures modi & ſitus & ſucceſſionis erant poſſibiles, unicus vero tantum modus cum ratione ac ſumma ſapientia in actum deductus eſt. Ergo in creatione fuit electio. Electio enim eſt unius vel aliquorum e pluribus cum ratione, ſegregatio.

IV. Quæcunque doctrina hanc electionem negat, Deoque ita ſimul, cum plures modi ſaltim ratione temporis & loci eſſent poſſibiles, rationem & ſapientiam denegat; illa cœcum impetum Deo creanti tribuit, & per conſequens credit Deum Spinozianum, ſine ratione ac ſapientia agentem. A. Illa doctrina, quæ hanc electionem rejicit, vel improbat, hanc electionem negat - - Ergo illa cœcum impetum Deo creanti tribuit.

V. Quidquid ego cogitare poſſum, id Deus eminenter & remota imperfectione etiam cogitare poteſt. A. Ego plurimos alios univerſi ordines poſſibiles, orbesque diverſos, qui novum univerſum poſſunt conſtituere, cogitare poſſum. Ergo idem Deus eminenter poteſt. *Major* elucet ex perfectione Dei & quia meæ cogitationes intellectui ejus ab æterno fuerunt præſentes. *Minor* liquet ex experientia, ex Hercule, Herculisco, Artamene, Robinſo-

Digitized by Google

soniis, Sevarambis, Campanellæ civitate solis &c.

VI. Ubicunque unum in actum deducitur, & tamen plura sunt possibilia, ibi unum præ pluribus electum est, nisi adfuerit casus & cœcus impetus. A. In creatione unus mundus in actum fuit deductus (teste experientia, ratione & S. S.) & tamen plures mundi fuerunt possibiles (secundum Syll. V.) Ergo unus mundus præ pluribus electus est.

VII. Omnis electio est vel electio meliorum vel pejorum, nam inter æqualia nulla datur electio præponderans. * Electio divina mundi unius præ pluribus est electio. Ergo Electio divina mundi unius præ pluribus est electio vel mundi melioris vel pejoris.

§. VIII. Quicunque est infinite sapiens & bonus, ille bona, immo optima eligit, si ipsi sit libertas. A. Deus est infinite sapiens & bonus, & ab omni coactione tam interna quam externa immunis. Ergo Deus bonum, immo optimum elegit mundum.

§. IX. Quicunque est æternus, cujusque intellectus nulla unquam nova idea augetur, ille, quicquid agit, semper secum contemplatus est. A. Deus est æternus

* Nec dantur æqualia tam ob cognitionem, quæ diversitatem requirit, quam ob identitatem & unitatem.

Digitized by Google

ejusque intellectus nulla unquam nova idea augetur. E. Deus optimi mundi electionem semper secum contemplatus est.

Corollaria 1. Ergo idea electi mundi optimi sua luce radiat.

2. Quicunque credit, quod Deus alium mundum creare non potuerit, ille Dei ideas reddit imperfectiores ideis nostris v. Syll. 2. 3.

3. Quicunque Deum putat, unica tantum ratione, unicum modo potuisse producere mundum, ille Deo tribuit coactionem internam, eique libertatem adimit.

4. Si hic mundus cum tota ac singula sua compage & ordine omni non est optimus, tum Deus creator nec satis adhibuit sapientiæ nec satis bonitatis, Apage blasphemiam!

5. Si hic mundus est optimus, ideoque, quia talis est, a Deo electus, tum sane omnes in eo secuturi eventus ei fuerunt notissimi. Nam quomodo Deus alias novisset, hunc omnem mundum simul sumptum, fore optimum?

6. Si singula Deus præscivit, quæ in orbe erant secutura, ergo eventus rerum sunt certi penes Deum, omnisque earum nexus ac successio sunt certi.

7. Sin vero aliter evenirent, ac Deo perspectum est, tum Deus erraſſet, vel, quem-

Digitized by Google

quemadmodum Socini proles blasphemat, probabiliter tantum eventus præsciviſſet.

8. Quicunque igitur ſapientiſſimum rerum nexum carpunt, illi vel ſe ipſos refutant, neſcientes, quid velint, vel adorant Deum quotidie addiſcentem, vel exiſtimant, Deum omnia immediate voluere, neglectis attributis creaturarum ac libertate humana, ut ſenſim Deum reddant etiam peccati auctorem quod eſt Böhmianum, & Fanaticum.

Agendum heic fuit cum Chriſtianis ac Philoſophis moderatis, ideoque ea, quæ tres Imperii Germanici religiones admittunt pro veris, non ulterius fuerunt evicta, ſed inſtar principiorum firmiſſimorum poſita. Qui vero nexum illum adhibent per abuſum, ad hanc doctrinam fati Stoici ac Spinozismi arguendam, illi nimis tenuiter, ex imaginationis abundantia, de Deo ſentiunt, nec exiſtimant, ſubſtantias per attributa eſſentialia ac combinationem ſemel inſtitutam agere, ſed Deum ſemper immediate agere ac ſupernaturaliter, quod Deo indignum eſt, uti novimus ex controverſia de *Idolo naturæ*. Si recte diſtinguatur inter *fatum cœcum*, *Turcicum*, quod libertatem hominis excludit, & *Chriſtianum*, quod actiones humanas liberas, a

Digitized by Google

Deo prævisas † nexuique rerum divinitus insertas, non excludit, tum omnis res in vado est.

§. 5. At pergere liceat ad literas diviniores, ad scrutandum, numquid ea ideæ electi mundi optimi repugnet. Quæ cum volvo ac revolvo, varia sese mihi offerunt momenta, quæ ideam illam adserunt, juvant ac confirmant. Quis ignorat, creationi hujus universi enarratæ subjici: *Et ecce, omnia erant optima.* An putas, Deum tum præteriisse protoplastorum insecuturam labem, indeque eam pergentem ad omnes Adami posteros, naturaliter genitos? Γνωστὰ ἀπ' αἰῶνος ἐστι τῷ Θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ Act. XV, 18. Lapsus Adami sane non est opus Dei, sed hominis libertate abutentis. At quomodo Deus ante jacta mundi fundamenta propositum gratiosum de redemptione per Christum 2. Tim. I, 9. electionem quorundam per Christum Eph. I, 4. agnitionem Dei sub N. T. futuram 1. Cor. II, 7. determinasset, nisi peccati origo & labes ei fuisset percognita. Anne Deus non noverat, paucis inde horis post opus creationis perfectum

† Augustin. L. III. *de Lib. Arbitr. c. IV. T. I. Colon.* *Per præscientiam Dei mihi potestas non adimitur, quæ propterea mihi certior aderit, quia ille, cujus præscientia non fallitur, adfuturam mihi esse præscivit.* Hornbek. *T. I. Socin. Confut.* f. 352. *Prævisa necessario futura, sed non necessario futuranda sunt.*

Digitized by Google

ctum protoplastos fore lapsuros? Nemo, credo, negat. Nemo dubitat. Nihilo tamen secius, omnia erant valde bona. Quicquid vero Deus exsequitur in tempore, illud ei ab æterno fuit compertissimum. Atqui absoluto creationis opere aderat mundus optimus, non obstante mox secutura prævaricatione, ergo eum ab æterno sibi ceu talem Deus proposuerat ac præsentaverat. Porro in Deo est summa libertas, namque ejus auctor & origo est. 2. Cor. III, 17. ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν, οὗ δὲ τὸ πνεῦμα κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία, *ubi spiritus Dei, ibi libertas.* Libertas vero est oppositum coactionis. Coactio interna est, quando effectus unico tantum modo sese exserere potest. Coactio externa est, siquid est extrinsecus, cui illud, quod effectum intendit, resistere nequit. Externa non est penes Deum, quia materia omnis sese habet passive, & ipse est omnipotens. Coactio interna & mechanica ei non inest, quia semper est omnipotens. Ergo libertas Dei coactioni utrique est opposita. Corollarium hinc manat, Deum in creatione mundi, potuisse pluribus modis, pluresque adeo mundos quam hunc producere. At Deus est tam sapiens quam liber. Sapiens habet præfixum finem optimum, quantum cognitio ejus patitur. Cum autem Deus sit intellectu infinito ac cognitione perfectissima præditus, ideo finem optimum semper ob oculos habet propositum. Inter finem ac

Digitized by Google ad-

adminicula est justissima proportio. Mundi creatio ad finem certum eumque optimum fuit directa, ejusque obtinendi fuit adminiculum. Ergo mundus hic est optimus, quia inter optimum finem optimumque medium justa datur proportio. Omnia igitur corollaria, quæ debito nexu ex hac idea mundi optimi eliciuntur, sunt verissima.

§. 6. Ideam electi mundi optimi, ni fallor, Plato explicate enodare ac explicare primus studuit. In Timæo eam satis prolixe ostendit ex natura Dei & effectu. Ibi pag. 478. Ed. Henricpetr. Ει μεν δη καλος εστιν ὁδε ὁ κοσμος, ὁτι δημιουργος ἀγαθος, δηλον ὡς προς το ἀιδιον ἐβλεπεν. -- καλλιστος δε δεδημιουργηται. Βεβουληθεις γαρ ὁ Θεος ἀγαθα μεν παντα, φλαυρον δε μηδεν ειναι κατα δυναμιν -- θεμις κατ' ην, κατ' εχει τω αριστω δραν αλλο, πλην το καλλιστον. *Siquidem bonus ac pulcher est hic ipse mundus, conditor quia bonus est, manifestum est, quomodo ad perpetuitatem Deus respexerit - Optimus conditus est - Voluit enim Deus ut omnia equidem bona, inutile minusve bonum vero nihil esset, quantum fieri per essentiarum habitudinem poterat - Nec fas est nec æquum, ut optimus faciat aliud præterquam optimum.* Cicero hæc ita vertit: *Nam cum constituisset Deus bonis omnibus explere mundum, mali nil admiscere, quoad natura pateretur -- Fas autem nec est nec unquam fuit, quicquam nisi pulcherrimum facere eum, qui esset optimus.* Undenam Plato hæc hauserit, sacramento contendere nequeo. Probabi-

Digitized by Google

le tamen est, Pythagoricum dogma de *harmonia* huic doctrinæ præluſiſſe. Nam Pythagoras est, qui primus τὴν τῶν ὅλων περιοχὴν, *complexum universorum*, adpellavit κόσμον, ἐκ τῆς τῦ αὐτῷ τάξεως *a pulcro ordine, qui in eo est.* vid. *J. Lipsius in Physiologia Stoicorum L. II. Diss. 6. Quem* κόσμον *graeci nomine ornamenti appellaverunt, eum & nos a perfecta absolutaque elegantia mundum*, ait Plin. H. N. L. II. c. 4. אורת eandem exprimit venuſtatem ac pulcritudinem, ſi derivationis originem cum Jobo Ludolfio ex Aethiopia Abeſſinica repetere animus est. Cicero de *Natura Deorum* L. II. p. m. 303. *Sed mundus, quoniam omnia complexus est, nec est quicquam, quod non insit in eo, perfectus undique est. Quid igitur potest ei deesse, quod est optimum? nihil autem est mente & ratione melius. Bene igitur idem Chrysippus, qui similitudines adjungens, omnia in perfectis & maturis docet esse meliora, ut in equo, quam in equulo: in cane, quam in catulo: in viro, quam in puero: item quod in omni mundo optimum sit, id in perfecto aliquo atque absoluto esse debere. Est autem mundo nihil perfectius.* Eadem mente fuerunt imbuti, qui erant de familia Zenonis. Seneca L. VII. de *Beneficiis* c. 7. p. 840. *Tom. I. Ed. Amstelod.* 1673. 8: *Sic & totum mundum deorum esse immortalium templum, solum quidem amplitudine illorum ac magnificentia dignum.* Macrobius in *somn. Scip.* L. I. c. 14. p. 59. *Ed. Grypb. Bene universus mundus Dei templum vocatur.* Mundum in gloriam Dei crea-

Digitized by Google

creatum optimumque esse, licet ludat in humanis divina potentia ac permissio, statuunt Bramanes, Ziegenbalg in ausführlichen Bericht *Contin.* VII. *Quæst.* 10. pag. 383. 84. Plura omittam. Jo. Franc. Buddeus in *Doctrina Orthodoxæ de Origine Mali contra recentiorum quorundam hypotheses modesta assertione §. 5. Optimum quoq; mundum eum* (Deum) *creare voluisse æque, ac potuisse, & ideas etiam tales formasse, secundum quas re ipsa mundus creatus sit optimus, ipsa* (scriptura sacra) *fatetur.* Quod vero Vir Celeberr. addat illud טוב מאוד non tantum notare harmonicam bonitatem, sed singulis creaturis per se convenientem; id quidem longe petitum est, namque *bonum* dicitur quod finem, qui ipsi est propositus consequitur. Adflictio dicitur *bona*, non in se se nude, quia est malum passionis. At quia finem præfixum habet, qui facit ex proposito Dei ad emendandum hominem, inde dicitur *bona*. Bonitatem singillatim dividere eamque viritim creaturis tribuere, est sapere extra connexionem, nam gradus illius singularis bonitatis terminantur mutuo rerum respectu ac harmonia universali. Ergone Deus non valuit producere mundum optimum? An fere per sex annorum millia bonitas ejus ablata vel imminuta est? Anne opus summi Dei potest esse, ratione totius complexus, imperfectum & minus bonum quam alius mundus melior ac præstantior? Anne

Digitized by Google

Anne ob pauculas horas, futura nec prævidens nec recordans, dixit, omnia creata esse optima? Anne Deum sapientia defecit, ut nequierit ignoraveritque præstantissimum fabricari mundum? Num potentia eum destituit? Num noster intellectus divino est perfectior, qui nobis possumus repræsentare mundum meliorem eo, qui est? Anne Optimus potest non perfectissime bona producere suique oblivisci?

§. 7. Subjungo heic epistolam Leibnitianam ad Celeb. J. Fr. Buddeum datam, occasione Diss. illius *de Origine Mali: Legeram jam Dissertationem Vestram de Origine Mali, quum eam missu Tuo accepi, eoque nomine & pro humanitatis tuæ expressis in præloquio vestigiis gratias ago. Ceterum, ut ingenue dicam, quod sentio, sæpe attentionem in juvene illo tuo erudito, Dissertationis auctore, requiro; nec dubito, quin aliquando ad meliora & maturiora sit adspiraturus. Neque enim videtur satis nervum rei consecutus, & gravissimas difficultates aut præterit aut levi brachio tractat, & nullo negotio scilicet expedit; & sine discussione tanquam e tripode pronunciat, tantum abest, ut dubitationes suas proponere voluisse videatur. Passim etiam dudum solutas à me objectiones tantum reponit, ut sola responsionum repetitione opus esset. Ego vero optassem, occasionem ei altius inspiciendæ datam. Sententiam etiam defendit, & nulla argumenti specie comprobatam pene instar fundamenti ponit de moralitate actionum*

Digitized by Google

num, non ex natura rei, sed sola voluntate legislatoris pendente: quæ uti cum meis sententiis plane consistere nequit, nec nisi a superficiaria admodum rerum consideratione nasci potest, ita mihi satis explosa a Philosophis & parum apud Theologos comprobata videtur. Quod superest, vale & fave.

IV.

JOACHIMI CHRISTIANI JEHRINGII,

Dissertatio

De

Regione TARSCHISCH. (a)

Συνοψις.

§. 1. Variæ de nomine תרשיש sententiæ breviter adducuntur. §. 2. non est nomen appellativum, sed proprium loci. §. 3. Et quidem totius alicujus regionis. §. 4. Fuit India Orientalis.

§. 1.

QUi varias eruditorum de nominibus regionum & locorum, in textu hebræo Codicis sacri occurrentium, sententias non obiter inspe-

(a) Copiose nuper admodum & erudite de illa agit Vir

Digitized by Google

ſpexerunt, concedent facile, ſæpe difficillimum eſſe determinatu, cuinam terræ loco & genti hoc vel illud nomen ſit attribuendum. Nec mirandum hoc eſt, nominanenim regionum ob varias gentium migrationes, commixtiones, aliasque cauſas per tot ſecula mutationibus ſemper obnoxia fuerunt variis, unde non potuit non tanta hac in re oriri obſcuritas & difficultas, præſertim cum in temporum priſcorū monimentis plerumque altum de iis ſit ſilentium. Et ſic res quoque ſe habet circa nomen תַּרְשִׁישׁ, quod diverſis in locis Scripturæ ſacræ occurrit, quodque hic conſiderandum mihi ſumſi, an divinare liceat, quænam mundi regio olim eo fuerit inſignita. In diverſas ſcilicet partes hic quoque ob rei expediendæ difficultatem modo dictam deſcendunt eruditi, alii namque, ut notum eſt, nomen hocce eeu appellativum maris vel Oceani capiunt, ut B. Lutherus præter multos alios quoque transfert; alii quidem proprium loci nomen eſſe concedunt, ſed urbem tantum alicubi terrarum eſſe putant, ubi tamen iterum inter ſe non conſentiunt viri docti, quidam enim putant eſſe Tarſum, Ciliciæ metropolin, patriam Pauli; quidam vero Carthaginem Africæ

Vir Cl. Gerardus OUTHOVIUS, non infrequens in hac Bibliotheca nomen in luculento, quem nuper ſermone patrio edidit in prophetam Jonam Commentario p. 169-218. T. d. H.

Digitized by Google

Africæ intelligunt; quidam, ut Bochartus, ejus ſedem in Hiſpania quærunt; quidam denique cum Joh. Clerico in Commentario in Pentateuchum ad Geneſ. X. v. 4. Tarſchiſch in Macedonia ſibi inveniſſe perſuadent. Videatur quoque *Aug. Pfeifferus in Prælectionibus in Prophetiam Jonæ* pag. 8. & 9. itemque Cl. *Wichmanshauſen in diſſ. de Navigatione Ophiritica* §. 7. Non eſt hic animus, imo nimis prolixum foret, omnes has aliasque doctorum virorum ſententias ſub examen revocare; ad ſcopum enim meum obtinendum tantum ſufficere puto, ſi oſtendam, nomen תרשיש (1) non eſſe nomen appellativum ſed loci proprium, idque (2) non urbis, ſed totius regionis alicujus; & ſi hoc à me fuerit probatum, argumenta proferam, quibus inductus ſum, ut crediderim, Tarſchiſch eſſe *Indiam* ſic dictam *Orientalem*, ad minimum ejus partem.

§. 2. Quod ſi ergo ſacri Codicis loca, in quibus nomen Tarſchiſch occurrit, paulo penitus inſpiciamus, ſatis clare pateſcet, eſſe illud non appellativum ſed proprium loci nomen. Primo namque ה locale expreſſe ei additur Jeſai. XXIII, 6. & Jon. I, 3. ubi bis ita reperitur, inſuper cum voce בוא & ברח, uti II. Chron. XX, 36. & 37. cum ילך, conjungitur. Nunc ה locale notat viæ metam, non vero viam, quod dicendum eſſet, ſi Tarſchiſch ſit appellativum & mare denotet; &

ve-

Digitized by Google

venire, fugere, seu ire aliquo certum importat terminum & locum. Insuper cum paulo post Jonæ I. c. v. 4. maris fit mentio, ים dicitur, manifesto indicio, תרשיש & ים non esse unum idemque, sed per illud indicari locum quendam, quo Jonas per mare suffugere putavit. (2) Hoc exinde quoque apparet, quod Tarschisch Jer. X, 9. describatur ut locus, ex quo aurum ductum advehatur, quod de mari intelligi non poterit. Sic (3) Tarsidi mercatura adscribitur, cum Ezech. XXVII, 12. Tarschisch nominetur negotiatrix, sine omni dubio ideo, quod in Tarside multi fuerint mercatores, qui, ut contextus docet & ex Jesai. XXIII, 1. 10. & 14. quoque elucet, cum incolis Tyri commercium frequentarunt; uti eadem constructione v. 20. de Dedan scribitur, (דדן רכלתך), quod Dedan seu incolæ ejus cum Tyro fuerint mercati. Adhæc, quod probe notandum; תרשיש æque ac דדן hic, cum alias terminationem habeat masculinam, in genere tamen fœminino legitur, dicitur enim תְּרִשִׁישׁ סְחֹרֶת non סחר, nulla alia ex causa, quam quod inter locorum nomina sit referendum, quæ, ut ex Grammatica constat, generis sunt fœminini. Unde quoque Tremellius & Junius, qui alias in versione sua semper nomen hoc per Oceanum verterunt, hic tamen retinent, quo ipso nolentes volentes illud pro nomine agnoverunt proprio.

Digitized by Google

Nec prætereundus est locus Ezechiel XXXVIII, 13. ubi non tantum mercatorum Tarsidis mentio fit, quod ad mare seu Oceanum non quadrat, præsertim cum mercatores isti incolis Dedan & Scheba adjungantur, qui, dum itidem ad littus maris siti fuerunt, specialiter ab istis modo dictis mercatoribus non distinguendi, sed eadem potius ratione itidem *mercatores Oceani* dicendi fuissent, si phrasis סֹחֲרֵי תַרְשִׁישׁ in genere tantum mercatores ad Oceanum habitantes indicaret: sed nomen Tarschisch quoque; ut in priori loco ob eandem jam indicatam causam, quod scilicet nomen sit loci) in fœmininо accipitur genere, uti videre est ex pronomine הָ, sequenti voci adjecto, quod cum unius tantum personæ pronomen sit, merito tantum ad proxime præcedens refertur nomen; uti quoque vocum postulat sequela. Et si porro nunc consideremus, Tarsidi hic, ut incolas, attribui כְּפִירִים leones, (quibus non incongrue, uti quoque in Bibliis. Dordrac. explicatur) duri lucrique cupidi intelliguntur negotiatores, qui leonum instar omnia ad se rapiunt; dubium remanere non poterit, quin Tarschisch pro proprio loci nomine sit habendum. Hoc denique (4) quoque indicat phrasis בת תרשיש, quæ Jesai. XXIII, 10. exstat, hujusmodi enim phrasis de aliis quoque locis in Scriptura S. adhibetur sæpissime, sic v. sq. 12. dicitur eadem ratione

Digitized by Google

בת צידון; filia Zidon, & Zach. IX, 9. filia Zion item filia Jerusalem, &c. Ut taceam rationes, in sequenti §. allatas, quæ superflue idem evincere possunt. Unde non satis mirari possum; quod Cl. Wichmanshausen in diss. cit. §. 7. ad I. Reg. X, 22. & XXII, 49. ita scribit: „Quod si תרשיש nomen terræ, „in quam emissa est classis Salomonis, pro„prium feceris, inconcinna plane & incon„grua verborum mens illa futura est, Salo„monem & Josaphatum naves Tarsicas ex E„zion Gebher Ophiram misisse: quum con„tra, si quis אניות תרשיש naves Oceani, h. „e. majores & ad longum iter in Oceano con„ficiendum aptas, interpretetur, perspicua „sint omnia & suis difficultatibus expedita. Putat scilicet (de locis allegatis postea agetur) תרשיש non esse nomen proprium loci, unde inconcinna sit phrasis; si אניות תרשיש, uti quoque legitur Psal. XLVIII, 8. Jesai. II, 16. XXIII, 1. 14. LX, 9. Ezech. XXVII, 25. naves *Tarsitas*, Tarsische Schiffe / interpretemur. Sed inconcinnitatem non video, cum etiam hodie usu receptum sit, navem secundum locum, quorsum aut ex quo mittantur, denominare, sic notum est in vulgus, naves, quibus Batavi in Indiam navigant, dici Indicas, Ost-Indische / West-Indische Schiffe. Magis incongrue vero esset, minimum navigatoribus non est in usu, *naves maris* seu *Oceani* dicere; cum per se intelligatur, na-

Digitized by Google

ves non terræ aut aëri ſed mari eſſe deſtinatas. Hinc Seb. Schmidius in Commentar. in Jeſaiam ad Cap. XXIII, 1. pag. 198. accuratius de hac phraſi ita ſcribit: „Tarſchiſch „videtur eſſe h. l. non ipſum mare, ſed terra, „ſive inſularis, ſive maritima, ut naves „Tarſchiſch ſint *naves è Tarſchiſch venientes*.

§. 3. Circumſtantiæ porro de nomine Tarſchiſch in Scriptura S. traditæ non obſcure quoque nos docent, eſſe illud non urbis nomen tantum, ut plerique putant, ſed totius potius alicujus regionis. Scilicet inter filios Javanis Gen. X, 4. refertur quoque Tarſchiſch quidam, cum ergo reliqui in iſto capite memorati, *regionum* certarum, non *urbis* alicujus tantum conditores fuerint, idem de hoc filio Tarſchiſch non ſine ratione erit dicendum, præſertim cum loco citato v. 5. expreſſe addatur, à filiis Javanis, inter quos & Tarſchiſch erat, fuiſſe diviſas inſulas & regiones gentium per terras earum. Tarſchiſch quoque in Scriptura S. deſcribitur, quod exinde in alias terras variæ merces, e. g. aurum, argentum &c. itemque animalia, ut ſimiæ, pavones &c. ſint deportatæ, quod de ſola urbe aliqua dici non poterit; cum terræ montoſæ, non urbes, ejusmodi res alant atque promant, conf. §. ſeq. n. 4. Sine dubio ergo Tarſchiſch fuit regio aliqua & integer aliquis terræ tractus. Hoc quoque ex eo quam clariſſime elucet, quod terræ

Tar-

Digitized by Google

Tarſchiſch in Pſal. LXXII, 10. reges attribuantur; mentio enim ibi fit מלכי תרשיש regum Tarſchiſch. Antiquis quidem temporibus reges non ſemper amplas ſibi ſubjectas habuerunt terras, interim tamen rex ſine regione, quantulacunque ſit, eſſe non poterit, unde neceſſario ſequitur, Tarſchiſch integram fuiſſe aliquam regionem. Et ſi ad numerum pluralem loco citato occurrentem (cum dicitur: reges, non rex Tarſchiſch) attendamus, dicendum fere ſine contradictione erit, Tarſchiſch fuiſſe magnum terræ tractum, quem tempore Davidis & Salomonis plures reges inter ſe diviſum ſub ſuo tenuerunt dominatu, prout olim in primis ſub imperiorum initia minora totam Aſiam diſtraxerunt regna. Idem porro exinde quoque apparere perſuaſum habeo, quod Tarſchiſch inter alia enumeretur regna, dum cum regione Lud & inſula Phul Eſai. LXVI, 19. conjungitur, manifeſto indicio, Tarſidis eandem eſſe rationem ac regionis Lud & Phul. Ex eo vero, quod Tarſchiſch & Lud l. c. conjunguntur, non poterit concludi, confines fuiſſe has regiones, Propheta enim maxime diſſitas & ab utroque Paleſtinæ latere extremas fere ac longinquiſſimas indicare vult regiones, quorſum miſſurus eſſet Deus O. M. quosdam, ut illis ſuam annuntiarent gloriam. Quod in anteceſſum hic erit notandum. Huc quoque pertinent argumenta,

Digitized by Google

ta, sequenti §. adducta, quæ idem facilé poterunt probare.

§. 4. Cum ergo brevissime quidem sed liquido ostenderim, totam aliquam per Tarschisch in sacris literis designari regionem; quæstio nunc remanet, cuinam ergo mundi regioni nomen Tarschisch sit tribuendum? Ego, si omnia, quæ de eo in Scriptura Sacra memorantur, accurate perpendeo, veritati maxime consentaneum esse mihi persuadeo, Tarschisch fuisse regionem istam, quæ nunc *India Orientalis* dicitur, quo nomine secundum consuetum loquendi usum in latiori sensu tam terra continens, Oceano Indico adjacens, quam Insulæ in isto Oceano sitæ comprehenduntur. Evincent hoc sine dubio sequentes rationes ac circumstantiæ. (1) Magna Indiæ Orientalis pars multis constat insulis, ut ex Geographia notum est. Adeo ut non facile, plures simul alicubi terrarum reperiantur. Sic quoque eadem Tarschisch nobis in Scriptura S. depingitur ratione, non enim Gen. X, 4. & 5. solum refertur, posteros Tarschisch, ut ceteros Javanis filios, insulas incoluisse gentium, sed etiam aliis in locis non obscure innuitur, Tarschisch regionem fuisse insularem, dum Jesai. LX, 9. & Psal. LXXII, 10. insulæ cum Tarschisch conjunguntur, ubi forte particula ו hebraica, ceu alias quoque non est infrequens, ut explanativa commode accipienda

Digitized by Google

enda erit. Jungitur quoque (2) Tarschisch cum regionibus urbibusque Scheba & Dedan, Ezech. XXXVIII, 13. & Psal. LXXII, 10. quæ ad mare Persicum & sic quoque ad Oceanum magnum Orientalem seu Indicum sitæ erant, unde multo commodius Tarschisch ad Oceanum Indicum quærere reperireq; possumus, quam ut in Hispania aut Græcia cum aliis indagare regionem illam allaboremus. (3) Situs urbis (seu insulæ) Ophir, ad quam classis Salomonæa fuit missa, quam clarissime in sententia nostra nos confirmare poterit. Scilicet maximus quidem se prodit eruditorum dissensus, ubi terrarum Ophir sit collocanda aut invenienda; accuratiores tamen scriptores, ut *Caspar Varrerius in Commentario de Ophir, Bochartus in Phaleg. Part. I. Lib. II. Cap. XVIII. & Relandus in diss. de Ophir. §. 7.* in eo consentiunt, Ophir sitam fuisse in India Orientali. An cum Varrerio ad sinum Gangeticum, an vero cum Bocharto in Insula Ceilon, an denique cum Relando circa Oupara urbem sit reperienda, hic determinare opus non erit, sufficit, in eo viros doctos consentire ac hoc demonstrasse, quod Ophir Indiæ locus fuerit Orientalis. Ad quod versio Arabica quoque in consensum adduci poterit, quæ I. Reg. XXII, 49. pro Ophir omnino *Indiam* habet, & I. Reg. IX, 28. naves Salomonis *ad regiones Dahlat, quæ sunt ex India*, profectas esse ait. Nunc omnes circum-

Digitized by Google

cumſtantiæ arguunt, Ophir & Tarſchiſch eodem terræ tractu fuiſſe ſitas, ſi enim I. Reg. XXII. 49. cum II. Chron. XX, 36. conferamus, videbimus, Ophir cum Tarſchiſch plane permutari, cum enim loco priori dicitur: Joſaphatum naves feciſſe Tarſicas ללכת אופירה *ut Ophiram irent*, in poſteriori legitur: ללכת תרשיש, *ut Tarſin irent.* Unde *Varrerius in Comment.* citat. non incongrue ita ſcribit: „Locis omnibus probe perſpectis „apparet, quod ſacra hiſtoria eandem regio„nem modo Ophir, modo Tarſis appellet. Sponte ergo hinc conſequitur, Tarſchiſch Indiæ Orientalis fuiſſe regionem, aut ipſam potius totam Indiam. Et ſi phraſin: אניות תרשיש ללכת אפיר, præter permutationem adductam, accurate inſpiciamus, dicendum omnino erit, Ophir fuiſſe urbem aut inſulam, in regione Tarſchiſch ſitam, ut idem hujus phraſis ſit ſenſus, prout nunc e. g. loquimur: Paratur navis Indica, ut mittatur Bataviam, Ceilon &c. Man rüſtet ein Schiff zu/ das nach Batavia oder Ceilon oder ſonſten nach andere Oſtindiſche Oerter gehen ſoll. (4) Legimus I. Reg. IX, 26. ſqq. X, 11. 22. item II. Chron. VIII, 17. 18. & IX, 10. & 21. diverſa mercium genera à claſſe Salomonea ex Ophir & Tarſchiſch fuiſſe advecta, ſcilicet *aurum*, *argentum*, *ligna thyina*, *ebora* ſeu elephantorum dentes, *ſimias*, *pavones* & *lapides pretioſos*. Cum ergo notum ſit, Deum

Digitized by Google

um O. M. pro libera sua potestate & sapientia non omnem terram unius ejusdemque rei ac mercis participem reddidisse; sed alteri regioni hanc, alteri vero aliam largitum fuisse benedictionem, ut sic terra Tarschisch & Ophir præ ceteris regionibus memoratas protulerit merces: sequitur, si ostensum fuerit, Indiam Orientalem eadem gignere & genuisse mercium genera, qualia de Tarschisch sunt memorata; hanc & illam eandem fuisse regionem & terram. De India ergo Orientali non tantum hodierna comprobat experientia, sed veterum quoque relationes testantur, proventu talium mercium eam imprimis fœcundam esse & olim quoque fuisse. Namque quod India aurum & argentum proferat, videri poterit apud *Plinium in Histor. naturali* Libr. VI. Cap. XIX. & XX. Licet porro valde sit obscurum, quodnam lignorum genus per עצי אלגומים intelligitur, dubium tamen non est, quin & India ejusmodi lignum aluerit. Communiter quidem lignum thyinum redditur, de quo Apoc. XVIII, 12. legitur; si vero cum B. Luthero per *ebenum* interpretemur, Indiæ quoque fructus lignum istud cum Plinio l. c. Libr. XII. Cap. IV. foret dicendum. Eboris itidem copiam in India exstare, non est quod dubitemus; cum terra illa elephantorum fœcundissima sit genitrix, teste iterum Plinio Libr. VIII. Cap.

Digitized by Google

IX. & XI. & alibi. Simias quoque ibi magno proereari numero, uti alias constat, sic quoque illi referunt, qui istam peragrarunt regionem. De avibus, (a) תכיים dictis l. c., licet eas pavones aut psittacos reddas, aut qualescunque demum sint aves, à *Bocharto in Hierozoico* Part. II. Lib. I. Cap. XX. pag. 137. demonstratum est, eas proprie *Indicas* fuisse aves. Variorum denique generum lapidum pretiosorum gemmarumque (quorsum inter alias chrysolitus, quem Scriptura S. à regione תרשיש vocat, pertinet) copia abundasse Indiam, non tantum Plinius hinc inde, sed & alii superflue nos docent. (5) Ratio hinc reddi poterit, cur in Ezion Gebher, urbe ad littus maris algosi, seu ad sinum Arabicum sita, classem suam ædificaverit, & exinde Tarsin miserit Salomo, uti quoque de Josaphato II. Chron. XX, 36. legimus. Si enim hanc esse Indiam Orientalem statuamus, facilior, tutiorque, imo compendiosior ad hancce regionem ex Ezion Gebher via erat, quam si ex Joppe, Hierosolymis alias multo viciniori portu, eam solvisset. Quod si Tarschisch orientem versus non fuisset sita (ut India Orientalis ea non indicetur) sed alicubi ad Mediterranei maris littus; si e. g. Tarsus Ciliciæ, aut, si cum Clerico Tarschisch quærenda esset in Macedonia: commodius sane ex Joppe aut alio istius maris portu expeditio illa nautica fuisset suscepta. Imo hac ra-

(a) V. de his diss. Fratris mei in hac Bibl. T. II. fasc. 3. diss. 4

ratione nautis Hirami, dum ex *Tyro* suas solverunt naves Tarsicas, ad unum iter conficiendum integro triennio non fuisset opus, uti traditur I. Reg. X, 22. & II. Chron. IX, 21. nisi non solum per mare mediterraneum sed totam insuper quoque Africam circumnavigandum illis fuisset. Ad hoc observari hic forte poterit, de expeditione Hirami, ex Tyro sine dubio suscepta, cum qua Salomo unam alteramve navem in consortio miserat, tantum locis citatis dici, quod iter nonnisi trium annorum spatio absolverit; cum contra, ubi I. Reg. IX, 26. & II. Chron. VIII, 17. 18. classis Salomonex fit mentio, tantum temporis spatium ad expeditionem confieiendam necessarium fuisse non legatur, cum classis hæc, ex Ezion Gebher utpote portu Indiæ Orientali seu Tarsidi multo viciniore, missa, sine dubio minore temporis spatio quam trium annorum iter absolverit suum. Classes enim Hirami & Salomonis omnino sunt distinguendæ (quamvis fortassis in consortio eas instruxerint) de illius enim classe dicitur locis primo citatis, navem Salomonis missam fuisse *cum nave Hirami*; cum contra locis post citatis de Salomonis classe dicatur, servos Hirami *cum servis Salomonis* fuisse missos. (6) Argumentum porro pro sententia mea peti posse puto ex Psal. XLVII, 8. ubi naves Tarschisch Euro à Deo sæpius confringi dicuntur. Ex quo patet,

Digitized by Google

tet, Tarſchiſch ſub iſta mundi plaga fuiſſe ſitam, ubi Eurus vehementior eſt, quam in aliis terræ locis. Ex multis vero Scripturæ S. locis, quos vide citatos apud Geierum in Commentario ad h. l. apparet, ventum huncce Eurum in orientalibus plagis nimis eſſe vehementem; unde ſequitur, ſub orientali Tarſchiſch quærendam eſſe plagam. (7) Ultimo loco adjungam *Hieronymi* conſenſum, ita enim *ad Marcellam* in *Opere Epiſtolarum* ſuarum, Tomo ultimo pag. 79. edit. Baſil. de anno 1524. ſcribit: *Quæris ſi Tharſis lapis chryſolitus ſit, aut hiacynthus, ut diverſi interpretes volunt, ad cujus coloris ſimilitudinem Dei ſpecies ſcribatur: quare Jonas propheta, Tharſis ire velle dicatur, & Salomon & Joſaphat in Regnorum libris naves habuerint, quæ de Tharſis ſolitæ ſint exercere commercia. Ad quod facilis eſt reſponſio, homonymum eſſe vocabulum, quod & Indiæ regio ita appelletur, & ipſum mare, quia cœruleum ſit &c. hactenus Hieronymus.* Hiſce ego omnibus argumentis ſimul ſumtis riteque conſideratis, nihil fere dubii hac in re remanere poterit, ut perſuaſum habeam, quemlibet nunc facile mihi conceſſurum, Tarſchiſch fuiſſe Indiam Orientalem.

V.

Digitized by Google

V.

J.C. HARENBERGII,

De modo eruendi aurum, argentumque in Arabia & Aethiopia a Jobo celebrato c. XXVIII. v. 1-11.

Observatio.

Conſpectus. §. 1. Effoſſio & liquatio metallorum delineatur ex vetuſtis auctoribus. §. 2. Jobi verſio. §. 3. Conciſa explicatio.

§. 1.

Duplex erat aurum Arabicum. Alterum *apyrum*, non ex ramentis excoctum per ignem, ſed quod inter eruendum ſtatim purum putum inveniebatur par nuci caſtaneæ magnitudine & maxime flammei coloris, de quo agit Diod. Sic. L. II. c. 50. III. 45. Alterum in confiniis Aegypti vicinæque Arabiæ & Aethiopiæ in primis ex magnis aurifodinis multorum hominum cum moleſtia & impenſa egerebatur. Solum ibi natura ſua nigrum m atus & venas habebat candido marmore inſignes & ſplendidiſſima quæque nitore ſuperantes (*Druſen*) in quibus metallicis erga-

Digitized by Google

ergaſtulis præfecti magno operantium numero, aurum elaborabant. Rei & ſupplicio graviori deſtinati eo detrudebantur, vinculis alligati, ut noctu diuque operi inſtarent, quale quiddam de *Phuno* vel Fenon Hieronymus de *Locis Ebraicis* fol. 128. col. 1. T. IV. memorat, loco Arabiæ deſertæ. *Terra auro gravida*, igni ſubacta emolliebatur, petraque ita laxata, quæ jam mediocri labori cedere didicerat, ab aliquot myriadibus ſortis profligatæ ferro lapicidario diffringebatur. Toti negotio artifex præerat, qui & ſaxum dijudicabat & viam operantibus oſtendebat. Fortiſſimi quique acutis è ferro malleis petram marmore ſplendentem, vi diffindebant, cuniculosque agebant, quo rupis venæ interlucentis tractus ducebant. Qui ita per obliquos fodinarum mæandros in caligine verſabantur, lychnos frontibus adfixos geſtabant, & deciſa lapidum fruſta in pavimentum abjiciebant, quæ impuberes pueri per excavatos petræ ſinus ingreſſi, projecta fruſta egerunt & ſub dio extra oſtium depoſuerunt. Hinc robuſti homines eadem in mortariis ſaxeis ferreisque pilis contundebant, feminæ vero virique mollis manuariis, bini aut terni, ad farinæ exilitatem conterebant. Miſeri illi, verberibus ſemper intentis, mortem præ vita exſpectabant. Dein magiſtri pulveres illos ulterius elaborabant, in lata paullumq; devexa tabula mar-

mor

Digitized by Google

mor illud affusis aquis deterentes, ut aurum gravitate subsidens in tabula remaneat, terreæ vero particulæ per assamenti devexitatem defluerent. Qua actione aliquoties repetita, defæcatum auri ramentum opifices, certo pondere congestum, sumunt & in fictiles juvenas condunt, plumbi massam, salis grana, pauxillum stanni furfuremque hordeaceum adjicientes. Tandem vasa operculo obstructa limoq; circumlita per quinque dies noctesque in fornace coquebant, & dato justo refrigerationis intervallo purum putum aurum, exiguo cum defectu, accipiebant. Hanc rationem antiquissimam excoquendi auri descripsit fusius Diodorus Bibl. Hist. L. III. c. 12, 13, 14.

§. 2. Instituit Jobus comparationem inter sapientiam veram thesaurosque caducos. Hos perhibet, multo licet cum sudore, erui ex terra, & in aspectum produci è locis, quos nec rapaces aves & quadrupedes, omnia serutantes ob prædam, viderunt. At sapientiam veram hominem fugere, nisi Deus eam detegat, docet. Aurum argentumque cum ceteris metallis tradit à solicitis mortalibus inveniri, fodinisque esse exitus & finem: originem vero veræ sapientiæ esse infinitam nulloque termino concludi. En versionem planam: *Sane est argento suus egressus*, locus unde in lucem eruitur, *& locus est auro, ubi illud perpurgant. Ferrum ex pulvere* reci-

Digitized by Google

recipitur & ex lapide firmo aes. Finem imposuit tenebris & omni termino ipse investigator lapidis tenebrosi & umbræ. Ipse *perrumpit vallem* cum iis, qui *à peregrinante non curantur* & *à pede* viatoris, *langueſcunt & ab homine deſerti ſunt. Terra, ex qua creſcit alimentum, ſub ea fit ſubverſio quaſi incendio. Locus pellucens inſtar ſapphiri, ſunt lapides ejus* habetque locus ille *glebas auri. Avis rapax* (aquila) non cognoverat ſemitam illius, nec oculus *cornicis conſpexerat illum. Nec calcare docuerant illum leones feri: non pervaſerat illum lupus minor. Acuto firmiſſimoque lapidi* inveſtigator *immittit manum ſuam & radicitus montes ſubvertit. In rupibus rivos findit & omne, quod pretioſum eſt, detegit oculus ejus. Lacrymas omnium præſtruit, & latebræ producunt lucem.*

§. 3. Stilus, ut apparet, eſt ſublimis & conciſus, indeque ſubobſcurus. Extra hiſtoriam hic incedunt Rabbini, ſingula momenta nec debite penſitantes nec juſte jungentes. מַפְקִיד חוּקִי, eſt metallicorum ergaſtulorum præfectus, qui operantium & rimantium labores dirigit & urget, & præcipue ita dicitur, quod ejus cura perveſtigatio metallorum cœpta & continuata ſit. Non equidem Diodorus de argenti, ferri ærisque proventu enumeratione ſua quicquam ingerit. Verum licet purgatio ultima auri a defæcatione ceterorum metallorum fuerit exigua ex parte diverſa, conf. Ez. XXII. 20. effo-

Digitized by Google

effossio tamen ubique fere eadem fuit, cum reliquo apparatu, מוצא *egressus*, Targ. אתנא *exitus* est ostium fodinæ, ad quod frusta comminuta metalli deponuntur vel egeruntur. Locus ubi aurum יקי *liquabant* מצגין *defecationis officies*, partim per affusam aquam, partim deinde per ipsam liquationem, in urnis fictilibus & furno suscipiendam. Nec alia tum argenti facta fuisse videtur defecatio, ut apparet ex Ps. XII. 7. ubi promissiones Dei comparantur cum כסף צרוף בעליל לארץ מזקק שבעתים *argento expurgato in urna vel catino terræ* (fictili), *defecato septies* (sæpe). Cum qua interpretatione consentit Targumista apud Buxtorfium, qui etiam ב in exordio vocis בעליל pro præfixo habet, quod verum puto. צרף alibi quidem est *conflare*, sed quoties de verbo Dei vel simpliciter vel in comparatione adhibetur, *purgationem* indicat. Chaldæus instrumentum defecationis טוריא על ארעא vocat, *instrumentum supra terram* vel *devexum in terram*. Ac si verum fateri licet, עליל non est fornax vel catinus, sed tabula ferrea vel lignea paullum devexa, in qua, affusis aquis, commoliti auri argentique pulveres subsidebant, idque omne defluebat, quod limosum, terrenumque erat. Nam (1) hoc ipso Psalmo purgatio, a pleniori liquatione distinguitur, quarum posterior in fornace peragebatur, ita tamen ut aurum argentumve fictili urnæ inclusum es-

Digitized by Google

set. (2) Fornax ille plenissimæ liquationis & despumationis ubique כור vocatur 1. Reg. VIII. 51. Prov. XVII. 3. XXVII. 21. Deut. IV. 20. Es. XLVIII. 10. Jer. XI. 4. Ezech. XXII. 18. 20. 22. symbolum irarum & maximorum cruciatuum. Ez. XXII. 21. כור ברזל est fornax, in quo ferrum purgatur liquaturque, ignibus maximis, quo cum conferuntur calamitates Israëlitarum Ægyptiacæ. עלי igitur est ab עלילה *machinatione*, עולל *machinatus* est, machina separans pulveres a terreis particulis. (3) עלי לארץ non est catinus terrestris, sed *machina ad terram* sc. devexa. Nec moror בעליל Aben Esræ, quod ex etymo בעל הארץ de argento principum terræ deducit, vel varietatem Raschii, nam quod ex Raschio discimus, Jonathan ex significatione ארנות *dominationis* (a בעל) vocem *baalil* vertens primam deflectendi dedit ansam. Verum redimus ad Jobum, ubi אבן יצוק est terra metallis gravida, dura, ignique subigenda. Ubi vero profundæ in terris fuerunt tenebræ, ibi per effossiones metallicas iis finis imponitur, tam per aërem latebras fossas aliquantulum collustrantem, quam lychnos frontibus operantium adplicatos, caliginem mitigantes. Lapides nihilosecius dici possunt caliginosi, umbrosique, quia in lucem nondum erant eruti, nec antea visi erant ab operantibus, צלמות est Arabum ظلام *salâm* quasi צלמות, *tenebræ*, quam

Digitized by Google

quam vocem LXX. per ἀπὸ δυσμῶν & Targum h. l. per מערבא efferunt, quasi foret composita. Mire hoc interpretes fluctuant, unoquoque fere in diversa eunte, conf. Lud. de Dieu in Animadv. ad h. l. p. 299. sq. qui & ipse sibi non constat. Nostra expositio non videtur incommoda, licet testimoniis idem sentientium vix roborari possit, nam (1) unicam ellipsin supponit את vel עם (2) cum re ipsa convenit (3) cohærentiam non deserit. (4) ἀνάδυσιν in מן ים ob plurima exempla similia statuit. *Qui a pede peregrinantis oblivioni erant dati*, sunt miseri auri fossores, quos nemo prætereuntium invisebat vel colloquio dignari poterat. מנשכחים מעם רגל נר. Nam quicunque maleficiorum rei, bello capti, injustis calumniis circumventi, aut ex ira custodiæ traditi erant, olim damnabantur ad metalla effodienda, ubi nulla venia, nulla omnino remissio, neque ægroto neque mutilato tribuebatur, ubi nulla ætas excusabat detrusos compedibusque adstrictos, quorum erat continenter in opere perseverare, nec per dies nec per noctes ulla concessa quiete, omnique elabendi facultate curate intercluſa. Militum barbarorum variis linguis utentium excubiæ illis imminebant, ita, ut nemini per sermonis commercia, aut familiaris congressus blandimenta quenquam excubitorum corrumpendi relicta esset facul-

Digitized by Google

tas. Adde quod exactores rigidissimi in otiosos vel respicientes admodum sævirent. Hi sunt illi captivi, qui demum in morte vocem adstantis exactoris audire cessant, & qui invita mortem exspectabant morantem, eamque vel ex occultissimis antris, e quibus eruebant venas metalliferas, effodere cupientes Job. III. 18. 21. Dicitur de iis דָּלָה *attenuantur, arescunt, ad maciem rediguntur*, nam omnes inflictu plagarum ad urgendum opus adigebantur, quoad, ærumnarum mole superante, laboribus immorerentur. Additur מְאֻוָּשׁ נֵעָה *quasi non sint homo, vagantur*, vel si mavis, *ab homine deserti vivunt* omni, vagantur in fodinis, instabiles, nulla spe nixi. Nulli enim corpus curare licebat, adeo ut nec pudendorum velamentum iis esset, & quemcunque, qui miselios intuebatur, eorum misereret. Quare illi infelicissimi mortalium futura semper formidolosiora præsentibus ducebant, mortemque vita optabiliorem adsidue exspectabant. Si vero דָּלָה per נבהו cum R. Levi ben Gerson explicare malis, animus indicatur auxilium semper exspectantis ex alto, ut דלו עיני למרום *sublati sunt oculi mei in cœlum* Es. XXXVIII. 14. quamvis prior explicatio sit multo commodior, tum ob frequentiorem vocis usum, tum ob cohærentem seriem. *Terra* porro superius *alimenta* progignens, quæ *panis* nomine sueverunt denotari, inferius igne

igne pervertitur, ut pergit Jobus. Nam in aurifodinis terra auro gravida, ubi durissima erat, igni subacta emolliebatur, antequam manuum opus adhiberetur. Chaldæus videtur montes ignivomos in animo habuisse vel ipsam gehennam; quam גַּנְתָּא עֵדֶן opponit, conditioni beatarum animarum, *gan eden* dictæ. Sed extra oleas saltat, quæ etiam ratio est, cur me abstinuerim a recensendis Judæorum interpretationibus. Lapides ejusmodi fodinæ vocantur porro סַפִּיר מְקוֹם non nativa, sed inflexa ad similitudinem significatione, *conceptaculum sapphiri*. Attendendum hic est vel ad colorem cœruleum, cœlum exprimens, vel ad pretium istius gemmæ. Fragmina fodinarum cœrulei esse coloris constat, si plus argenti, ferri stannique quam auri & aeris cyprii venis insit. Quare cum Jobus argento aurum adjungere solitus sit, quod ante vidimus, atque heic paulo post auri mentionem subjiciat, de argenti venis, colorem sapphiri reddentibus, ei sermo esse creditur. Nec tamen insulsum est, auri fodinam ratione pretii non æstimabilis cum loco sapphiri, vel fodina sapphirina conferri posse. עֲפָרוֹת sive ut Chaldæus habet עֲפָרוֹתִין דְּדָהֲבָא *pulveres auri* sunt, nam viros feminasque, auri impuri glebas molis contrivisse, supra §. 1. traditum est. עַיִט *avem rapacem* vertunt omnes, Chaldæus nude אִיתָּא *avem*, sed aquilæ speciem

Digitized by Google

diem intelligi puto, tam ob impetum, quo superne irruit, quod est נשר, quam ob rapacitatem & affinitatem vocis דרס, Adler. Alterum avem איה *cornicem* esse vix dubium est, ob indicatam visus perspicacitatem, qua inter omnes volucres pollet. בני שחץ sunt leones, ita a *ferocia* & *superba excellentia* dicti, ut Olympiodorus h. l. indicat, vel *leonem catuli*, quia שחל, שחלא simpliciter leonem significat, ut Theod. Hasæus, Vir Celeb. partim ex Targum ad Ps. XVII. 12. ubi pro כאריה est שחלא, partim ex eo ad h. l. & Job. XLI. 34. ubi utrinque בני שחץ est, atque ex Tr. Sanhedrin probat, de *Liviathane Jobi* c. V. §. 34. p. 222. sq.

שחל a me vertitur per lupum minorem, σκύλακα, sqvilachi, *Ciacale*, *lupum* vulpibus majorem, communibus lupis minorem, lupo validiorem, labris ferreis instructum, robore immanem, nocturna grassatione & ingluvie gravem, ululatu canino insignem, Aristoteli, Plinio, Busbequio, Thevenoto decantatum. conf. Bocharti Hieroz. P. I. L. III. c. 12. Non quidem ignoro, ad septem leonis nomina referri שחל. & ab uno Targumista verti per לישא λέοντα leonem, alter enim לישא *bestiam* generatim habet. Scio etiam Raschium & R. Levi ben Gerson h. l. *leonem* interpretari. Verum obstare puto (1) quod *leo* jam commemoratus sit, (2) quod μετωνυμία non patiatur eadem bis dici, (3) & quod שחל ἐκλε-

Digitized by Google

cum שחל sono & prædicatis apte conveniat. Hæc animalia non viderunt glebas, quibus ineſt aurum, quia ipſa terræ inambulant, fodinas non aperiunt metalliferas, ſtupendo hominum labore recludendas. Nam indagator æris eſt, qui in duriſſimum ſaxum & ſilicem injicit manum. Petra dura, auri dives, igni edomita, ab hominibus porro diffringitur. Durities petræ ineſt voci חלמיש ut liquet ex Pſ. CXIV. 8. Deut. VIII. 15. Eſ. L. 7. Deut. XXXII. 13. nec præciſe eſt ſilex, cujus ex violento attritu excuditur flamma, ſed petra duriſſima quælibet, ut ea, quam percuſſit Moſes, in hunc usque diem ſuperſtes. Vid. Celeberr. Theodori Haſæi Diſſ. de *lapide fundamenti*. Porro indagator æris radicitus vertit montes, fodinam pro meatibus venarum per anfractus perrepens; quin etiam inter illas petras amnes dividit, ne opus impediant ingreſſusque illudant: Ita enim videt quodvis pretioſum, venas candido marmore (*Silberſand*) inſignes & ſplendidiſſimas quasque res nitore ſuperantes. Et cum forte lacryma rivorum, hoc eſt, ſtilo depreſſiori ipſe rivus iter in fodina corrumpat, eum obſtruit, חבש ut obſtruere vel obligare ſolemus ſanguinem æquo largius e vulnere manantem. Aben Eſra: חבש, יעצר *cohibet*. R. Levi ben Gerſon יעצר ויסתם *cohibet & obturat*. Hinc *res abſcondita*, תעלמה, exire facit, ſive *repercutit lucem*. Lux illa eſt vel in fodinis

Digitized by Google

repercussa a petris, orta de lychnis, ad frontes operantium, adaptatis vel est auri defecati, quod lucem splendoremque emittit, antea squalore & tenebris mersum.

VI.

J. C. HARENBERGII De recepta lectione loci Gal. II. 3. 4. 5. retinenda.

Observatio.

Summa. §. 1. *Sam. Battierii industria in eruderandis scriptoribus Graecis celebratur.* §. 2. *Qualis Critica ars ad S. litteras sit adhibenda.* §. 3. *Characteres verae expositionis.* §. 4. *Adplicatio eorundem ad locum praesentem.*

§. 1.

ACademia Basileensis BATTIERIOS aluit jam aliquo abhinc tempore, litterarum ac scientiarum amplificandarum administros. Joannem Jacobum BATTIERIUM quendam Basileensem Typographum multa typis impressisse reperio. Samuel vero BATTIERIUS, Phil. & Med. Doctor exeunte proximo sæculo florere cœpit, cujus varias observationes

Digitized by Google

nes & Emendationes in ſcriptores Græcos & ipſum N. T. litterati volvunt. Idem eſt, auctor *Obſervationis* 2. in hujus *Bibl.* T. VII. *Faſc.* I. p. 56. ſq. qua *Timotheum* legendum eſſe judicat loco *Titi* ſimulque particulam ὧδε v. 5. delendam eſſe judicat. Viri Clariſſimi opinio ingenioſiſſima prima fronte adeo mihi ſeſe commendavit, ut nihil ſupra, quippe qui aperte fateor, exempla adlata e profanis ſcriptoribus non abhorrere a propoſito. Atmox animum ſubiit religio illamque criſin curatius contemplari inſtitui. Nec ægre feret Auctor Clariſſimus, opinor & obſecro, ſi rationes quasdam modeſte produxero; quæ me impulerunt, ut adſenſum meum revocaverim ac receptam uſuque vulgatam lectionem ſequar.

§. 2. Ars critica in ſacris litteris explanandis inſignem fundit lucem, nec de eo ulla niſi ab imperitis rerum arbitris cietur controverſia. Sed ars illa manum ultimam nondum experta eſt, & quisque pro viribus fines ejus proferre juxta eniti debet. Ad cavendum ſedulo eſt, ut idemtidem inculcant Theologi, ne Jo. Clerici, qui primus Criticen in formam artis redigere adgreſſus eſt, veſtigia vel exemplum nimis ſectemur, namque re ipſa animadverti, veritatem judicii R -- Viri in vicinia mea Celeberrimi ſibi conſtare. Vituperandum enim in rebus ipſis Artis Criticæ, *quod viam ſtraverit acutioribus ad Scepticiſmum*,

Digitized by Google

mum, Libertinismum - -; quod auctores sacros profanosque eodem loco habuerit ac pari libertate judicaverit de Mose & Paulo, ac de Terentio & Curtio; quod Criticæ magisterium concesserit in S. S. cui ministerium tantum indulgere debuisset. Omitto in præsens cetera, ab hoc loco aliena. Quod vero summa sit differentia inter sacram & profanam Criticam, id ipsum liquet (1) ex *auctoritate diversa*, quæ auctoribus sacris & profanis inest. Ad illos cum veneratione majestatis divinæ & æternæ veritatis accedendum est; In his etiam illotis manibus, ut ajunt, quædam tentare licet, nam multi illotis manibus exarati sunt. Discrimen (2) positum est in *fine diverso*. Profani scriptores contexti sunt vel ad placendum vel ad felicitatem humanam in orbe consequendam vel ad alios exagitandos, depravandos, historiam orbis docendos, ubi tamen miris scatent erroribus, ut Eduardus Stillingfleet in *Originibus sacris* erudite ostendit, adeo ut *Demonstratio Evangelica* Huetiana maximam partem in exordio inde collecta tandem in Pyrrhonismum abierit, Joanne Clerico ipsum Scepticum MStum conspicato. Intervallo (3) vegrandi distant ratione formæ internæ & externæ. Differentia (4) emergit gravis ex curata descriptione. Hebraicum codicem Judæi ope Masoretarum mirifice tuiti sunt. Græca a Christianis, præcipue Græcis, diligenter conservata, Tertulliano ad autogra-

pha

Digitized by Google

phia provocante, Constantino Maximo aliisque exquisite codices describendos curantibus. Virgilius aliique profani scriptores vix erant consignati, cum jam varie legerentur, ut ex Gellio, Macrobio aliisque patescit. Muhammedes etiam fatetur, Judæos jurejurando, se nil mutaturos, interposito codicem Hebraicum descripsisse, licet fabulæ additæ sic eo improbabiliores sint. Differentia (5) oritur ex *legendi tractandique studio diverso*. Judæi semper in synagogis & manibus asservarunt codicem Hebraicum, Græci Græcum. Contra profani auctores aliquando jacuerunt neglecti & sepulti satisque aliquando cum tineis blattisque colluctati sunt. Differentia (6) consistit in *multitudine legentium & vertentium*. Ecclesia Christiana late patens sacram scripturam semper legit, usque ad concilium Bononiense etiam apud Pontificios. Profani ex contrario auctores circumcisis legentium finibus fuere inclusi, multique neglecti, exesi, mutilati & deperditi sunt. Quare Critica sacra tanta libertate haud indiget, immo nec opus habet, quantam adhibere licet in scriptoribus profanis emaculandis, quibus conservandis nulla specialis providentia invigilavit.

§. 3. Quæ hucusque de Critice adlata sunt, ob affinitatem materiæ addidi, non ad dictam Celeb. Battierio impingendam. Pergo ad characteres, quibus fultus vulgatam lectio-

Digitized by Google

ctionem amplexandam esse judico. Quocirca (1) MSti codices producendi sunt optimi, nec unus & alter, quorum auctoritas defendi potest, idque ad normam canonum Wetsteinianæ editioni N. T. nuper præfixorum ac eruditissimæ Dissertationis in hanc rem à Celeberr. Christoph. Matth. Pfaffio habitæ, nisi rationes graviores proferantur in contrarium. (2) Nec impressi codices, de quorum auctoritate constat, Ximenianus, Stephanorum, Curcellæi, Bezæ, Montani, Gregorii, Milliique sunt negligendi. (3) Quousque commoda explicatio locum reperire potest, pro recepta lectione standum est, non obstantibus codicum quorundam vel Patrum testimoniis. (4) Si novæ crisi incommodum subest, eo magis antiquæ lectioni est inhærendum. De singulis hisce momentis nullam fore litem arbitror, ideoque tanto fidentius crisin Batterianam ad horum characterum amussim exigere liceat.

§. 4. Quare si ad primum characterem respicio, Auctorem Clarissimum ad nullum MStum codicem provocare video. Immo, quod majus est, Millianas, eisque adjectas Wetstenianas, variantes lectiones Stephanorum marginem, & Bezæ annotationes perlustravi, sed nec τιμωρῶ loco τιτῶ nec κὰς omissum deprehendi, nec deprehendit ante me *Lambertus Bos in Exerc. Philol. in N. T. Ed. 2. p. 173.* Si ad secundum momentum

tum adtendo; nec Ximenii, nec Stephanorum, nec Montani, nec Bezæ, nec Curcellæi, nec Elzeviriorum, nec M. Herm. Aug. Franckii ad exemplar Oxoniense, nec Millii, nec Henrici Wetstenii codex impressus legit τιμοθεϑ, nec ὡς omittit. Si mead tertium characterem recipio, percommoda mihi obversatur expositio, si versus tertius parenthesi includitur. Nam hic est sensus simplicissimus: *Exactis 14. annis comite Barnaba ac Tito ad synodum remeavi Hierosolymas, falsis accusationibus, de intermissa circumcisione & non injuncta etbnicis lege cerimoniali Judaica, impetitus. Collocutus ibi sum cum principibus apostolorum, auctoritate pollentibus, ne viderer temere & frustra evangelio operatus.* (*Nec Titus, nondum circumcisus, ibi circumcisionem suscipere coactus est, assectator & comes meus, ipse licet Grecus, quem pro more aliorum oportuisset prius per circumcisionem Mosaico corpori adstringi & postea fieri proselytum christianum.*) *Namque ibi de consueta mihi doctrina & consuetudine non destiti, ringentibus licet Nazaræis, onera Mosaicarum cerimoniarum, urgentibus, & vacuitatem ab eis, quam defenderam, egre ferentibus, ne latum quidem unguem iis indulsimus vel cessimus subjectione ab iis intentata, idque eum in finem ut veritas evangelii, umbras Mosaicas excludens, vobis propugnaretur.* Paulus ejusmodi parentheses sæpius admittit e. g. Gal. II. 15. prior incisi pars

Gal.

Digitized by Google

Gal. IV, 25. conf. *Ephes.* III. ubi v. 3. 4. 5. parentheſi includuntur. Hoc dudum monere memini Clariſſimum Franckium in *Prefatione* ad N. T. paullo ante memoratum. Tandem Celeb. Battierii mutatio incommodo laborat. Nam (1) Paulus Galatis demonſtraturus erat ſupervacuitatem, immo perniciem circumciſionis Judaicæ Gal. V, 2. 3. 4. VI. 12. 15. quomodo igitur exemplum & indulgentiam in contrarium adlaturus fuiſſet? (2) Timotheus non fuit Hieroſolymis, ut comes Pauli. ſed poſtea Lyſtris in Piſidia, cum Antiochia Paulus jam diſceſſiſſet, à Paulo offendebatur Act. XVI, 1. 2. cum tamen Paulus in Ep. ad Galatas rem cum Tito geſtam præponat itineri Antiochiam inſtituto, immo Synodo Titus ipſe interfuiſſet.

Digitized by Google

VII.

Eilhardi Folcarthi HARKENROTHII,

Vitæ *Guilhelmi* GNAPHEI brevis descriptio.

Guilhelmus Fullonius GNAPHEUS, (non Gnaphæus, ut nonnulli per æ vitiose scribunt observante Crenio) Hagiensis, natus 1493. vir omni eruditionis genere conspicuus, qui & anno 1522. Scholam patriam Hagæ Comitis rexit, relictoque papismo inter primos fuit, qui ob religionem sinceriorem in Belgio etiam acerba passus, Delphisq; in carcerem conjectus captivitatis socium ibi invenit, *virum* doctissimum *Cornelium Hoen*, juris consultum, in eodem carcere etiam mortuum, laudatum tamen clarissimo Lavatero in libro de re Sacramentaria p. m. 1. ob sanam ejus, quam cum Ulrico Zwinglio communem habuit, interpretationem verborum Christi, hoc *est* Corpus meum. Maximam Gnapheo & Hoenio captivis consolationem tunc præbuit *Johannes Pistorius*, belgice *Bakker*, Woerdensis, primus in Belgio ob religionem restitutam Martyr, Hagæ Comitis 1525. combustus. Ex hoc carcere biennio elapso liberatus Gnapheus, rursum incidit in manus inquisitorum

Digitized by Google

rum Lovanii 1525. ibique condemnatus, ut Cœnobio incluſus per tres menſes cereviſia & ſolo pane ſuſtentatus pœnitentiam ageret, quoniam literas cuidam ſcripſerat de vita monaſtica. Hoc ipſo pœnitentiæ ſuæ tempore colloquium ſcripſit inter *Tobiam & Lazarum*, non tamen memoratum in Conradi *Geſneri* Bibliotheca. Redux ad ſuos bonis ſuis exutus, vetulaque matre & ſorore ob ejus auſugium incarceratis 1528. huc illuc per aliquot annos degens & latens, verſus Orientalem Pruttenorum plagam iter ſuum inſtituit, ubi teſte Valerio Andrea, in bibliotheca Belgica p.m. 317. Illuſtri Alberto Marchioni Brandenburgico à conſiliis fuit, & adornatæ novæ in Boruſſia Scholæ Elbingenſi per ſexennium non ſine laude præfuit; aſt, quum ſe uxoratum eſſe, vah quale crimen! coram Epiſcopo Dantiſcano ingenue faſſus fuiſſet, & honorabile conjugium in omnibus cum Divo Paulo Heb. XIII, 4. aſſeruiſſet, diſcedere debuit 1542. Poſtea Regiomonti recens erectæ Scholæ, ut Rector præfuit, hac conditione ad Scholam & Cathedram admiſſus, ut ſingulis diebus per quatuor horas in Schola, & ſingulis diebus Dominicis in Eccleſia Catechiſmum publice coram populo doceret, quod etiam fideliter præſtitit; aſt quum 1544. decimo ſeptimo menſis Auguſti diſſertationem ſuam de diſcrimine cœleſtis doctrinæ & Philoſophiæ in Academia publice

in

Digitized by Google

in frequenti eruditorum corona defenderat, maximos ab eo tempore expertus est adversarios, plurimas ipsi molestias creantes, dicentesque quod suam falcem in alienam messem immiserit, odiosisque expressionibus eum deturpare conantes, quorum primus fuit *Philoplutus* ipsum *Sivermerum*, *Sacramentarium*, odiosa tum temporis nomina, ubique appellitans. Refert etiam *Hartknochius* in historia Ecclesiastica Pruttenorum lib. V. cap. 2. pag. 463. & seq. litigium quod cum Gnapheo nostro gessit Doctor *Isenderus*. Aft majori vehementia animoque irreconciliabili ipsi obstitit *Fridericus Staphylus*, Osnabruggensis, homo ferox, licet per decennium institutione Clarissimorum virorum Wittenbergæ usus fuisset, & in ædibus mansuetissimi Philippi Melanchtonis victum cepisset; Hic ad Theologicam professionem Regiomonti vocatus, calamo & ore ubique θηρὶς magnas rixas movit, etiam nostro Gnapheo, tenax tamen veritatum non fuit, nam tandem Breslaviam profectus ad papismum reversus, ut sus lota ad volutabrum luti, à quo tempore in consiliis fuit adhibitus à Rege Ferdinando aliisque Principibus, Viennæ & Ingolstadii vixit, morboque tabido exstinctus est 1555. teste Godr. Arnoldo Kerkenketter hist. §. II. p. 166.

Hic quum Regiomonti Theologiam professetur, in hunc nostrum exsulem Gnaphe-

Digitized by Google

um omnia dira evomuit, majorique autoritate pollens ipsum accusavit Anabaptismi & Entusiasmi, contrarium licet testantibus Philippo Melanchtone & Joachimo Camerario in suis ad Georgium Sabinum, Melanchtonis generum literis 1547. acquiescere tamen hic Staphylus noluit, sed eo usque in Senatu Ecclesiastico hoc negotium ursit, ut tandem Gnapheus ab officio & Sacra cœna publice fuerit remotus mense junio 1547. qui & sic necessitate coactus discedere debuit. Inter accusationum capita potissimum memorantur, quod Gnapheus in Scholis sacras historias more tragico pertractabat, & per sesquiannum Collegia Theologica & publicas disputationes habuerat, teste ipso Gnapheo in Antilogia sua.

Tandem feliciorem portum ingressus est. In hac en, regione uti Johanni à Lasco fuit cognitus, utpote cum quo literas miscere solitus, ut constat ex Gabbema Cent. I. epist. XI. ita etiam ab ipso fuit commendatus piissimæ Matronæ Annæ Comitissæ, ut ex literis nonnullis liquet, cujus jussu etiam Emdæ appulit mense Septembri 1547. eum in finem, ut filiis ejus Edzardo, Christophoro & Johanni Comitibus Frisiæ Orientalis præesset, eosque in vera pietate & studiis humanioribus instrueret, quibus ante ipsius adventum Comites exornaverat Carolus Bonozius, Gandavensis, absolutisque tandem sub ductu

Gna-

Digitized by Google

Gnaphei ſtudiis, Comites, Chriſtophorus & Johannes ſub ἐφορείᾳ Johannis Luchtingii legum Licentiati Argentinam profecti ſunt, teſte Henrico Paulino in oratione funebri habita in obitum Comitis Chriſtophori 1569.

In hac regione ut omnibus acceptus, ſic non diſplicuit Aulæ, cujus juſſu 1553. etiam apud Nordanos, quantum pote litigium ingens ortum inter paſtores illic *Wilhelmum Lemſium* & *Johannem Forſtium*, Lutheranos, maximo odio proſequentes *Johannem Fuſipedium*, Reformatum paſtorem, aſſopire conatus, veramque inter illos concordiam reſtaurare anniſus eſt; ſed fruſtra; hinc utrique parti injunxit, ut ſententiam ſuam ſcriptis Comitiſſæ traderent. 1561. fuit etiam præſens, quum bona clauſtri Franciſcanorum Emdæ inventario inſerebantur, quarto die Februarii.

Fixum ſuum domicilium habuit Nordæ conſulari dignitate gaudens, ubi etiam ut verus vates *Johanni Ligario*, Paſtori Nordano Lutherano, homini quieſcere neſcio 1564. prædixit, ni Eccleſias hujus regionis Reformatas ſineret pace frui, tranquillitatique ſtuderet, imminere ipſius ruinam, quod ipſius augurium brevi poſt impletum, ſiquidem eodem anno ab officio remotus, V. Grond. waar. berigt van de Reform. te Emden p. 401. 402. Tandem noſtrum Gnaphe-

Digitized by Google

um Nordæ in Festo Michaelis 1568. in consulari dignitate occubuisse anno ætatis 75. testis est Ernestus Frider. à *Wigt* in annal. ms.

An, quot, & quales liberos reliquerit, nondum liquet, ex ejus tamen sanguine mihi videtur natus *Albrechtus Gnapheus*, Consiliarius Comitis Frisiæ Orientalis Hagam Comitis missus 1645. die 29. May. teste. o. n. t. l. l. VIII. N. 78. Insigne ipsius antilogiæ suæ præfixum constitit cruce & adscriptis hoc modo G. G. W. H. literis $\frac{G}{W}X\frac{G}{H}$ quod etiam Alexander à Suchten Gedanensis sequenti epigrammate ornavit.

Sub cruce multa tuli, crux est insigne Gnaphei,
Convenit hæc Christo, convenit illa mihi.
Ille suos hostes habuit, sed vicit, & horum
Victa triumphanti sub pede colla tenet.
Sic ego multorum jaculis sine fine petitus,
Omnibus emergam te Duce, Christe, malis.

Multa hic Heros etiam scripta, stilo Erasmiano insignia reliquit, quorum non nulla tamen tantopere Pontificiis displicuere, ut in Catalogo librorum prohibitorum nomen nacta sint.

I. Colloquium inter *Tobiam & Lazarum* 1525. composuit, cujus tamen prima editio ipso inscio facta & publico decreto prohibita 1550. quum in contemtú papistmi exaratum erat, quam editionem etiam typographus de-

Digitized by Google

decollatione capitis luere fuit coactus: aſt poſtea idem hocce colloquium ab auctore emendatum ipſoque volente editum, dicatumque Conſiliariis Cæſaris in Belgio, Zeelandia & Friſia, etiam ſæpius recuſum, maximopere Belgis placuit, teſte Thom. Crenio animadv. phil. parte VIII. pag. 61.

II. Vitam *Johannis Piſtorii*, Wœrdenſis, Martyris, Hagæ Comitis latitans 1529. die 1. Decembris abſolvit, & typis evulgavit, Argentinæ, quam etiam recudi curavit Clar. Jacobus *Revius* Lugduni in Batavis 1649. 8. typis Wilhelmi Chriſtiani Boxii.

III. Comœdiam de filio prodigo, *Acolaſtus* dictã abſolvit Hagæ comitis Kal. Octobr. 1528. Is publica in panegyri eruditorum Elbingæ 1536. per Gnapheum in ſcenam productus fuit; typis editus 1540. Coloniæ apud Gymnicum, ſæpius etiam recuſus annis 1555. & 1560. Antwerpiæ. Antwerpienſem editionem anni 1555. poſſideo, (a) cui dulces ἐνδεκασύλλαβοι præfixi ſunt, *Bernhardi â Meppis*, Rectoris Scholæ Emdanæ, dein paſtoris Larletani, quem, mea ſaltem conjectura, etiam

(a) Mea eſt Antverpienſis a. 1540. 8. ubi ſe vocat in titulo Gul. *Gnapheum*, Gymnaſiarcham Hagienſem, at in calce Gul. *Fullonium*. Prodiit quoque Lipſiæ, 1543. 8. T. d. H.

Digitized by Google

iam indigitare videtur, Gabbema Cent. I. epist. 35. nomine *Meppius*.

IV. *Eloquentiæ triumphus* vario metro publicè Regiomonti in scenam productus 1545. recusus Coloniæ apud Martinum Gymnicum 1551. eodemque etiam anno Dantisci evulgatus.

V. Tragicomœdia *Hypocrisis* inscripta, de falsa religione, ficta disciplina & supplicio, deque Psyches calamitate, & restituta illi per veram pœnitentiam salute 1544. Basileæ impressa est teste Conradi Gesneri bibliotheca. (b)

VI. Apologeticam Orationem pro captivo Wordemate, de indicto Sacerdotibus cœlibatu, Argentorati excudi fecit est 1546. eodem teste Gesnero.

VII. Scripsit & fabulam *Morosophus* dictus, qui in Valerii Andreæ Biblioth. belgica p. 317. *Misobarbarus* vocatur, impressam, ut Gesnerus conjicit Basileæ.

VIII. Antilogiam suam contra Frederichum Staphylum absolvit Auricæ & Stikhusæ in Frisia Orientali 1548. typis impressam possideo anno 1550.

IX. Ἐγκώμιον Civitatis *Emdanæ* carmine elegiaco composuit 1553. dicatum Christophoro

(b) Possideo eam ex editione Heidelbergensi a. 1615. 8. ubi vocatur; *Guilielmus Gnapheus illustriss. Principis D. Alberti Marchionis Brandenburgensis, & primi Borussorum Ducis Consiliarius.* T. d. H.

phoro & Johanni Comitibus Frisiæ Orientalis Emdæ typis evulgatum 1557.

Exstat & ejus epistola ad Joh. à Lasco Regiomonti 1544. die 14. Juli data apud Gabbema Cent. XI. in qua Emdæ salvere jubet *Petrum Ultrajectensem* & *Gerhardum Westerburgensem*, Theologiæ Doctorem scriptis & invento molendino artificiosissimo clarum, laudatum in Conr. Gesneri Bibliotheca.

Hujus denique *Gnaphei* sive Fullonis nomen etiam gessit *Petrus Gnapheus*, sive Fullo, Episcopus Antiochenus, ast pessima hæresi Eutychiana infectus, qui seculo quinto primus adorationem sanctorum & Mariæ docuit, & totam Sacro Sanctam Trinitatem passam esse asseruit, teste Nicephoro, hist. Eccles. lib. XV, cap. 28.

Digitized by Google

VIII.

G. OUTHOVII

De quarumdam vocum Hebræarum Etymo, Speciatim שמים ac ברי Dissertatio.

ARGUMENTUM.

§. 1. *De* utilitate indagationis verarum vocum significationum. §. 3. Ardua quidem res, & quare. §. 3. Lexica non omnium vocum veras significationes ac origines tradunt. §. 4. *Hebræa* est quidem primigenia lingua & incorrupta mansit; at multæ radices desiderantur, quæ ex linguis affinibus peti debeant. §. 5. *Hinc* laudantur viri celebres, qui ex Arabismo amissas radices restituere conati sunt. §. 6. Verum, quæ mater ipsa præbet, a filiabus non est æquum petere, §. 7. quod uno atque altero exemplo ostenditur, primo in voce שמים. §. 8. Variæ quædam derivationes istius vocis allegantur. §. 9. Etiam eorum, qui radices vocum שמים & ארץ ex Arabismo petunt, ac primam vocem per *id, quod altum est*, alteram per *humile*, exponunt. §. 10. Quæ sententia non plane rejicitur; sed confirmatur ex sacris. Difficultas tamen movetur, ex duali terminatione. §. 11. ostenditur contra Glassium ac Danzium in terminatione duali semper aliquam esse dualitatem, §. 13. hinc שמים dicitur dualis numeri a sing. שם

ubi

Digitized by Google

ubi, Locus distans. Sic שמים duo loca remotissima indicat, seu duos mundi polos, quod porro ex polis mundi ac Horizontis, ut & ex officio *Horizontis*, Æquatoris, ac Zodiaci illustratur. §. 13. Sic citra necessitatem ad Chaldaismum non est confugiendum. §. 14. Speciatim non in derivanda voce בר, *filius*, §. 15. quia derivatur ab *Hebræa* radice ברה, *elegit*, & notat *filium electum*. §. 16. Qualis derivatio exemplis similimis ostenditur. Ad vocem תו fit digressio, de loco Esech. 9: 4. an ibi alludatur ad signum crucis, ut & ad vocem דג, a דוג, *piscari*. Quinam sunt piscatores spirituales: illustrantur loca Jer. 16: 16. Matth. 4: 19. Luc. 5: 10. Esech. 47: 9, 10. §. 17. concluditur בר esse vocem hebræam, & notare *filium electum*, sicuti Christus erat, electus ac dilectus Dei. §. 18. uti & Psl. II: 12. vocatur, ubi phrasis נשקו בר breviter exponitur.

§. 1.

INdagare veras vocum origines; ac primævas propriasque significationes & insitam radicum indolem ab ultima stirpe ἰχνεύειν seu vestigare, ut & primigenias, derivatas, atque compositas voces rectè discriminare, beneque internoscere, sicut & ἄπαξ λεγόμενα, seu inusitata vocabula, ab usitatis, approbatis, ac συνηθείᾳ receptis, ἀκριβῶς διαγινώσκειν, nemo veritatis cupidus facile negabit, haud leve momentum esse. Licet sint qui se doctos dicunt, & ob ignaviam, omnis improbi laboris damnatricem, omnes in verborum originibus enucleandis occupationes ut res frivolas rideant: illi tamen

Digitized by Google

men tali perverso judicio, se planè ab omni vera ac solida doctrina alienos ostendunt, doctisque omnibus se ipsos irrisui exponunt. Certè, cum verba sint mentis signa & res vocum symbolis indicentur, & nulla dictio temere sit conficta, rectè judicarunt viri prudentiores, scire rerum & appellationum causas, potissimum esse caput sapientiæ. Unde & Isidorus dixit, *Orig. lib. 1. cap. 28.* omnem rei inspectionem etymologia cognita planiorem esse; & recte hinc scribit Jctorum optimus Doctor Wissenbachius *in comm. ad tit. ff. de V. 5. disp: 1. in pr.* εἰς τὸ ὀρθῶς διδάσκειν δεῖ πρώτως ἐξετάζειν τὰ ὀνόματα, *ad recte docendum oportet prima expendere nomina.* Nulla enim res benè describitur, ubi verbi notio, quam Græci ὀνοματολογίαν vocant, non accuratissime demonstratur; sed expositis ad nominis declarationem necessariis, ad realem definitionem facilior fit accessus.

§. 2. Fateor, arduam hanc esse rem, veram originem omnium vocabulorum rectè demonstrare, quia omnia nomina a veteribus non semper omnibus rebus secundum naturam sunt imposita. Adamus, primus homo sapiens eximia ingenii acie præditus, plurimis animalibus ad se adductis nomina naturæ convenientissima absque errore & mora imponebat, ut Moses annotat, *Gen. 2: 19, 20.* & quod primævus noster parens sanè citra penitissimam singularum naturarum intel-

Digitized by Google

telligentiam facere haud potuit, quoniam res ista plus quam humanæ erat sapientiæ: unde & Plato in Cratylo *pag. m.* 269. affirmabat, non esse triviale quid, rectam nominum impositionem, sed doctissimorum & præstantissimorum virorum, nonnullaque rerum nomina divina quadam virtute posita esse. Verum cum successu temporis multa hominum, animalium ac rerum nomina non secundum naturalem qualitatem, sed juxta arbitrium humanæ voluntatis inventa, data ac orta sint, ut Isidorus loquitur, hinc omnium nominum etymologiæ non tantum non reperiuntur; sed difficile explicantur, & omnium vocum rationes velle dare, gravis, ardua ac laboriosa res esset: maximè cum post γλωττοσύγχυσιν multiplicatio linguarum variarum inter dispersos orbis incolas paulatim augescere cæpit, & rerum denominationes tam sæpissimè mutatæ sunt, ut nulla fere multorum veterum nominum vestigia extent.

§. 3. Quamvis autem multi ingenio præstantes Viri in investigandis vocum originibus præcipue Lexicographi multum operæ posuerunt, veram tamen vim ac intimam naturam omnium vocum a vera primaque origine dedisse, non concedo. Non omnium enim verborum fontes nobis aperiere, non semper βελτίσων κόμματα sunt, quæ in Lexicis traduntur, neque semper nobis optimæ

Digitized by Google

mæ notæ vocabula oſtendunt; ſed ſæpiſſimè tam quoad ſignificationes, tam quoad origines graviſſimos errores committunt, Vide Lamberti Bos procœmium exercit. phil. & diſſert. annexam de Etymologia Græca.

§. 4. Et quod ad Linguam olim omnibus mundi incolis communem attinet, illa quidem eſt ſancta illa omnium aliarum linguarum primæva atque Mater, quæ, ut aurum viliora metalla, omnes alias linguas ſua ſimplicitate, ac literarum & dictionum gravitate, excellentia atque mirabili efficacia longè ſuperat, quamque ſapientiſſimus Deus parentibus noſtris primis miraculoſè inſtillavit, ſaltem quoad radices, dum per propriam ſapientiam, qua præditi erant, reliqua derivata, a radicibus deſcendentia, ipſi formare & ſic a Deo edocti Hebræos ſermones ore promere poſſent. Et quam Hebræam linguam poſt γλωττοσύγχυσιν Deus in familia Semi per Heberum inviolatam conſervavit, ac in Eccleſia ſua propagavit, imo in hunc usque diem in Doctorum ore ac paginis maxima ex parte illibatam atque incorruptam manere voluit; attamen deſiderantur quædam radices, quæ ex filiabus, ſeu linguis deductis, peti debeant.

§. 5. Hinc multijugis laudibus cumulandi ſunt quoque omnes illi Viri doctiſſimi, qui ad jacturam amiſſarum originum reparandam affi-

Digitized by Google

affines linguas Chaldæam, Syriacam, Arabicam, Æthiopicam, aliasque sibi acquisiverunt, ut sic ex filiabus nobis ea suppeditarent, quibus Mater destituta est. Quo in studiorum genere, ut Erpenium, Hottingerum, Bochartum, Cellarium, Relandum, aliosque magnos viros præteream, aliis hanc palmam dubiam reddit callentissimus orientalium linguarum Professor Franequeranus, amicus meus Albertus SCHULTENS. Hic celeberrimus Vir magnum opus molitur, in quo origines hebræas veramque antiquæ Hebræorum linguæ naturam & indolem non tantum ostendere promittit, sed revocata nativa facie ac pulcritudine, ostendere sumpsit, incredibili defectu rem Hebræam premi, uti & in lucem evocare statuit ea, quæ rem Hebræam prostraverunt, & quæ communia literarum tempora obruerant: dum quarto loco, ut ipse fatur, *ea persequenda venient, quæ singularis antiqui orbis genius ab recentiorum interpretum cognitione retraxit, quæque eum in modum in orientis penitralibus abstrusa atque a nostro conspectu seducta sunt, ut nisi orientales ipsi viam muniant, fidosque se duces præbeant, vix est quod unquam ea erui ac illustrari posse fidamus.* Et, ut in specimen hujus utilis laboris, quem in hoc curriculo desudandum sibi sumpsit Vir Cel. præmissas videmus non solum tres disputationes philologicas sacras annis 1715. & 1716. editas, in quibus de vera significatione ac origi-

Digitized by Google

gine verborum בלע, קרח, בעה, נמץ, זבר, סוס more perquam docte differit, sed et nuper edidit Originum Ebraicarum L. I. tomum primum, in quo præcipuam Ebraicarum vocum potestatem ex Arabismo eruit, variaque scripturæ loca exinde illustrat; sic optandum est, ut Vir Cel. hoc opus persequatur, & tandem aliquando supremam feliciter cœptis imponat manum: Cui molimini Deus O. M. ipse vires concedat, ut adornato libro coronide ipse dicere queat, immensum spaciis confecimus æquor. (a)

§. 6. Exosculor ergo sincero animo omnium horum virorum heroicos labores in restituendo defectu rei Hebraicæ ex Arabica, Syriaca, aliisque linguis ex Hebræa ortis, imo concedo facile doctissimo Th. Erpenio, dicenti *Orat. 2. de Ling. Arab.* Linguam Hebræam sanctam sine auxilio linguæ Arabicæ plenè & perfectè intelligi haud posse. Nullus tamen dubito, quin omnes Vi-

(a) Quæ clarissimus auctor de meis in hoc studiorum genere conatibus addere voluit, consulto omitto. Cum enim me quam longissime ab iis abesse laudibus sciam, quas tam larga manu in me profudit, eas ut sine rubore legere nequeo, ita ab aliis in hoc opere legi nolo. Idque semel omnino aliis etiam dictum esto, qui non ægre ferent, si, quæ illorum erga me benevolentia expressit, mei nominis encomia, heic loci neque invenere, neque in posterum invenient. T. d. H.

Digitized by Google

Viri prudentiores mihi lubenter concesserint, non æquum esse ea a filiabus petere, quæ ipsa Mater nobis adhuc præbere potest, vel ad deductos declinare rivulos, dum ex ipso fonte fœcundo ac limpido irriguas aquas bibere possimus: id est, ut ex aliis linguis subsidia quæramus, ubi ipsa Hebræa lingua, ex qua omnes aliæ linguæ seu immediatè, seu mediatè suas origines traxere, (ut Cruciger in *Harm. IV. lingg.* Stephanus *Guichardus* in *Harm. Etymol. linguarum*, *Martinius* in *Cadmo Græco Phœnice*, & *in Lex. phil.* Bernardus Baldus *in Tubulam Æneam Eugubinam* de Lingua Hetrusca veteri ex Hebræo orta ac edit. a 1613. Abraham *Mylius* in libro *de Lingua Belgica* edit. 1612. aliique plures prolixè exsequuti sunt) nobis exhibere ac præstare potest, quæ quærimus: omnis enim æquus rerum æstimator minime inficias ibit, quod *dulcius ex ipso fonte bibantur aquæ*, sic ego, ut cum Ciceronе loquar, haurio potius a fonte, quam rivulos consecter.

§. 7. Verum ne diutius morer Lectorem, lubet exemplo uno atque altero monstrare, non semper necesse esse, cum doctis quibusdam ignotas per vias dubios ferre passus. Primo loco sit nobis vox שמים, apud Hebræos semper dualis numeri, cum *cœlum* vel *cœlos* notat, sicuti res, quæ naturæ vel arte geminæ sunt, apud Hebræos dualis numeri habentur, & sic hæc vox a Buxtorfio, Alingio aliisque Grammaticis vulgo inter dualia recensetur

Digitized by Google

Et intelligitur ea voce non tantum inferior pars cœli, quam alites pervolitant, in qua nubes pendent, vel ea regio, quæ ſtellas gerit; ſed etiam id, in quod Chriſtus aſcendit, nempe cœlum tertium, ſeu שמי השמים, cœlum cœlorum, habitaculum Majeſtatis Dei, in initio a Deo creatum.

§. 8. Sed quæritur jam, quæ ſit origo, quæque vera notio hujus vocis שמים? Quidam, ut R. Joſeph & alii hanc dictionem exponunt, ac ſi dicatur שם מים, i. e. *ibi aquæ*, ibi nempe in illa regione cœli quoque ſunt ac ſubſiſtunt aquæ, quas diſtinguunt tunc ab aquis inferioribus, & quare dualis numeri eſſet: unde Cel. Coccejus notat, „Licet etiam cogitare, in voce una שמים „eſſe repræſentationem tanquam exclamatio„nis hominum admirantium שם מים, *ibi* „*aquæ*! uti ſic Elihu *Job* 36: 24. 25. 26. 27. „28. celebrat quotidianum illud naturæ mi„raculum, quod homines vident & ſtupent, „ibi aquas eſſe & vehi, ac pendere ſupra „caput, & tum mirifice diſtribui.“ Quare alii vi i periti, uti & Mar. Merſennus, deducunt a שמם, cujus verbi prima notio deſignat mutationem inſignem, animi ſeu rei, carentiam priſtini decoris ac integritatis, unde non tantum ſumitur pro *vaſtari*, *deſolari*; ſed & pro *obſtupeſcere* ob rei inopinatum eventum, ac novitatem: ſtupor enim animi mutationem indigitat, uti Chriſt. Sto-

Digitized by Google

Stochius in *Clavi Linguæ Sanctæ* optime hoc verbum exponit. Et sic שמים, *cœli* idcirco à שמם *obstupuit, admiratus est*, deducunt, eo quod homines de iis obstupescunt, allegantes huc verba Elihu ac Davidis *Job.* 37: 5. *Ps.* 8: 4. At huic deductioni repugnat Grammatica, quæ docet literam ultimam vocis defectivæ incremento finali auctæ accipere dages forte ad compensationem literæ radicalis deficientis. Hinc quidam judicant, an non potius deducatur à שאה *stupere*, uti Hithpahel notat, & מים *aquæ*, quod stupendo modo aquæ illic suspensæ hærent. Dum alii ex שא *sustine*, & מים *aquæ* derivant. Martinius dicit in *Lexico Philol.* ad vocem *cœlum*, „sed malo à שם, *nomen, gloria, decus*, „Est enim nominatissima & glorioſissima „pars mundi, addit tamen, aut à שם *obstupescere, mirari*, quia mirandum opus. Sed omnia hæc dicuntur absque sufficienti ratione. Alii igitur cum Rabbinis vocabulum שמים compositum dicunt ex אש *ignis*, & מים *aquæ*, quia in cœlo & meteora & aqua videntur, & quasi Deus cœlum ex aqua & igne in prima creatione permiscuisset, uti *in Bereschit Rabba*, notante Buxtorfio in Lexico, legitur נטל הקב"ה אש ומים ונתקן זה ונתקן נעשה שמים *accepit Deus sanctus benedictus ignem & aquam & permiscuit ista invicem, & ex illis facti sunt cœli.*

§. 9. At cui non liquet omnes has deduc-

Digitized by Google

ctiones esse tantummodo hallucinationes, nitique tenui tibicini? cum genius Linguæ Hebrææ tales compositiones, uti fiunt ex שם מים, seu אש & מים, seu ex שאה & מים, vix unquam agnovit, uti Christ. Cellarius in *Sciagraphia part.* 1. §. 27. recte notat, ubi addit, „quam accuratius AbenEsra in „Gen. 1: 1. originem ejus investigavit בלשון „ישמעאל in lingua Ismaëlitica, seu Arabica, „in qua radix superstes est, سما, *altus*, „*procerus fuit*: ut ita שמים גובה ומעלה „h. e. *vox* שמים *significet rem altam & excel-* „*sam*, quod idem AbenEsra docet c. l. Hinc in Michlal Jophi Deut. 4: 17. observatur, „quod נשאל זה השם לגובה האויר „*nomen* etiam altitudini aëris applicetur. Confirmat hanc sententiam non tantum doctiss. Cellarius in *usu Arabismi Etymologico pag. m.* 70. sed illustrat eam quoque ex opposita voce ארץ, *terra*, cujus radicem quidam a רצץ *terere*, alii a רוץ *currere*, alii a רצה, *voluit*, *concupivit*, alii aliunde deducunt; ut quam vocem Cellarius derivat ab ارض *humile fuit*, *infimo loco fuit*. Ut ἔτυμον sit cœli ἐτύμῳ plane contrarium. Sicuti Doctiss. Pfeifferus eam vocem ארץ quoque ex Arabismo petit & ab *humilitate* sic dictam putat, in oppositione ad cœlum, quod contrariam habens rationem, ab altitudine dictum dicitur. Vid. Pfeifferi *Thes. Herm. pag.* 581. Huic sen-

Digitized by Google

sententiæ subscripsere varii viri celebres, ut H. *Opitius*, qui in *Atrio L. S. pag.* 87. vocem שמים quoque derivatam dicit a rad. inusit. apud Arabes superstite, سما *sama*, *altus fuit, eminuit, superne texit*: uti & ארץ a dicta radice apud Arabes exstante, *humilis, depressus fuit*. Sic Christ. *Stochius* in *Clave L. S.* hanc derivationem rectiorem pronuntiat, addens inde, quod שמים generatim notat *id, quod altum est*, sive ratione loci & situs, sive ratione status & dignitatis. Et arridere videtur hæc sententia Doctiss. Geiero, uti in *Comment. ad Eccles. cap. 1. v. 4.* videre est. Videatur & Golii Lexicon *col.* 1219.

§. 10. Nec omni fundamento destituta est hæc sententia, ita enim *cœlum* ut *altum* proponit Elihu, ubi fatur, *intuere cœlum & vide, & contemplare* שחקים *æthera*, גבהו *excelsa sunt præ te*, vel altiora sunt, quam ut possis attingere. Ubi Piscator per שחקים non intelligi vult nubes, substantias densas, ut loquitur, sed cœlum, quia שחקים dicti sunt à subtilitate, qualis est substantia cœli, שחק enim generatim notat *rem tenuem, attenuatam*, sumiturque non raro pro cœlo, seu æthere, ut *Psal.* 89: 7. 38. *Deut.* 33: 26. *Job.* 37: 18. & alibi. Et ut גבה notat *elatus, altus, excelsus est, eminuit*, unde גובה, *altitudo*, sic altiores sunt cœli, quam ut attingere possimus, unde Germanica locutio, *der Himmel ist dir zu hoch*. Imo sic cœli in oppo-

Digitized by Google

ſto ad terram, quæ humilis eſt, alti dicuntur *Pſal.* 107: 11. *ſed quam alti ſunt cœli ſupra terram*, uti quoque exponitur *ſecundum altos eſſe cœlos*, vel, *ſecundum altitudinem cœlorum ſuper terram, roborata eſt miſericordia ejus ſuper timentes eum.* Confer porro loca *Pſal.* 148: 1. *Job.* 20: 6. Dan. 4: 11. 20. & *Prov.* 25: 3. in quo ultimo loco Salomon dicit, *cœlorum altitudinis & terræ profunditatis non eſt inveſtigatio.* Sicuti & *Jer.* 38: 18. *Dominus ait, ſi menſurari poſſint cœli ſurſum & inveſtigari fundamenta terræ deorſum.* Confer etiam *Deut.* 4: 39. & 5: 8. Ex his omnibus non omnino absque ratione concludi poſſet, cœlum fortean denominatum eſſe ab altitudine, cujus & Tzophar Nahamathites meminit, cum inveſtigationem ſapientiæ Omnipotentis altiorem altitudine cœli, vel altiſſimo cœlo, declarat, & cœlorum altitudini locum mundi infimum opponit. *Job.* 11: 7. 8.

§. 11. Verum adhuc nondum video ſufficientem rationem, quare cœlum Hebraice exprimitur in duali numero שמים, cum altitudo ejus hanc dualitatem non infert, (b) Do-

(b) At enim vero, ſi nihil aliud eſt, quod hoc ex Arabica lingua mutuatum ἔτυμον, quod tanta ſe probabilitate commendat, poſſit evertere, non video, cur illud a nobis abjiciendum ſit. Ut enim alia nunc non moneam, ipſe Vir Cl. paragrapho ſequenti viam nobis monſtravit, qua illi objectioni poſſit

Doctissimus Glassius quidem canonem fecit, quod dualis terminatio Hebræa ים non semper dualitatem in re ipsa infert, in opere incomparabili ac utilissimo *Phil. S. L. 3. tr. 1. can. 23.* Sed pace Viri hunc canonem non ex omni parte admitto, nec assentior ipsi dicenti, *esse terminatione dualia, ubi rerum dualitas certo ostendi non potest, uti patet ex* מים *aque*, & שמים *cœlum*. Quia omnia dualis numeri semper aliquam dualitatem vel in re ipsa ineludunt, vel saltem aliquomodo indicant, licet non semper duplicent, ut in numerabilibus. Vox מים tamen dualitatem satis indicat, si aquas superiores ac inferiores spectemus, & sic de שמים statim videbimus. Imo sic ipsa vox צהרים, *meridies*, aliquam dualitatem indicat, quatenus diem in duas dividit partes, & sic per vocem ארבעתים, *quadruplum*, non quidem cum Davide Kimchio quasi per rigorem grammaticum octo intelligo, tamen bis duo sunt quatuor. Allegat doctissimus J. A. Danzius in *Interpr. Ebr. Chald. cap. 1. §. 36. pag. 47.* locum Jes. 6: 2. ubi mentio fit שש כנפים *sex alarum*, & *Ezech. 1: 6.* ubi de ארבע כנפים *quatuor alis* legitur: tamen natura omni volucri duas modo dedit alas, licet figuris emblematicis plures affingamus.

possit iri obviam, docens, a duabus remotissimis cœli plagis binarii numeri significationem voci שמים potuisse accrescere. T. d. H.

Digitized by Google

§. 12. Nullus ergo dubito, quin שמים sit dualis numeri vox, a singulari שם. Quæ vox quidem vulgo adverbium loci dicitur, & sæpissime quoque adverbialiter sumitur, notans, *ibi*, *ubi*, *illic*, *istuc*, &c. consideratur tamen aliquomodo substantive, ut locus distans, aut remotus, uti Schindlerus in *Lex. pentaglot.* recte notavit. Usurpatur aliquando hæc vocula שם de re memorata; at plerumque locum certum, notum seu remotum indicat, unde cum ה locali שמה; *eo*, Belgicè, *daarheenen*, *ad eum locum*, *Job.* 1: 21. *Jer.* 22: 27. cum præfixo מ, משם, *inde*, belgicè *van daar*, *ab eo loco*. *Jer.* 13: 6. *Obad.* VI. 4. & alibi. Et sic quidam שמים formant ab hac voce שם, ut à latissima διάξει locorum remotorum, sicuti omne tempus עד, *usque* dicitur, de quo non potest cogitari instans, ad quod non pertingat: ita שמים quasi omne שם, *omne ibi*, q. d. τὸ παντα χοῦ; quicquid enim est supra terram שמים appellatur, uti Cel. *Coccejus* in Lexico notavit, & ex eo Guil. *Robertson* in Thes. ad hanc vocem. Sed eo modo ratio nulla datur, quare שמים sit dualis numeri, omnis enim locus remotissimus dualitatem non semper infert, idcirco potius cum Schindlero dicerem שמים ideo esse dualem a singulari שם, quia denotat distantiam a terra æqualem, vel duos mundi polos, circa quos cœlum circumvolvitur: ubi, licet Glassius loco allegato hoc inficia,

cat

Digitized by Google

eat; notissima tamen ratio dualitatis exprimitur. Quoniam enim cœlum semper vertitur ab oriente ad occidentem, necesse est, ut semper duo remotissima puncta æqualia, vel duæ distantiæ æquales describantur, quas *polos* vocamus, a πολέω, *verto*: quorum unus vocatur polus boreus vel arcticus, a stella, quæ vocatur ἄρκτος, latine *ursa minor*, ubi maximus flexu sinuoso labitur anguis ut Virg. loquitur *G. lib. I. v.* 245. quemque polum arcticum nos Europæi semper aspicere possumus, quia ad hoc latus Æquatoris propiores septentrionem habitamus: alter polus vocatur Australis seu Antarcticus, seu oppositus, quia recte polo arctico opponitur, & quem polum australem nos Europæi nunquam aspicere possumus, quia tot gradus infra Horizontem nostrum descendit, quot polus arcticus supra nostrum Horizontem elevatur. Hic igitur habemus duas æquales distantias cœli, seu cœlum semper ab utraque parte æquali distantia a nobis seu à terra nostra ut & ab Æquatore, remotum: uti optime videre est in Sphæra recta, cum utrumque polum adjungamus Horizonti, seu Terminatori visus, absque ulla elevatione, vel quando uterque mundi polus incumbit Horizonti, & circulus æquinoctialis maxime ab eo removetur, & Zenith vel Semith, punctum perpendiculariter vertici nostro incumbens,

Digitized by Google

incidit in Æquatorem, & tam ab australi quam a boreali Horizontis & Meridiani intersectione ascendendo numerantur 90 gradus: cumque in hujusmodi sphæræ positione omnia corpora cœlestia seu stellæ per conversionem cœli diurnam recte supra Horizontem ad orientem ascendunt, æque-que vicinæ sunt æquatori, & ad occidentem infra Horizontem, recte descendunt, ac æque longe ab æquatore recedunt, & sic simul supra Horizontem scandunt, simul Meridianum pertranseunt, simulque infra Horizontem conduntur, & per consequens omnes in anno visuntur. Seu respiciamus Horizontem Mathematicum, intellectu magis quam oculis comprehensibilem, dividitur tamen cœlum in duas partes præcise æquales, apparentem nempe & latentem, & habemus iterum duos polos Horizontis Zenith & Nadir, seu duo puncta, unum perpendiculariter nostro vertici incumbens, alterum superiori ad diametrum oppositum, Antipodum cervicibus incumbens, seu pedibus nostris e directo subjacens, quæque duo puncta *Poli Horizontis* dicuntur, quod Horizon intervallo quadrantis ex iis tanquam, polis describatur. Et licet in sphæra parallella circulus Æquinoctialis coincidat cum Horizonte, cum stellæ omnes per conversionem cœli nec scandunt supra Horizontem nec descendunt infra eum, sed in parallelo

Digitized by Google

rallelo cum eo ſitu perpetuo incedunt, habemus tamen duos mundi polos, unum altiſſime elatum ſupra Horizontem in Zenith, alterum humillime depreſſum in Nadir, ſeu Nathir, uterque diſtans ab Horizonte ex utraque parte gradibus 90. ſic in ſphæra obliqua, ſeu conſtitutione cœli, in qua axis mundi oblique inclinatur verſus alterutrum Horizontis latus, omnes ſtellæ quidem obliquas & inæquales ad Horizontem habent aſcenſiones & deſcenſiones, & æquator, ſeu ἰσημερινὸς, circulus quinque parallelorum maximus, cum cæteris ſignis oblique ſupra Horizontem ſcandit, & infra eundem labitur, manent tamen duo mundi poli, unus præciſe tantum ſupra Horizontem elatus, quantum alter infra eum depreſſus eſt. Adeo ut officium Horizontis ſit cœlum ſemper in duo æqualia hemiſphæria, ſupernum & infernum, dividere: uti & æquatoris officium eſt, cœlum quoque dividere in duas partes, in Septentrionalem & Auſtralem: ſicut Meridianus cœlum dividit in duas æquales partes, in orientalem & occidentalem, & limes eſt meridiei & noctis: imo ſic etiam Zodiacus ἀπὸ τῶν ζῳδίων, animalibus, quæ in eo finguntur, ſeu circulus major immutabilis inter mundi polos oblique locatus, cœlum etiam dividit in duo æqualia hemiſphæria. Ecce! ſic ubique habemus dualitatem aliquam. Et idcirco concludo ex his,

Digitized by Google

שמים, *cœlum* exinde in duali numero efferri apud Hebræos a singulari שם, i. e. *locus distans*, aut *remotus*, quasi dicamus *duo loca distantia* seu *remota*, quæ jam notavi, quod semper in cœlo observentur.

§. 13. Et uti citra necessitatem non opus est ad Arabismum confugere, sic etiam non ad Chaldaismum, saltem non in iis vocibus, quarum significationes & origines ex puro Hebraismo peti possunt, uti in variis exemplis ostendi posset.

§. 14. Exemplo jam sit vox בר, *filius*. Quod vocabulum duodecies in sacris occurrit *Esræ* 5: 1. 2. & 6: 14. *Prov.* 21: 2. ter in uno versu. *Ps.* 2: 12. *Dan.* 3: 25. 2: 22. 7: 13. & 6: 1. in quo ultimo loco Belgæ vertunt *oud*, cum in Hebræo sit, Darium Medum accepisse regnum כבר שנין שתין ותרתין, *quasi filium annorum sexaginta duorum*, i. e. *fermè natum annos sexaginta duos*. Uti sic *agni anniculi*, belgicè *jaarig*, hebr. dicuntur בני שנה *filii anni*, *Exod.* 29: 38. Sic Noach dicitur בן חמש מאות שנה *filius quingentorum annorum*, *Gen.* 6: 33. & Sara, Abrahami dilecta socia thalami, sic quoque vocatur בת תשעים שנה *filia nonaginta annorum*, *Gen.* 17: 17. quo sensu vox בן sæpissimè in sacris usurpatur, vide *Gen.* 11: 10. 12: 4. *Exod.* 7: 7. *Levit.* 27: 3. *Num.* 1: 3. *Deut.* 31: 2. *Jos.* 14: 7. *Jud.* 2: 8. & alibi. Et sicuti jam nemo dubitat, quin בן *filius*, בנה vel בנת, contracte בת *filia*, sint vocabula he-

Digitized by Google

hebræa a radicè בנה *ædificavit, struxit*, & quod verbum etiam de procreandis liberis usurpatur, uti sic Rachel & Lea בנו *partis liberis* constituerunt Israelis domum, *Ruth.* 4: 11. qua de re, uti & de lata significatione בן vide doctè differentem Steph. Morinum de *Lingua primeva cap.* 13. *pag.* 160, 161, 162. Sic absque ullo scrupulo vocem בר pronuntio puram hebræam. Licet Schindlerus dicat vocabulum hoc usitatissimum esse Chaldæis & Syris, in pl. ברין. Sed hoc non obstat: plura sunt vocabula in linguis deductis usitatiora, quam in primigenia, quæ tamen in se spectata pura puta sunt Hebræa. Errant ergo, meo judicio, Buxtorfius, Coccejus, aliique omnes viri literati, qui hoc vocabulum בר ex Chaldaismo petunt, ego potius judico, Chaldæos hoc vocabulum ab Hebræis accepisse.

§. 16. Derivatur enim, uti Schindlerus concedit, a radice usitata Hebræis ברה, *elegit, selegit, delegit*, ut 1. *Sam.* 17: 8. ubi Gigas philistæus stans clamabat contra aciem Israël ברו לכם איש *eligite vobis virum, qui descendat ad me.* A qua radice ego quoque vocabulum ברית *fœdus* derivo, sic dictum ab eligendis personis & conditionibus, ab αἱρέσει partium contrahentium, uti Coccejus rectè loquitur. Et sic בר notat *filium electum* vel *prolem selectam.* Uti sic quam plurima talia vocabula in lingua Hebræa eodem modo derivantur a verbis quiescentibus tertia radicali ה, quod exem-

Digitized by Google

exemplis quibusdam hic ostendere animus est.

§. 16. Sic 1. ab אבה, *voluit, assensus, propensus fuit*, est אב *pater*, sic dictus a propensa in liberos voluntate.

2. Sic a דמה, *similis fuit, assimilatus est*, secundum Stockium, est דם, *similitudo Esech.* 19: 10. בדמך, *in similitudine tua*: quod tamen melius fortean redditur *in quiete tua*, a rad. דום, *siluit, quievit.*

3. Sic a דלה *extulit, evexit*, est דל, *elatio, elatum Ps.* 141: 3. על דל שפתי *super elatum*, vel *elationem labiorum meorum*, uti Chaldæus hunc locum quoque exponit.

4. Sic a חיה *vixit*, est חי, *vivens, vivum, vita.*

5. Sic a יאה, *convenit, decuit*, est nomen illud Dei decentiæ יה, *Jah*, de quo videatur Coccejus in Lexico suo.

6. Sic a עבה *densus, crassus fuit*, est עב *densitas, trabs.* 1. *Reg.* 12: 10. *Exod.* 19: 9. 1. *Reg.* 6: 16.

7. Sic a עדה *transiit*, est עד *æternitas*, sic dicta, quod omnia secula quasi transit, seu superat.

8. Sic a עלה *ascendit* est על, *excelsus*: הגבר הקם על *vir qui constitutus est excelsus* 2. Sam, 23: 1. vide *Hos.* 7: 16. & 11: 7.

9. Sic a צבה *intumuit*, Num. 5: 27. צב *tumens*, metaphorice *cameratum, testudo*, cujus operimentum quasi cameratum est. *Num.* 7: 3. *Lev.* 11: 29.

10. Sic a צוה *præcepit*, צו *præceptum.* Jes. 28: 10.

11.

Digitized by Google

11. Sic a קוה *expectavit, præstolatus est*, est קו *linea, filum mensorium*, ubi motus dirigitur juxta regulam. *Jes.* 18: 2. 28: 10.

12. Sic a שלה, *tranquillum esse*, in niph. *errare*, 2. Paral. 29: 11. est שׁגל, *error, imprudentia*, 2. Sam. 6: 7.

13. Sic a תוה, in pih. *signavit*, est תו *signum*; Esech. 9: 4. התוית תו *signabis signum super frontes virorum suspirantium*. Sic ci ó, δὸς σημεῖον. Sic Jonathan, תרשום תוא *signa signum*. Putabant patres quidam hic respici ad signum crucis, uti Origenes, ejus sententiæ princeps, in homilia de Epiphania Domini, *oper. tom. 2. p. m. 314.* scribebat, *literam tau crucis figuram*, seu, *picturam referre*. Hunc sequutus Hieronymus ad loc. Esech. 9. 4. *oper. tom. 5. pag. m. 493.* scribebat, *antiquis Hebræorum literis, quibus usque hodie Samaritani utuntur, extrema Tau crucis habet similitudinem*. At cui notum est Samaritanum Alphabetum, is quoque cognitum habet, Samaritanorum Thau planè nullam cum cruce habere similitudinem aut affinitatem, cum magis nostræ majusculæ literæ *N* figuram refert. Et si ad crucis signum seu figuram vellemus respicere, vel si, ut cum Morino loquar, in literis figuram crucis nanciſci cuperemus, ad Æthiopicas, quarum thau crux est, confugiendum esset, aut ad Ægyptias Hieroglyphicas, unde tot cruces inventæ in

Digitized by Google

in Serapidis fano, ſicuti Sozomenus ſcribit *hiſt. Eccleſ. lib. 7. cap. 15. Dum templum Serapidis expurgaretur, aliquot ex literis, quas Hieroglyphicas appellant, ſigno crucis ſimiles, lapidibus inſculptas apparuiſſe, eamdemque ſcripturam illam ab his, qui ejus periti erant, interpretatam fuiſſe, ζωὴν ὑπερχομένην vitam ſupervenientem. Quam quidem rem multis paganis præbuiſſe cauſam ſuſcipiendi Chriſtianismi, cum & alia ſcripta teſtarentur, hoc templum tum finem eſſe habiturum, cum hic character apparuiſſet.* Qua de re plura vide apud Ath. Kircherum in *Prodromo Copto ſeu Ægyptiaco cap. 6.* ubi addit, quod legerant Coptitæ in ſacris literis, de virtute ſalutiferi ſigni Thau dolentium frontibus impreſſi, & ſciebant illud ſignum finem legis eſſe & omnis juſtitiæ complementum. Dum Hebræi, ut Hieronymus loc. all. notat, autumabant, hic ad ultimam Hebræi Alphabeti literam thau reſpici, quia lex apud eos appellatur תורה, quæ hac in principio nominis ſui litera ſcribitur; illi hoc accepere ſignaculum, quod legis præcepta compleverant. Et Conradus Mel *in Antiquario ſacro cap. 1. §. 5.* carpit Coccejum vertentem *ſignabis ſigno*, addens, *ſed quia tunc propius ad rem feciſſet vocabulum* אות, *& prophetæ hæſiſſet dubius, quali ſigno frontes notandæ fuiſſent, non videmus, quid obſtet, quo minus ſtatua-*

Digitized by Google

tacmus, indicari literam ת ultimam Hebræorum, tanquam initialem vocis תהיה, vivet, er soll leben, vel primam literam ex תלוי, suspensus, eo quod Angelus iis pepercerit, qui fidem in Messiam inde gerebant, & abominationes incolarum improbabant. Imo si ad figuram crucis vellemus in illo Esechielis loco respicere, & per תו intelligere non signum, sed literam ת, quasi Dominus dixisset, uti quidam vertunt, signabis ת, thau super frontes &c. tum Hebræorum ת magis accederet ad figuram crucis, quam Samaritanorum ת thau; nam refert ת patibulum, instar Græcorum pi π, qualia solent esse patibula, & olim quædam cruces, ut Lipsius ostendit *de cruce lib. 3. cap. 5. & in not. ad l. c.* Verum licet pia accommodatione ad crucem Sospitatoris possemus respicere, seu magis ad fidem in Messiam crucifigendum, nemo tamen pro certo dicere potest signum illud crucis figuram habuisse. Sed hæc ἐν παρόδῳ. Plura qui hac de re desiderat, legat St. Morinum *de L. primæva cap. 8.* Joh. *Heringium de Homicidio pag.* 80. 81. &c. ubi Cocceji epistola de hac re ad Heringium scripta videtur, dum Cocceji præceptor Matthias Martinius plura quoque hac de re scripsit *in Lexico philolog. ad lit. T.* Videatur & (b) Joh. Bapt. Ottii *epist. de Numis Samarit.* ad calcem Relandi

diss.

diss. 2. de Nummis Samarit. ubi mentio fit literæ ר figuram crucis Andreanæ X in nummis Samariticis, contradicit tamen Hieronymo thau Alphabeti Samaritani crucis habuisse figuram.

§. 14. Tandem huc referre possem דג, *piscis*, quæ vox vulgo etiam derivatur a דגה, *multiplicatus est*: quod verbum semel tantum in sacris occurrit, *Gen.* 48: 16. ubi Jacob in benedictione sua super Josephi filios dicit וידגו & *multiplicentur*, vel, ut alii vertunt, *instar piscium sint* nempe, ut in textu addjtur, *in multitudine*, vel, *tanquam pisces multiplicentur.* Adeo ut piscis nomen traheret a multiplicatione, uti Schindlerus, Coccejus, Stockius aliique Lexicographi in suis Lexicis tradidere. Verum uti apud Hebræos שש, *abundantia*, *Job.* 35: 15. est a פוש, *abundare*, *crescere*, *Hab.* 1: 8. *Mal.* 3: 10. uti צר, *angustia*, est a צור *arctavit*, & uti דם, secundum Buxtorfium ac alios, *quies*, est a דום, *siluit*, *quievit*, & sic in similibus ejus generis vocabulis, sic ego quoque דג, *piscis*, derivarem a דוג *piscari*, in Hiphil. הדוג, uti sic per aphæresin ד occurrit Jer. 16: 16. ubi Jehova dicit, *ecce! mittam* דוגים *piscatores multos*, ודיגום (pro והדיגום)

[b] Confer inprimis eruditam V. C. J. C. *Havenbergii* diss. quæ in hac Bibl. exstat T. VI. Fasc. VI. Diss. 3.

Digitized by Google

& *piscabuntur illos*: Quæ verba Christ. Stockius in *clave ling. Sanct. pag.* 245. exponit de Judæorum hostibus, qui instar piscium eos capturi erant, sicuti Piscator, Calvinus ac alii quoque exposuere. Piscator per *piscatores* intelligebat Ægyptios, viventes ex piscatu; & per *venatores* Babylonios, at Calvinus per *piscatores & venatores* intelligebat Chaldæos, qui totam terram exinanirent incolis, & filios Israel in suas attraherent nassas. Verum non prorsus alienum est, hæc exponere de Apostolis, Evangelistis aliisque Doctoribus ecclesiæ, piscatoribus spiritualibus, qui, ut Coccejus loquitur, Israelitas reducerent, ac colligerent, imo cum quadam violentia compellerent intrare, adeo ut claritate demonstrationis cogerentur manum dare veritati: uti enim Propheta versu præcedenti vaticinatus erat de liberatione populi, sic versu 16. prosequitur ea, quæ concionari cœperat de futura illa liberatione ac reductione. Et allegoria hæc non est remota, sic enim Christus discipulis suis occasione piscaturæ dicebat, δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων, *Matt.* 4:19. qui in mare Ethnicismi Evangelicam lagenam demitterent εἰς ἄγραν, *ad capturam*, & *homines vivos & ad vitam caperent*, uti verbum ζωγρῶν indicat, *Luc.* 5: 10. cum nempe homines, longe late per orbem dispersos, ut piscatores retibus pisces undique capiunt, prædicatione Evangelii ac demon-

Digitized by Google

ratione divinarum veritatum allicerent persuaderent, adducerent, ac dulcedine verbi cœlestis captos Christo subjicerent: quod & Chrysostomus phrasi σαγηνεύειν τὸ πλῆθος εἰς εὐσέβειαν, *multitudinem ad pietatem pertrahere*, seu *quasi reti pertrahere*, exprimebat, dicens etiam, τὰς πλανωμένους ὁδοὺς τὴν τῆς ἀληθείας ἰδὼν σαγηνεύειν, *errantes ad viam veritatis deducere, & quasi reti pertrahere*, uti Suicerus notat *in Thes. Eccles. T. 2. col. 922.* quem etiam vide ad vocem ἁλιεύς tom. 1. col. 191, ubi ex Basilio notat, γλώττας σαγηνεύειν τὰ ἔθνη, *linguis gentes capere*, quod Apostoli prædicatione evangelii præstiterunt. Hinc ipsum *regnum cœlorum dicitur simile sagenæ jactæ in mare*, Matt. 13: 47. ubi Evangelium comparatur reti, quo homines Christo subjiciuntur, sicuti & Ez. 47: 9. 10. os divinum vaticinatur, fore talem copiosam piscationem in mari, essent enim *pisces multi valde, & starent juxta torrentem piscatores*, qui, effusis per orbem aquis doctrinæ salutaris, evangelica retia expanderent, ac homines ad vitam caperent. Hæc iterum in transitu.

§. 18. Ex his omnibus igitur allatis exemplis concludo, vocem בר esse purum vocabulum Hebræum (c) a ברה, *elegit*, & notare

fi-

(c) Verum enim vero, si Cl. Authorii collubuerit pensitare diligenter, quæ hujus Bibliothecæ T. VI. Fasc. I. p. 178. sqq. commentatus sum de origine hujus vocis ubi mirum quantum harmonicum illius apud tot Orientis pariter atque occidentis popu-

los

Digitized by Google

filium electum, prolem selectam, sequiori contradistinctam. Sicuti juvenis vocatur בחור *electus*, a בחר *elegit*, *Esech.* 9: 6. *Prov.* 20: 29. *Ps.* 48: 12. & juventus, *etas selecta*, בחרות *Eccles.* 12: 1. Quod & optimè quadrat Christo Filio Dei electo ac dilecto, qui, uti David appellabatur בחיר יהוה *electus Domini*, 2. *Sam.* 21: 6. Sic quoque a patre suo vocatur בחירי *electus meus*, quem pater elegerat, quo delectabatur anima sua, *Jes.* 42: 1. quemque ut alterum Davidem extulerat, *Ps.* 89: 20. cujus *aspectus* dicitur *ut Libanus, electus ut Larices*, vel *cedri*, *Cant.* 5: 15. & de quo vox de cœlis dicebat, *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Matth.* 3: 17.

§. 19. Et sic insignitur Christus hac denominatione *Ps.* 2: 12. cum dicitur נשקו בר. Quæ verba Chaldæus paraphrastes reddidit, קבלו אלמנא, quod Græci interpretes secuti sunt, cum transtulere δέξασθε παιδείας, uti & Vulgat. Lat. *apprehendite disciplinam.* Quam versionem Bellarminus quoque sequitur *Lib.* 2. *de verbo Dei cap.* 13. ubi dicit *apprehendite disciplinam.* At nunquam demonstrari potest, בר notare *disciplinam.* Alii vertunt *adorate pure*: quia בר etiam *purus, mundus* est, a ברר *purificavit*, unde בר *puritas*, בריה *smegma.* Sed

K 2 no-

los usum exhibui, vix dubito, quin potius a radice, quae *foetum edere*, *foecundum esse*, PARERE notat quam ab illa, quæ *eligere* significat, illam sit derivaturus. T. d. H.

Digitized by Google

notandum, quod בר nunquam legitur pro adverbio. Etsi nomen esset, deberet legi נשקו ברים *osculamini puri*, quoniam grammatica non patitur legi נשקו בר *osculamini purus*. Melius tunc legeretur *osculamini eum, qui purus est, vel osculamini electum* uti Kimchi quoque exponit, qui tamen etiam dicebat, בר idem valere ac בן *filium*, & sensum tunc esse, osculamini filium illum, quem Deus ipse suum appellavit filium, ut supra dicitur, *filius meus es tu*: addens, rationem dicti huius *osculamini* desumendam esse a consuetudine, qua servus heri sui manum deosculari solet. Vide Kimchium in h. l. In genere osculum propensionis affectum notat, At cum oscula quoque sunt signa amoris, honoris, ac venerationis, sensus est, amate, diligite, veneramini, ac adorate filium, quem pater unxit in Regem, eum colite, eum magnificite ac honorate summa veneratione: imo sicuti nos ei adjungimus, quem osculamur, sic addi potest, credite in Filium, eum agnoscite verum Messiam ac Redemtorem, ei unimini vera fide ac charitate: adeo ut hoc osculandi verbum totum cultum Dei Filio debitum includat.

IX.

Digitized by Google

IX.

JOANNIS ALBERTI

V. D. M. Hoogvvoudani,
(in Hollandia Boreali)

Obſervationum Criticarum in *Heſychium* Specimen.

QUanti pretii ſit, fueritque inde a renatis humanioribus literis, Heſychii Lexicon Græcum, norunt Eruditi, ſuisque certatim elogiis conteſtati ſunt. Illius enim libro (ut elegantiſſimi Brioſii verbis utar, *Epiſt. p.* 90.) recondita, & quaſi e fundo Antiquitatis eruta vocabula, ſeu ſcriniolo erutæ e fundo maris gemmulæ aſſervantur. Quicquid eruditum, quicquid rarum eſt & elegans, ipſa denique Græciæ viſcera hic proſtant. Fateor, duo ſumma noſtræ ætatis lumina Critices Heſychium exigua fide auctorem dixiſſe, quique ex mendoſis Codicibus infinita deſumſerit, & eodem, imo majore ſtupore quam

Digitized by Google

Suidas, tam recta quam prava in Lexicon congesserit suum. Sed sciendum omnino, multos olim Hesychii purpuræ (utor verbis τῦ Κερπκωτάτε Tan. Fabri ad Anacreont. p. 117.) suos pannos assuere ausos fuisse, & optima quæque corrupisse, aliquando etiam detraxisse. Absolvendus itaque Glossographus, qui Princeps facile Criticorum apparet ex iis quæ supersunt. Ceteris venia danda.

Nec immerito Viri Docti eum in operibus suis passim illustrare atque emendare conati sunt. Imo optandum foret, ut nitidior aliquando prodiret Noster (quod multi aut promiserunt, aut aggressi sunt) & sic usui plurium exponeretur. Ego per otium quam plurimas Eruditorum curas huc contuli; Sæpius & ipse aliquid tentare ausus sum, cujus rei Specimen exhibeo, levius quidem, & si minus peritiæ, saltem industriæ ac amoris erga has literas aliquam laudem reportaturum.

A.

Ἀεσιφρεσύνησιν, ἀνοίαις.] Ita apud Hesiod. Θεογ. v. 502. -- ἧς δήτε παπῆς ἀεσιφρεσύνησιν.

Ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ, ἀνὴ τὰ ἤσυχοι &c.] Respicit Hom. Iliad. Γ. v. 95.

Ὡς ἔφαθ' οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ.

Ἀκήρατον. καθαρὸν, θεῖον, ἁγνόν.] Salmas. legit Ἀκήρατον vel ἀκήρεον. Sed recte se habet.

Ἀκαμ-

Digitized by Google

Ἀκέραιος enim notat *purum* & *candidum*, propr. *innocentem*. Euripid. *Oreſt.* v. 923.

Ἀκέραιος, ἀνεπιλήπτων ἡσυχῇ βίον. Hinc ſuſpicor, ſupra, ubi Ἀκέραιον explicat Lexicographus per ἀνεπιπλήκτων, legendum eſſe ἀνεπιλήπτων. Certe infra pro Ἀνεπιπλήκτους, ἀμέμπτους, Soping. leg. ἀνεπιλήπτους. Quod ſi malis Salmaſii lectionem, non multum refragabor: Suadet enim ordo alphabeticus. Quem tamen non accurate ſequi Heſychium, omnis pagina teſtis.

Ἀλάβας, λήκυθος.] Guiet. leg. ἀλάβαστος. Perperam. Thom. Mag. Ἀλάβαστον, ὄγκα τε ἡ Ἀττικοὶ μετὰ, δὲ τῦ ἀπλῶς Ἕλληνες.

Ἀλοᾶ, τύπτει.] Leg. Ἀλοιᾶ, vel ἀλοᾶ, ab ἀλόω, pro quo etiam ἀλοιάω. Recte Guiet. paulo ante pro ἀλοιᾶ, ἔτυπτεν, repoſuit etiam ἀλοιᾶ. Eademque opera corrigendus Moſchopulus: Ἀλοιᾶν, inquit, τὸ τύπτειν, ἐξ ἧ καὶ μητραλοίας. Sic in editione Vaſcoſani. Lege, Ἀλοιᾶν, & μητραλοίας. Heſych. hoc loco, & infra in voce, μητραλοίας quoque habet. Pejus Philoxeni Gloſſæ: Μητραλώας, *matricida*. Aut cum Goldaſto & aliis ſcribendum μητραλῴας, aut plane reſtituendum μητραλοίας. Eædem Gloſſæ: ἀλωάω, *Batuo*, *tritura*. Leg. ἀλοάω.

Ἀλὶς ἄχνη, θαλάσσης ἀφρός.] Steph. una voce Ἀλοσάχνη legit in notis, ubi perperam ἀλοσύχνη expreſſum eſt. Sed recte diviſeris. Hom. *Iliad.* Δ. v. 426.

Digitized by Google

- ὑποπτύει δ' αὐλὸς ἄχνην.

Dioscor. l. V. c. 127. agit περὶ ἄχνης αὐλοῦ.

Αὐλὸς θείοιο, ἐυπέμε &c. Respicit Hom. *Il.* I. v. 214. Quem locum tractat Plutarch. *Sympos.* l. VI. *quæst.* X. p. 684. Mox Αὐλοσύδνης meminit Hesychius, spectans Hom. *Il.* Υ. v. 207. -- καλλιπλοκάμε αὐλοσύδνης.

Ἄμπυκας. κεκρύφαλον κόσμον γυναικῶν.] Pone primo distinctionem post κεκρύφαλον: dein lege ἄμπυκα, qui est casus quartus vocis ἄμπυξ, i. e. *vitta*, seu *redimiculum*, capitis muliebris ornamentum, *Lydis* maxime familiare (teste Hesychio in Αυδίῳ νομῳ) quod auro gemmisque distinctum, lautiores feminæ adhibebant ad constringendam comam, ne difflueret.

Ἀνερεψάμενοι, ἀναρπάσαντες.] Statim sequitur: Ἀνερείψαντο, ἀφήρπασαν. Alteruter locus in mendo cubat, legendumque vel ἀφαρπάσαντες, vel ἀνήρπασαν. Posterius præfero, quia Noster infra Ἀνηρείψαντο rursus explicat ἀνήρπασαν. Ne vero triplex prioris vocis differentia te moretur, scribe Ἀνερειψάμενοι, & Ἀνηρείψαντο, non ἀνερείψαντο & ἀνηρήψαντο. Alludit ad Hom. *Il.* Υ. v. 234.

Τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοί - -

Ἀντιτάσσεται, ἀντίκειται.] Respexisse videtur, ut sæpius, ad locum N. T. qui est *Jacob.* IV. 6. ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται.

Ἄσσον ἴπε, ἐγγὺς ἔρχεσθε.] Respicit Hom. *Il.* Δ. v. 335.

Digitized by Google

B.

Βαθυκόλπων, ἡρωϊδῶν, ἀπὸ τῦ μεγέθους, καὶ βαθυζώνων.] Occurrit hoc epitheton apud Anacreont. *Ode* V. v. 14. Μετὰ κόρης βαθυκόλπυ. Frustra vero quæsieris apud Homerum, ut ibid. notavit Summus Criticus.

Βαρυκάρδιοι, ἀσύνετοι, μωροί.] Frustra alii legere voluerunt βαρυκάδιοι, cum vox ipsa, prout apparet, adhibeatur a LXX. Pſ. IV. 2.

Βίην Ἡρακληείην, ὡς ἐφράσατο τὸν Ἡρακλέα.] ita Hesiod. Ἀσπ. v. 52. Ubi vide τὸν πάνυ.

Βοηδρομεῖν, μετὰ σπουδῆς βοηθεῖν.] Hoc sensu usus est Eurip. *Heraclid.* v. 122. Βοηδρομήσας &c.

Βοόμ — — καὶ ὀσμή —] Sic ὁ ἑβδ Job. VI. 7.

Βρέμει γὰρ ὄρῳ τὸ σῖτόν μου ὥσπερ ὀσμὴν λεόντος.

Βώλαξ, βῶλος, γῆ.] Job. VII. 5. Βώλακας γῆς dixit. Unde & hoc loco rescribendum videtur βῶλος γῆς.

Γ.

Γαλιλαία, κατακυλισή.] Exponit vocem Hebræam. גלל enim est κατακυλίειν.

Γενέσια, ἑορτὴ πάνδημος Ἀθηναίοις, οἱ δὲ τὰ νεκύσια καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ γῇ θύουσι. γίνεσιν πατέρες. ἢ μοῖρα.] Quisque videt corruptum locum. Pro πάνδημος Palmerius & Salmas. πάνδημος, Soping. πένθιμος vel πάνυμος, leg. Scribe absque hæsitatione, πάνδημος: γενέσια enim, teste Ammonio, ἑορταὶ τῶν τεθνηκότων.

Digitized by Google

Sed quid postrema sonant? Ergo distingue & lege: † Γένεσιν, πατέρες, ἢ μητέρες. Novam vocem explicat Glossographus. Olim vero μητέρες per compendium pinxerunt μες, quod norunt Eruditi, & in hoc loco exhibet editio Aldina. Sed rarior est hæc significatio vocis γενέσεως. Occurrit in illo Nicandri apud Suidam:

Ἵπποι γὰρ σφῆκῶν γένεσις - - -

Plura non addam, quæ, volente Deo, brevi conspicies in *Observationibus* nostris *Philologicis ad N. T.* jam Typographo traditis. Ubi & binas alias conjecturas proposui (licet hanc præferam) vocemque γενέσια latius ex Veterum Criticorum placitis illustrare conatus sum, ad *Matth. XIV. 6.*

A.

Δεξιὸς, συνετός &c.] Ita Schol. Sophocl. ad *Ajac.* v. 183. Ἀριστερὸς οἱ παλαιοὶ τὸ μωρὸν ἐκάλουν, δεξιὸν δὲ, τὸ συνετόν.

Δώματα, οἴκους, οἰκήματα &c.] Sublato levi vitio scribe οἴκοι.

E.

Ἔδεσμα, βρῶμα. ἐδέσματα Φαγίνα, βρώματα.] Salmas. pro Φαγίνα legit πεσσφάγια. Vide an non rectius distinguas, & legas. † Ἐδέσματα, Φαγινὰ, βρώματα. Apud Apulej. *Apolog.* c. LX. Q. Ennius *Edesphagitica versibus* scripsisse dicitur. Ubi Casaubonus *Edestia aut Phagicis* scribendum arbitratur. Quia vero ἐδεστὰ & ἐδέσματα parum differunt, recte ἐδέσ-

Digitized by Google

ἰδίσματα dicuntur φαγικά. Conf. Hesych. in ἴδεσθε, quod explicat βρώσει ὑποπίπτων καὶ τροφῇ. An τροφῇ?

Ἐκεῖ, μακρὰν.] Respexit procul dubio ad duo loca N. T. quæ contulit. Luc. VIII. 32. ἦν δὲ ἐκεῖ ἀγέλη χοίρων. Matth. VIII. 30. in eadem historia: ἦν δὲ μακρὰν ἀπ' αὐτῶν ἀγέλη &c. Quare minus necesse est, ut cum Pricæo in ultimo loco legamus ἀ μακρὰν. Plura dabunt *Observationes* nostræ ad h. l.

Ἕλικας, ἑλικηκερότας, ἐπικαμπῆ τὰ κέρατα ἔχοντας.] Loquitur de *bobus camuris*, quos ἕλικας vocat Hesiod. ἔργ. v. 452. Ubi vid. ὁ πάνυ.

Ἐν ἀτόμῳ, ἐκ ῥιπήματι, ἐν πάχει.] An legendum, ἐν ῥιπῇ 1. Cor. XV. 52. Ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ.

Ἐνδυκὲς - - πεδύμον, ἔυπνον, πιδόν -]

L. ἔυνον. Præcedit ἐνδυκέως, φιλοφρόνως, ἐπιμελῶς. Quod adverbium habet Hom. *Il.* ψ. v. 89. & Ascræus Ἀσπ. v. 427.

Ἐνεπίλαπε, περιήγγειλεν &c.] Passim occurrit in N. T. Damnat autem Moeris Atticista hanc vocem (quod notare lubet) cum ait: Ἐνεπιλάμεν παρ' ἑδενὶ ἔυρον, πλὴν ἀντὶ τοῦ ν τὸ π ὁ χαφεὺς ἐχάψεν. ἐπεπίλαπε. Sed, præter Scriptores Sacros, Polyb. p. 1277. ed. Gronov. ἐπιλάμενος, & Lucianus *Philop.* p. 771. ed. Græv. (aut si quis alius auctor sit illius Dialogi) ἐνεπίλαπε dixit.

Ἐξ-

Digitized by Google

Ἑρμεχοΐνι γῇ, ἡ Αἰγυπτος τὸ πρότερον ὕστερον ἐκαλεῖτο.] Leg. Ἑρμεχήμι γῇ, q. d. Chemia Hermæ. Ægyptus olim *Chemia* sive *Chamia* appellata fuit.

K.

Καλέανη, καλάνη.] Lege, καλάνη.

Κατὰ συνδεσμὸν, κατὰ κοινωνίαν, κατὰ σύμπλεξιν.] Emendatius forte leges σύνδεσμον. D. Paulus ad *Ephes.* IV. 3. ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης dixit.

Καππατίας, ἵππος κεκαυμένος, ἐνπεπυπωμένον ἔχων σημεῖν τὸ κόππα. ὃ ἐστι ἀπεσφραμμένον ϙ ϙ.] Pro σημεῖν primo pone σημεῖον; dein pro ἀπεσφραμμένον scribe ἀνεσφραμμένον, ut Sup. in V. Κάππα, ut ibi male legitur. Quem locum depravatissimum optime restituit Princeps Criticorum, Rich. Bentleius. *in notis ad Callimach. Fragment. p.* 418. p inversum sive q Koph Phœnicum, nota equorum femoribus inusta.

Λ.

Λεχώ, σαφῶς πεπυῖα.] Illustriss. Ezech. Spanhem. *Observ. ad Callimach. p.* 9. docet, hic omnino legendum esse λεχοΐς. Sed λεχὼ hoc sensu etiam occurrit apud Hippocrat. *de Morb. Mulier.* l. 1. c. 88. & Eurip. *Electr. v.* 637. Λεχὼ μ' ἀπαγγέλλ' ἔστιν ἔρχεται τέκνῳ. Conf. easdem *Observat. p.* 363. Plura non addam: & hæc salvo Tanti Viri honore dicta sunto.

Λιχμίξει, ἁλοεῖ.] Leg. Λιχνίζει, ἁλοᾷ seu ἁλοιᾷ.

Aut

Digitized by Google

aut potius in fut. λιχμήσει, ἀλοσῖ. Sequitur: λαμῶντες, ἀλοῶντες. Leg. ἀλοῶντες.

Λύει, λυσιτελεῖ.] Respicit locum Eurip. *Med.* v. 566. Ἐμοί τε λύει, sc. τέλη. Quod addit Sophocl. *Oedip. Tyr.* v. 324. Inspice Scholia ad h. l.

Λωτὸς, τραγημά τι καὶ αὐλὸς καὶ δέδρον &c.] L. δίνδρον, & vid. Eunap. *Ædes.* p. 44. παραδόντες αὐτὲς καθάπερ οἱ τῦ λωτῦ γευσάμενοι. Unde sequentibus lux affunditur.

M.

Μαχαρίζειν, μαχιχᾶσθαι - - - ἢ σφοδρῶς - - - μαχᾶσθαι.] Summus Salmas. μαχαρύζειν reponit ex Eustathio. Quam vocem Comicus in *Acharn.* agnoscit. Sed conjicit, pro μαχιχᾶσθαι legendum μαχικᾶσθαι. Quod mihi nondum videtur. Per χ enim usurpat Hesiod. Ἀσπ. v. 389.

- - - ἀφρὸς δὲ περὶ χρόα μαχιχόωντι

Λείβεται. Notat *commanducare*. Ex Thoma Reinesio elegantia tradit ὁ πάνυ *in Lection. Hesiodeis.*

Μέροπες, ἄνθρωποι διὰ τὸ μεμερισμένην ἔχειν τὴν ὄπα ἤγουν τὴν φωνήν. ἢ ἀπὸ Μέροπος τῦ πρὸ Φαέθοντος Κῶ. λέγονται δὲ καὶ Κῶοι Μέροπες &c.] Suffecerit hic indicasse Jac. Mosanti Briosii literas elegantissimas ad Premontium, p. 176. & seqq. quas legat harum rerum studiosus.

Μήτηρ, πίσυρες μᾶλλον.] Est interrogandi for-

Digitized by Google

formula, cujus notam recte appinxeris. Spectat locum Pauli, vel similem, qui est 1. *Cor* VI. 3. ἐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν; μήτι γε βιωτικά;

N.

Νενίηλος, τυφλὸς, ἀπόπληκτος, ἄνοητος] Respexit procul dubio ad Callimach. *Hymn. in Jovem, v.* 63. Ὃς μάλα μὴ νενίηλος - - - *nisi esset plane stupidus.* Est a νέος, idque ex particula στερητικῇ & voce νῦς, idem quod βλεννός. Nusquam occurrit hæc vox, præter loc. laud. ut observat ibid. Vir illustris.

Ξ.

Ξύμβολος, μάντις ἢ ἓν συμβάλλειν δυναμένη.] Hinc liquet notio τῦ συμβάλλειν pro *conjicere.* vel *vaticinia interpretari,* eorumque *mentem assequi.* Quomodo vocem συμβάλλεσθαι Luc. II. 19. rectius quam alii nuper explicuit Cl. Elsner. Quod innumeris exemplis probare facile est, quorum ampla copia in nostris ad h. l. Observationibus. Quibus adde locum Ælian. *Hist. anim. l.* XI. c. XIX. p. 664. Sic Alexander dicitur. ἐκ τῶν φαινομένων τὸ εἰκὸς ξυμβαλεῖν ἐπιτυχέστατος, ab Arriano in ejus *Exped.* L. VII. c. XXVIII. p. 310.

O.

Ὁλισθήμασι, πλάναις, παραπτώμασιν.) Adduxit Sopingius in notis locum *Ezech.* XXXVIII. καὶ καταλείψουσιν ἐν ὁλισθήμασι πόδα σε

Digitized by Google

σι. Frustra quæsivi. Exstant ea verba apud *Ierem.* XLV. 22. juxta Cod. Vatic. (in Compl. XXXVIII. 22.) Sed neuter Codex habet καταλειψειν. Romanus certe καταλυσειν, Complut. κατισχυσει præfert.

Ὁμοιῦς - - - - τείρει ὁμοίον.) Scribe accuratius, ὁμοῖον. & paulo ante, ὁμοιῦς. Cetera quæ obscura erant, peritissime elucidavit Vir Summus, L. Bos, Præceptor olim meus (quo glorior) meritissimus nimis (eheu!) cito nobis reique literariæ ereptus. Vide ipsius *Observ. Crit. p.* 175. & 188.

Ὄυτέ τω, ἤτε τινί.) Scribe, ἠτέ τῳ, cum jota subscripto. Plura de hac particula in *observatis* nostris ad *Matth.* XXVIII. 17.

Π.

Παρακμάζων, παραμυθέμενος.) Aut omnia me fallunt, aut pro priore voce restituendum, παρακαλέων: hoc enim est παραμυθέμενος, *consolans*, illud vero *marcescere* notat; quæ plane sunt diversa. Ortus error e majusculis, ΠΑΡΑΚΑΛΕΩΝ. Ita enim proclivi

ΠΑΡΑΚΜΖΩΝ,

lapsu prius παρακμζων formarunt, quod sono & sensu carens mutarunt, interposito α, in παρακμάζων. Hanc emendationem liquidius probabo in *Observationibus* meis.

Παράνομος, ἄνομος, ἄδικος, ἄθεσμος, ἁμαρτίαν

τίαι.) Sic emenda. παράνομος, ἄνομος. ἄδικος, ἄθεσμος † Παρανομίαι, ἁμαρτίαι. Res clara est.

Περίτριμμα, τετριμμένων.] Leg. τετριμμένον.

Περιττοὶ, περισσοὶ, περίεργοι.] L. περίεργοι. Supra περίεργον explicat etiam περιττὸν.

Προόδρομα - - - - - τὰ προακμάζοντα σῦκα.] Salmas. legit, πρόδρομα. Scribe, πρόδρομοι. Sic enim vocantur τὰ προακμάζοντα σῦκα apud Theophrast. *de caus. Plant. l.* V. c. 1. Et ὁι ὁ *Esai* XXVIII. 4. ὡς πρόδρομος σῦκον. Aquil. πρωτογέννημα. Theod.: πρόϊμος. Quomodo Hos. IX. 10. ὡς σκοπὸν ἐν συκῇ πρώϊμον. (ubi Cod. Barber. in marg. πρόδρομον) forte restituere liceat πρόϊμον, per ὁ μικρὸν, quod Hesych. explicat σῦκον προακμάζον.

Πυρὸς δηΐου, ὑπὸ τῦ πυρὸς τῦ πολεμικῦ.) Lege, πυρὸς δηΐοιο, ex Hom. *Iliad.* B. v. 415.

- - - - πῆσαι δὲ πυρὸς δηΐοιο θύρετρα.

Quem locum respicit, notans ibi ellipsin τῦ ὑπό.

Σ.

Σαγάρις, ποταμὸς Λυδίας καὶ Φρυγίας.) Lege, Σαγγάρις, per duplex γ. De quo fluvio Arrian. *Exp. Alex. lib.* I. c. XXX. p. 59.

Σπεῖρον, τὸ καλὸν ἱμάτιον, καὶ τὸ ῥακκῶδες.) L. ῥακκῶδες. Et ita Sup p. 810. ῥακὰ & ῥάκος legendum, cum simplici κ, ut recte ibidem ῥάκη. Cave vero, τὸ καλὸν in κακὸν ἱμάτιον mutes, cum Viro docto. Ita quidem consonat

Digitized by Google

sonat sequens ῥακῶδες, sed non debebat. Σπῆρα enim Græci non tantum vocarunt τὰ ῥάκη, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀμείνυς ἐσθῆτας, ut ex Polluce lib. VII. c. XVIII. verissime observavit Vir Excellentissimus Ezech. Spanhem. *ad Callim. p.* 15.

Σφιγγῶν, ἀκμαίων, νεαίων, αὔξων.] Idem fere Suidas. Dixit Longus *in Pastor. l. III. p.* 79. οἱ δὲ νέοι καὶ σφιγγῶντες. Vide sis, illic loci Cl. Moll.

T.

Τάμισθ-, ἡ πιτύα.] Vir doctus emendaverat, πυτία. Recte vero defendit vulgatam lectionem Cl. Bos *Animadv. p.* 135. adducto loco Theocriti, *Idyll.* ια. (non α. ut typi referunt) v. 66. ubi τάμισεν dicit *coagulum*, in Scholiis πιτίαν, pro quo V. Cl. πιτύαν restituit. Utrumque firmare valet alter locus ejusdem Theocriti, *Idyll.* ζ. v. 16. ubi νέας ταμίσοιο meminit, pro *recenti coagulo*, & Schol. inter alia: Τάμισθ- γὰρ ἡ πιτύα εἴρηται, ἀπὸ τὸ ἁμίζειν, ὅ ἐστι πυκνοῦν τὸ γάλα περὶ αὑτὰ συνφόμενον. ἢ ἀπὸ τῶ ταμείων ἀξιοῦσθαι ὑπὸ τὴν χρῆσιν. An non potius a ταμεῖν, *secare*?

Ταυσφυρ-, ἀρθόσφυρ- &c] Leg. ταυσφυρ-ς quod habet Hesiod. Ἀσπ. v. 35. — ταυσφύρῳ Ἠλεκτρυώνης.

Τηΰσιν, μαστοῖσι. συδὲ τηΰσιαν ὀδὸν ἔλθῃς. &c.] Hic figenda est major distinctio, atque ita scribendum:

Digitized by Google

- - σὺ δὲ τηῦσίην ἰδὲν ἔλθῃς. Quod hemistychium desum sit ex Hom. *Odyss.* Γ. v. 316.

Υ.

Ὑπόσκοπον χέρα Αἰσχυλ@. &c.] Scribe χεῖρα.

Ὕσπληγξ, ἄφεσις, ἀφετηρία &c.] Hinc liquet, quando sup. p. 168. Ἄφεσιν, ὕσπληγα explicuit Noster, posteriorem vocem quidem rescribendam esse ὕσπληγγα, quod fecit Salmasius; minime vero ἄφεσιν in ἀφετηρίαν mutandum esse, ut voluit Vir Doctus. Utrumque hic agnoscit Hesychius. Huc referri potest Joel. I. 20. ἀφέσεις ὑδάτων, metaphora petita a dimissione cursorum e carceribus, sono facto: quæ in specie dicitur ὕσπληγξ, teste Schol. Theocrit. ad *Idyll.* η. v. 58.

Φ.

φλὸξ, ἡ τῷ πυρὸς,] L. πυρός.

Φύγη, φῦσις σώματ@, ἡλικία.] Legendum jubent Viri Maximi, pro φύγη, φυή. Certissima emendatio. Ita φυὴ usurpatur Homero, *Il.* A. v. 114.

Οὐ δέμας, οὐδὲ φυὴν, οὔτ' ἄρ' φρένας, οὔτέ π ἔργα.

Quem versum imitatus est Apollon. Rhod. l. II. v. 37.

Habet quoque Hesiod. Ἔργ. v. 129. (coll. Ἀσπ. v. 88.) ubi Tzetzes: Οὐπὶ φυὴν.] τὸ μέγεθ@, τὴν ἡλικίαν. Non solam quidem, sed cum formæ dignitate conjunctam, ut recte ὁ πάνυ.

Χ.

χρῆς, θέλεις, χρήζεις.] Aristoph. *Nub.* p. 147.

π

Digitized by Google

ἀ χρῆζης. Schol. βέλοιο. Et huc refer illud μᾶλλον χρῆσαι, 1. Cor. VII. 21. i. e. *potius elige, mavelis.*

Ω.

Ὀκυπέρσει, τὰ χεῖρα ῥεύματα ἔχει &c.] Scribe per ω μέγα. Ὠκυπέρσει. Quod ordo Alphabeti & vox ipsa postulat.

Ὅρεα, τὰ κατὰ τὴν ὥραν γινόμενα &c.] Scribe Ὅρεα, cum Spiritu aspero. In seqq. Ὧροι, ὥρεα, φύλακες.] Scribe contra, ὧρεα cum spiritu leni, non autem per ο μικρὸν, ὅρεα quod G. vult. Est enim ab ὥρα, quod supra explicuit φροντὶς, ἐπιμέλεια.

Ὡσάμην, ὀπτησόμην.] Scribe, ἀπωσάμην. Sed manum de tabula: & hæc speciminis loco sufficiant. Tu judices, Erudite Lector, atque interim memor sis, quod ex Phocylide citat Plutarchus: (*de Audit. p.* 47.)

Ποιῶ ἀπατηθῆναι δίζήμενον ἔμμεναι ἐσθλόν.

Digitized by Google

X.

ANONYMI (a)

Schediasma, quo historia Concilii, quod Sec. XVI. MANTUAM primum, dein VICENTIAM indictum erat, illustratur.

ARGUMENTUM.

§. 1. Occasio hujus scripti. Declarationes Anglorum de Concilio Mantuano & Vicentino. Scripta publica, Hist. Eccles. Sec. XVI. illustrantia, in lucem sunt protrahenda. §. 2. Præcipue ad *Hist.* Conc. Trid. pertinentia. Storrii consilium de nova editione Sarpii Hist. Conc. Trid. cum supplementis. §. 3. Optandum, ut ne successu porro destitueretur. Supplementa quædam ad Catalogum Fabricii de scriptis ad Concil. Trid. spectantibus promittuntur. §. 4. Transitio ad præsens institutum. *Hugo* Rangonus. *De* Colloquio Caroli V. cum Clemente VII. Bononiæ. §. 5. Vergerius mittitur in Germaniam. §. 6. Consilia confert cum Electore Saxoniæ. Ejus Oratio. §. 7. Concilium Mantuam indicitur. Bullæ Pauli III: §. 8. *Matthias* Heldus, Pro-Cancellarius Cæsaris, cum Protestantibus de Concilio agit. §. 9. Scriptum Protestantium

(a) Rogatur ille humanissime, ne nobis, ejus perquam studiosis, suum nomen celet diutius, sunt enim, quae cum eo per literas communicanda sunt. *T.d.H.*

Digitized by Google

tium contra Concilium *Mant.* Prorogatio Concilii prima, loco non indicato a Pontifice. Declaratio Anglorum, Sarpius notatur. §. 10. Secunda Concilii protractio. Vicentiæ locus designatus, §. 11. Altera Anglorum denunciatio ſpeciatim contra Concil. Vicent. Sleidanus notatur. §. 12. Tertia Concilii dilatio. Eam Pontifex invitus ſuſcepiſſe videri voluit. §. 13. Suſpenditur Concilium ad arbitrium Pontificis. De Bulla 1542. evulgata, qua illud Tridentum est indictum. Σχημα μνημονικον hujus Schediasmatis. Appendix ſiſtens titulos nonnullorum ſcriptorum huc facientium.

§. 1.

MAgnam omnino ab omnibus hiſtoriæ recentioris Eccleſiaſticæ ſtudioſis, iniiſſe gratiam cenſendus eſt, THEODORUS HASAEUS, cujus ſolerti curæ hanc Bibliothecam debemus, quod oppido commemorabilem, ut ipſe eam vocat, de Concilio Mantuam indicto, dein, non indicato loco, ad Cal. Nov. prorogato, Anglorum declarationem, cujus copiam ex manu exarato exemplo, beneficio egregii Viri, *Jo. Georgii Schelhornii* (*) nactus eſt, in lucem re-

(*) *Merito* ſuo hunc nuper laudavit, ipſe ſatis laudatus HELMANNUS, in Parte XV. Actor. Philoſ. ubi Schelhornianam Conciliatoris Petri de Abano accuratam diligentemque recenſionem exhibet, cujus ille libri rariſſimi titulum in Miſcell. Lipsienſ. T.

Digitized by Google

vocare voluerit. (a) Interest enim ad communem utilitatem, ut ejusmodi scripta, mo-

T. XII. p. 86. modo dedit, unde spes enata est, fore, ut uberior ejus descriptio ab eodem posset expectari.

(a) Raritatem exempli, quod Wittebergæ *MD*XXXVII. apud Jo. Luth, procusum perhibetur in Bibl. hujus Tom. V. p. 508. ipse nunc agnoscere, necessum habeo, quando ea mihi nondum contigit felicitas, ut vel unicum potuissem indagare. Ad manus tamen mihi est translatio hujus Declarationis, germanica, A. 1538. 4. tribus plagis impressa, omisso loci indicio.

Titulus integer sic habet:

> Des Durchleuchtigsten und mechtigsten Königes/ und des gantzen Reichs Engellandt Bedencken/ von dem ertichten ausgeschrieben/ und darnach aufgeschobenem Concilio Pauli des Römischen Bischoffs A. 1538. (numerus hic de impressione facta est intelligendus)

Versionem hancce ex conditione illius temporis metiri oportet, quæ alicubi liberior videri posset. Speciminis gratia liceat nonnulla ex exordio ac fine delibare. Illud ex his verbis cognoscitur: Dieweil aller Welt wol bewußt/ daß wir darob gelegen haben/ daß allein die Heilige Schrifft widder zu iren Ehren und Wirden gekommen ist/ So achten wirs dafür/ das uns nicht allein die Christliche Religion widder aufftzurichten/ allen Vleis fürzuwenden/ sonder auch den listigen Anschlegen der Bischoff zu Rom/ die keine Zeit die Warheit zu verwirren/ unterlassen haben/ zu begegnen/ eigen und gebüren wil/ hiezu treibt uns die Liebe/ so wir zur Warheit tragen/ und die Beschirmung der Religion/ so wir langest hievor uns angenommen haben. Dieweil

Digitized by Google

mole quidem minora, sed pondere & argumento momentosa, hodieque extent, ac

 sicubi

weil nun der Römische Bischoff Paulus &c. &c. Conclusionis verba ista sunt:

So imant under euch ein besser Radt weis / dem wollen wir gern volgen/ und sonderlich was die Religion belanget/ wir woln unsers Anschlags nicht gebrauchen / wenn uns imant bessers raten wird/ Gott der allmechtige wolt nach unser Hertzen Begierd denselben unsern Radtschlag/ den er uns nach seiner Güte geben hat / oder ein bessern nicht allein inn uns meren/ sonder inn alle Menschen ausgiessen/ dem sey Ehr und Lob zu aller Zeit. *Hanc* ipsam declarationem ex dicta versione Germanica, *Hortlederus* Tom. I. Lib. I. Cap. XXX. pag. CXI. seqq. Editionis recusæ, exhibet, in nota adjecta, addens, *Sleidanum* ejus summam referre, *Surium* vero ne primoribus quidem digitis eam attingere, ad convitia prosilientem commentitia, in Comment. rerum in orbe A. 1537. gestarum. Conf. ad hæc *Bibl. Brem.* T. V. p. 507. in nota subjecta, ubi Surius allegatur. Cum ab aliquo tempore in præstantissimi, & laboris, quem institutum suum requirit, patientissimi viri, Jo. Christ. *Lünigii*, collectione Consiliorum Polit. Europ. [Europäische Staats-Consilia] Lipsiæ 1715. fol. edit. scriptum quoddam *Jo. Wyckii*, in hac ipsa Bibl. T. II. Fasc. I. n. VI. §. 150. XII. p. 151. commendatum, Tom. I. n. 13. perlustrarem, memini me in eodem Tom. I. n. 20. hujus, Angliæ Regis de Concilio *Mant.* sententiæ translationem germanicam observare insertam, quæ, ni fallor, eadem est illi, cujus modo excerpta dedi. Ista enim Collectio Lünigiana jam non est ad manus. Ceterum miror, Ill. *Seckendorfium* hujus scripti mentionem nullam injecisse,

Digitized by Google

ſicubi temporum, aliorumque caſuum injuria, oculis hominum ſubducta, & fere de-

per-

ciſſe, fortaſſis quia & ipsius fugit notitiam. Saltem mihi non licuit eſſe tam felici, ut, ſi quo forte in loco de eo ſermonem faciat, in eum incidere adhuc potuiſſem. *Pallavicinum* jubet Cel. *Hafenus* T. V. hujus Bibl. p. 508. de iſto conſuli. Verum is quoque P. I. Lib. IV. Cap. VII. §. 1. p. m. 126. ad a. 1538. duo iſtius *Declarationis* membra (quorum ſummam ex Sleidano & Sarpio hauſiſſe, neque ipſum ſcriptum ob oculos habuiſſe videtur] breviſſimis tangit, niſi ſtatuas, illum reſpicere quoque ad ſcriptum Regis Angliæ contra Concilium Vicentiam indictum. *Ubi Pontifex*, inquit, *Concilium indiceret, illico Regis dira in illud concrepabant, tanquam in ſacrilegum ac tyrannicum. Ubi ex neceſſitate ipſum protraheret, alia rurſus dira perſtrepebant, quibus provocationis conſilia ceu fraudes damnabantur. Sleidanus* itaque Comment. Lib. XI. p. m. 320. 321. [editio de a. 1555. Argent. in 8. habet fol. 273. a.] vel ſolus ſufficientem ejus recenſionem dedit, qui & paulo ante in Proteſtantium ſcripto Lib. XI. p. m. 315. ſqq. recenſendo, judice Ill. Seckendorfio Lib. III. §. LII. addit. 2. p. 147. diligentiſſimam accuratiſſimamque præſtitit operam, quod d. V. Mart. 1537. contra illam concilii indictionem, publicatum, huic Biblioth. forte aliquando inſeretur integrum, a qua declaratione typis impreſſa, præter alios Principes, ad Angliæ Regem ab Electore Saxoniæ, miſſa, occaſio ſæpe laudatæ Anglorum deductionis arceſſenda videtur. *Sarpii* recenſionem (ex qua ſua procul dubio, hauſit Pallavicinus] Sleidanianæ deberi, eumque nec ipſum ſcripti inſpiciendi occaſionem habuiſſe, utriusque collatio, & nimia

in-

Digitized by Google

perdita sunt, a possessoribus non invidis, & minime βιβλιοπαφοις, in lucem conspectum-

L 5 que

interpretis latini in retinendis Sleidani verbis præsidentia, docent. Sleidanus namque, pro more suo, non solum dicendi genus, equidem in Anglico hoc scripto satis politum, immutavit, nec tenax verborum exempli authentici fuit [conf. p. 321. loc. cit. cum p. 425. sq. T. V. Bibl. Brem.] sed & scriptum ipsum tanta dexteritate compendifecit, ut præter voluptatem, ex comparatione utriusque capiendam, fides quoque Sleidani in declarationibus hujuscemodi, aliusque generis scriptis publicis fideliter summatim exhibendis, hinc vel maxime, & vel unico hoc exemplo adstrui queat. De cetero optandum esset, ut huic Bibliothecæ inseretur quoque altera Regis Angliæ de Synodo Vicentina, *A.* 1538. publicata Declaratio, quam & ipsam Sleidanus Lib. XII. p. m. 344. & sq. [fol. 294. a. in edit. Argent. altera de A. 1555. 8.) in nucleo tradit, qua exponi ait, quomodo Pontifex orbi terrarum illudat. Ubi illa excusa sit, non dicere habeo, cui copia ejus fieri adhuc non potuit. Auctor marginalium in Comment. Sleidani eam scriptum acerbum vocat. *Hortlederus* tamen & hujus scripti versionem germanicam, ex latino exemplo A. 1539. per *Justum Jonam*, adornatam, Tom. I. Lib. I. Cap. XXXI. a. p. 117. usque ad p. 120. conservavit. Titulus translationis in vernaculam nostram talis est:

Des Durchläuchtigsten/ Großmächtigsten Herrn/ Herrn Heinrichs des Achten/ Königs in Engelland/ und Franckreich etc. Schrifft an Kayserl. Majestät/ an alle andere Christliche Könige und Potentaten, in welche der König Ursach anzeiget/ warum Er gen Vincenz zum Concilio [welches mit falschem Titel/

Gene-

Digitized by Google

que postliminio quasi proferantur, instantique subtrahantur interitioni. Unde satis laudari

General genannt) nicht kommen sey/ welche das Evangelium Christi angenommen/ darzu erschienen (*) Aus dem Latein verteutschet durch Justum Jonam. 1539.

Initium scripti ita habet: So neulich in unserm/ und aller unser Unterthanen Namen/ ein Buch geschrieben/ und an Tag gegeben ist/ darinnen gnugsam und überflüßig viel Ursachen angezeiget/ warum wir das Concilium verworffen/ welches der Römische Bischoff --- erdichtet hat/ erstlich als solte es zu Mantua seyn/ darnach ohne Ausdrückung eines Orts oder gewisser Stelle/ seines Gefallens/ auff 1. Cal. Nov. erstrecket etc. etc. subscriptum est Londini 6. Idus April. (1538. intellige) Ad extremum moneo, scriptoribus a summe Ven. Th. *Hasæo* loc. cit. allegatis, qui prioris Anglorum declarationis mentionem fecerint, addi quoque mereri Innoc. *Gentiletum*, in luculento scripto, cui tit. Examen Canonum ac decretorum Concilii Trident. &c. 1690. 8. recuso, [de quo libro proxima occasione nonnulla mihi observata suppeditare licebit] Hujus huc pertinens locus, Lib. II. §. 2. p. 28. dignus est, qui excerpatur: *Decrevit igitur*, inquit [de Paulo III. loquitur] *tramitem Adriani antecessoris sui, repetere, mensque Julio* (Junio dicere debuit) *anni XXXVI. Oecumenicum Concilium indixit, quod Mantuæ haberetur. At huic indictioni Protestantes Angliæque Rex interceserunt, suasque recusationum causas, quibus asserebant, hoc*

[*] Videtur mihi hic mendum typographicum latere; nam infra probatum dabo, scriptum hoc editum esse ante, quam tempus inchoandi Concilii adesset.

Digitized by Google

dari non potest virorum quorundam celebratissimi nominis industria dexteritasq;, qui nulli pepercerunt labori, nullis sumtibus, in ejus generis scriptis, quæ publico nomine censentur, & vel civilis, vel Ecclesiasticæ historiæ capita illustrant, colligendis, separatisque in voluminibus, comprehendendis, ac publici juris, cum antea paucorum fuerint, faciendis.

§. 2. Omnium vero maxime, non tam meo, quam aliquot virorum de re literaria dudum bene merentissimorum judicio, illa scripta ex tenebris eruenda, & ab interitu vindicanda sunt, quæ tempore & occasione Concilii Tridentini, diversis in locis, ac in ipsis Pontificiorum terris, Italiaque ipsa, in lucem producta sunt, quæ multa, ut-ut ab auctoribus Romanæ Ecclesiæ addictis, conscripta, testimonia veritatis continent luculentissima; quæque adeo Pontificii, omni ad-

hoc concilium suspectum, & in loco suspecto indictum, quo nec tutus, nec liber accessus ipsis pateret, scripto publicari curaverunt. Sed ad hæc addebat Rex Anglicus, nullam esse convocandi concilii potestatem penes Pontificem, hoc Imperatoris esse, & Regum munus: se Bullas ejus, decreta & Constitutiones omnes, nihili facere & aspernari; & pro irritis habere, quotquot Concilia a Pontificibus, citra Imperatorum & Regum Christianorum, consensum, convocata fuerint. Episcopos certe & Præsules Regni sui ad Concilium, quod legitime indictum fuerit, alia, quam Pontificis, auctoritate, missurum se pollicebatur. Hactenus Gentiletus.

Digitized by Google

adhibito ſtudio, ſupprimere, & ex conſpectu noſtrorum tollere, annituntur. Quocirca, præter alios, VIR ſumme venerabilis, Joh. Andr. *Schmidius*, in Contin. Introd. Sagitt. p. 1440. ſq. haud immerito, applauſu ſuo mactavit inſtitutum illud in Cel. *Struvii* Bibl. antiq. A. 1706. p. 219. ſqq. judiciis eruditorum à Cl. *Storrio* ſubmiſſum, cujus ſcopus erat, novæ, quam meditabatur, Sarpianæ Conc. Trid. hiſtoriæ, editioni, utraque lingua Ital. & lat. adornandæ, varia monumenta, ex ipſo Concilio prodeuntia, illamque hiſtoriam comprobantia, quæ quidem olim excuſa ſigillatim, ſed divendita ſtatim & jam fere, ignota ſunt (Ven. Schmidii ſtilum, agnoſcis) addere, eaq; aut ſuis quibusque locis inſerere, aut uno volumine conſtipata exhibere. (b)

§. 3.

(b) Conſilium hoc, una cum adjecta ejusmodi monumentorum ſerie, *Bibliothecæ antiquæ* Struvianæ inſertum, non habet auctorem Cel. *Struvium*, uti quidem perſuaſi erant Duumviri Summe Venerandi, Jo. Andr. *Schmidius*, & Joh. Alb. *Fabricius*, ille quidem in Contin. Introd. Sagitt. ad *H. E.* p. 1440. 1441. hic in Bibl. Græc. Vol. XI. p. 700. Ipſe enim Struvius, cum anno MDCCX. Bibliothecæ ſuæ antiquæ titulum Theſauri variæ eruditionis, ex Scriptoribus potiſſimum Seculi XVI. & XVII. collecti, præfigeret, Diſſ. ſua de *Jure Bibliothecarum* in fine adjecta, præfationem quoque præmiſit novam, in qua, præter alia, viros illos Cle-

Digitized by Google

§. 3. Jam etsi horum Sarpianæ historiæ supplementorum, quorum catalogus in Bibl. antiq. datur, pleraque in Labbeana Conciliorum collectione, reperiuntur, id quod in diligentissime congesto, omnium fere scriptorum ad Concilii Trid. pleniorem cognitionem facientium, indice (c) Bibl. Gr. Vol. XI. alterto, suo loco, p. 700. annotavit laudatus Fabricius; attamen, cum nonnisi paucorum sit, tantum opus consulere; ista vero supplementa Sarpiano libro insigni ornamento sint futura, utilitatem quoque egregiam spondeant; optandum utique foret, ut ne institutum illud successu in-

Clariss. nominatim producit, quorum industriam operamque in adornanda isthac Bibliotheca, esset expertus fidelissimam. In horum numerum etiam refert Jo. Phil. *Storrium*, sacrorum tunc apud Heilbrunnenses & Gymnasii Inspectorem, qui insigni cum rei sacræ & literariæ jactura, paucis abhinc annis, rebus humanis exemtus est; cujus potissimum esse consilium, ait, de nova operum Sarpii editione. Id quod monere hic visum est.

(c) Ad hunc indicem analecta quædam adducturus, prævideo, spatii, quo circumscribor, angustiam, id consilium alii occasioni, quando de Gentileti Exam. Conc. Trid. nonnullas observationes suppeditabo, reservari jubere. Id unum in præsens observo, epistolam Pontif. Pii V. ad Archi-Episc. Brenensem pro recipiendo Concilio Trident. datam, ibique pag. 710. memoratam, forte illam esse, quæ in hujus Bibl. T. II. Fasc. II. n. IX. pag. 386. sqq. extat.

Digitized by Google

in posterum destitueretur, quin potius, ut collectio ista laudatorum, aliorumque similium, quotquot sequenti tempore reperiri potuerunt, monumentorum, separato volumine, ex voto complurium solidioris Hist. Eccles. ut par est, studiosorum, susciperetur. Inserviunt huic proposito binæ eæque luculentæ ejusmodi scriptorum recensiones, altera quidem *Schrammio Schmidiana* (d) in contin. Introd. Sagitt. p. 1432. sqq. data, & Celeb. nominis Viro, Dn. D. Christ. Matth. *Pfaffio*, in conspectu Act. Publ. Eccles. Germaniæ (qui & in Fabricii Bibl. Gr. Vol. XI. p. 729. seqq. reperitur, add. omnino Act. Erud. Lips. Lat. A. 1721. p. 350.) ad A. 1545. laudata; altera *Fabriciana*, in libro, modo citato, p. 693. & sqq. exhibita.

§. 4. Sed mihi quidem pauca ad historiam Concilii, *Mantuæ* & *Vicentiæ*, Sec. XVI. habendi, pertinentia, nunc dicere,

(d) Quam Summe Venerabilis Abbas Mariæ-Vallensis hic expectare jubet pleniorem notitiam historicam de hoc Concilio, a Viro Cel. Dn. D. Jona Conrado *Schrammio*, Collega ipsius præstantissimo, peculiari scripto edendam, cujus delineatio, collectaneis Schmidianis locupletata, in laudata Cont. Introd. Sagitt. speciminis gratia proponitur, ea quoque, si prodiret, haud parum faveret profligando feliciter isti proposito; neque enim, quod sciam, adhuc lucem adspexit, videturque maxime Rever. Auctor malle hic quidem compositius, quam festinantius agere.

Digitized by Google

cere, animus sedet. Multæ exstant multorum, diversæ sæpe ac dispersæ de hac re narrationes. *Mantuam* Clemens VII. (*) & Paulus III. Pontifices Romani, locum concilio aptissimum, peculiaribus ex caussis, judicarunt. Certe jam A. 1533. Legatus Pontificius, *Hugo Rangonus*, (e) Rhegien-

(*) Obiter hic observari velim, de colloquio, quod sub finem A. 1532. Imperator Carolus V. cum Pontif. Clemente VII. Bononiæ de religione & concilio habuit (cujus mentionem injicit, sed paucis, *Sleidanus* Lib. VIII. p. m. 229. (fol. 194. b. edit. Argent. in 8. de A. 1555.) fusius vero *Pallavicin.* T. I. Lib. III. C. XII. Seckend. L. III. §. XI. p. 30. notitiam haud sane vulgarem suppeditari in T. V. Declamationum Phil. *Melanchthonis*, fol. 88. sqq. quam ipse Melanchthon in Historiâ Caroli omissam esse scribit, maxime vero dignam judicat memoria & consideratione posteritatis. Hanc prolixam notitiam elegantissima prorsus manu olim descriptam, reperio in fine editionis meæ Sleidani Comment. de *A.* 1555. Argent. in 8. excusæ apud Wendelinum Rihelium, ex cujus officina paulo ante, eodem anno, editio princeps in folio, quam & ipsam possideo, prodiit.

(e) Ita nomen ejus audit *Sleidano* & *Seckendorfio*, aliisque. *Gentiletus* Randonem (nisi operarum typographicarum hic subsit aberratio) Paulus *Sarpius* Rangonem, *Pallavicinus* nunc Rangonem, nunc Rangonium, eum vocant in locis statim citandis. Ugo, sine additamento, appellatur in literis Clementis VII. ad sex Electores, Bononiæ d. 20. Febr. 1533. datis, quas Seckend. exhibet in Comment. de Lutheranismo, immortali opere, Lib.

Digitized by Google

gienſis Epiſcopus, in oratione (f) ad Electorem Saxoniæ Jo. Fridericum, præter Placentiam, aut Bononiam, Mantuam ſane Pontifici haud videri fore, ait, incommodam, optione tamen unius ex iſtis tribus urbibus, ab eodem permiſſa. Poſt obitum Clementis VII. (qui in diem XXV. Sept.

Lib.

Lib. III. §. 17. p. 42. 43. Eodem A. 1533. Clemens VII. ad Franciſcum I. Galliæ Regem, de indictione Concilii generalis, epiſtolam miſit, quæ una cum Regis reſponſione, Tomo XXXV. editionis Conciliorum Regiæ, (cujus magnifici operis ampliſſimam deſcriptionem nuper dedit ille ævi noſtri Varro, in Vol. XI. Bibl. Græc. a 337. usque ad p. 735.) inſerta legitur. Copioſe hic legi merentur les Memoires de Meſſ. *Martin du Bellay*, Seigneur de Langey, Lib. IV. ad Annum 1533. fol. m. 105. ſqq. edit. Pariſ. 1572, fol. quos commentarios laudat Sammarth. in Elogiis Gallorum Lib. I. num. VII. ſect. 3. p. 21. Edit. recent.

(f) Hujus orationis ſententiam refert Sleidanus Lib. VIII. Comment. circa fin. p. m. 229. ſqq. (edit. princeps in fol. Argent. 1555. excuſa, habet fol. 127. b. ſq. altera vero editio Argent. eodem anno 1555. in 8. impreſſa, fol. 194. b. 195. a.) Hunc in Summa hujus orationis tradenda, ſecutus videtur Sarpius in Hiſt. Conc. Trid. Lib. I. p. 70. edit. Francof. 1621. 4. Add. Pallavicinus in Hiſt. Conc. Trid. P. I. Lib. III. cap. XIII. §. 4. ſqq. p. m. 101. & Innoc. Gentilet in Exam. Conc. Trid. Lib. I. §. 20. p. m. 20. Inprimis conf. Seckend. Lib. III. §. 17. d. 42. ſqq. neque pœnitebit inſpexiſſe finem §. XII. luculentæ commentationis de vita Jo. Wyckii, qua Theod. HASÆUS, *Bibl.* hujus Cl. II. Faſc. I. Sect. VI. or-

Digitized by Google

1534. incidit, (*) vid. præter alios Pallav. Lib. III. Cap. 16. §. 8. p. 106. Seckend. Lib. III. Claſſ. VIII. Faſc. I. M ad

navit, cujus vid. p. 152. adde tamen & p. 854. Tomi VII. Faſc. V. Ceterum notari velim, hanc Rangoni orationem typis Georgii Rhaw, Witteb. 1537. quo anno & loco, communis quoque Saxon. Elect. & Proteſtantium ad eam reſponſio, Sleidano loc. cit. recenſita, prodiit, eſſe impreſſam. Exhibet utrumque ſcriptum etiam Hortlederus de cauſſis belli German. T. I. Lib. I. cap. XV. & XVI. p. 71. ſqq. qui & id ipſum extare ſcribit in Tomo II. Islebienſi operum Lutheri, ad A. 1533. ubi confer partem I. Hiſtoriæ Bibliothecæ Fabricianæ, num. LXXXIV. p. 469. Conſuli porro hic poſſunt, warhaftige Beſchreibung den geiſtl. und weltl. Sachen von 1500. biß 1559. qui liber Sleidano oppoſitus, Coloniæ 1559. fol. apud Caſp. Gennep prodiit. pag. CLXXXVIII. Lamb. Hortenſius de bello Germanico Lib. I. p. m. 14. Edit. 1560. 4. Baſil. Laur. Surius Comment. rerum in orbe geſtarum ad Annum 1533. p. m. 231. qui ad convitia ſimul abit. (De cujus variis editionibus vid. Cel. Fabric. Bibl. Gr. Vol. XII. p. 196. quam vero producit edit. Colon. 1603. 8. illam ipſam eſſe credo, quæ mihi in manibus eſt, Colon. apud Arnold. Quentelium A. M. DC. II. 8. impreſſa,) Dav. Chytræus in Saxon. Lib. XIII. p. 342. Pont. Heuterus rerum Auſtr. Lib. X. c. 9. Mich. Eyzingerus in bipartita ſeptem temporum hiſtoria, germanice ſcripta, & Coloniæ 1586. 8. edita, qui liber res continet ab A. 1515. ad A. 1585. geſtas, ad A. 1533. p. 470. ſqq. qui Sleidani recenſionem fere tranſcripſit.

(*) Hinc male ſcribit Mart. Zeillerus in tract. de celebribus Hiſtoricis, Chronologis & Geographis, P. I. pag. 63. Franc. Guicciardini Hiſtor. libros de-

fine-

Digitized by Google

ad Sect. 8. p. 73.) Successori ejus Paulo III de concilio promovendo, erat cogitandum. Is ut magnum semper præ se tulit studium, conventus universalis congregandi, quod fueritne genuinum, nec ne? quilibet prudentiorum facile judicabit: (g) ita nihil videri volebat intermittere eorum, quæ ad exequendum hoc propositum facerent.

§. 5. Statim igitur hanc sibi operam dandam esse, ratus est, ut Petrum Paulum Vergerium, suum & antecessoris sui, legatum, paulo ante ex Germania revocatum, eodem remitteret, hoc quidem consilio, ut; Protestantibus serio, ut videri volebat, suo nomine offerret concilium, tollendis de Religione ortis dissidiis, destinandum, ceterum Mantuæ futurum significaret. (h) Audiamus nominatim Paulum Ve-

finere in anno 1532. quo Clemens VII. mortuus sit; quippe quos constat usque ad A. 1534. pertingere, qui & emortualis hujus Pontificis annus fuit.

(g) Vid. tamen Pallavicin. in princ. Cap. XVII. lib. cit. Paulus Venetus lib. I. p. 79. fqq. & Seckend. Lib. III. §. 33. p. 94. item denunciatio Anglorum, Bibl. hujus Tom. V. reperiunda, p. 509. aliique, quos singulos nominare nec vacat, nec necesse est.

(h) Confer omnino Sleidanum, Lib. IX. p. m. 245. (sed fol. 208. a. edit. Argent. 1555. 8.) Maimburg in Hist. Luther. Lib. III. sect. 10. p. 94. collata Seckend.

Digitized by Google

Venetum, qui Lib. I. p. 80. sq. quamvis, inquit, Pontifex tot tamque manifestis documentis ostenderet, se concilium cogitare, quod omnibus esset satisfacturum, & Germanos in rectam viam reducturum; Curia tamen Romana, & in ea, qui ab intimis ipsi erant, in hoc negotio tractando, consiliis, palam profitebantur, concilium liberum extra Italiam conscribi non posse, neque in Italia alium a Mantua locum videri idoneum. Hactenus verba Sarpii.

§. 6. Ipse Vergerius A. 1535. Electorem Saxoniæ, Pragâ, (quo redux ex Austria, rebus cum Ferdinando Rege confectis, concesserat) domum rediturum, de concilio ibi interpellans, quod ad locum attinet, ait Pontifici gravibus de causis Mantuam solam placere, quæ verba sunt Sleidani, Comment. Lib. IX. p. m. 253. (edit. Argent. secunda de A. 1555. 8. habet fol. 215. a.) (i) nec vero

ckend. annot. §. XXXIII. add. Pallav. Cap. XVIII. §. I.

(i) Hæc Vergerii ad Saxonem oratio, una cum Protestantium responso, à Sleidano Lib. IX. p. m. 255. (fol. 216. a. Edit. Arg. 1555. 8.) recensito, typis prodiit Witteb. apud Ge. Rhaw, 1537. comparet quoque in Tom. II. operum Lutheri Isleb. edit. ad A. 1535. vid. Hist. Bibl. Fabric. P. I. n. 84. p. 469. item Tom. I. Lib. I. Cap. XIX. & XX. p. 82. 83. sqq. operis eximii Hortlederiani, ubi vide, quæ

Pontifici soli, sed & Cæsari & Regi Galliæ eundem probari locum, idem postmodum retulit Vergerius apud eundem Electorem, vid. Seckend. Lib. III. §. 34. p. 97. ubi & notabilis est Lutheri, quocum & ipse Vergerius hac super re consilia agitavit, ad Electorem responsio. Ex quibus, opinor, satis liquet, Pontificem Romanum gravibus de caussis, quas præter alias, vel solæ Protestantium & Anglorum, de concilio Mantuam indicto, declarationes, detexere, concilium, si quod vel invitus cogere deberet, Mantuæ potissimum haberi, præoptasse.

§. 7. Reverso igitur Romam Vergerio intercedentibus Romæ inter Cæsarem & Pontificem Mense Aprili, MDXXXVI. de concilio deliberationibus, cum Mantua utrinque placeret, ipsa tandem Bulla seu Diploma Pontificium, IV. Nonas Junii, A. 1536. exaratum, emanavit, quo Concilium ad diem XXIII. Maji, A. 1537. Mantuam, locum diu ante optatum, legitur indictum. (k) Locus Mantuæ electus est, (inquit Seckend.

quæ ipse Hortlederus breviter notavit. Ceterum adde Lamb. Hortensium Lib. I. Belli German. p. 14. 15. Laur. Surium Comment. rerum in orbe inde ab A. 1500. gestarum, p. 279. 280. ad a. 1535. qui vero neque hic à scommatibus sibi potuit temperare.

(k) De auctoribus hujus bullæ, aliisque circumstantiis, vid. Sarpius Lib. I. p. m. 86. Pallav. Lib. III. Cap.

Digitized by Google

ckend. Lib. III. p. 126.) dissuadente Vergerio, qui prius Germanorum consensum im-

 pe-

Cap. XIX. §. 10. p. m. 113. inprimis Seckend. Lib. III. §. XLV. p. 126. Laur. Surius ad a. 1536. p. 293. Ludov. Guicciardinus in Comment. de rebus memorabilibus, quæ in Europa, maxime vero in Belgio, ab undetricesimo usque in annum M. D. LX. evenerint, P. P. Kerckhovio Actiophanensi interprete, Antverpiæ 1566. 8. edit. Lib. I. pag. 61. Lamb. Hortens. de Bello Germ. Lib. I. p. 18. aliique. Petri Suavis Polani errorem, qui in diplomate ad d. XXVII. Maji, 1537. concilium a Pontifice indictum fuisse, scripsit, ipse Pallavic. loc. cit. recte emendavit. Ipsum diploma summatim recensetur a Sleidano, Lib. X. p. m. 289. sq. (edit. 1555. Argent. 8. fol. 246. a. b.) & Sarpio Lib. I. p. 86. Sleidani recensionem, ex versione illorum Comment. germanica desumtam, totam fere (exceptis nonnullis in fine, quæ omissa sunt) legere licet in der warhafftigen Beschreibung geistl. und weltlicher Händel / ex typogr. Casp. Gennep, pag. CCXXVIII. CCXXIX. Eam vero integram in vernaculam nostram conversam, ex recentiori quadam Sleidani translatione, depromtam exhibet Mich. Eyzinger, Austriacus, in Septem Temporum Historia, german. scripta, ad a. 1536. p. m. 503. sqq. Germanica vero dicti diplomatis versio, quâ sine loci mentione, in forma quadrifariâ complicata, impressam, & sex foliis constantem, in manibus teneo, quamque Wittebergæ 1536. procusam, suspicor, hunc gerit titulum: Die Ausschreibung eines gemeinen freyen öffentlichen Conciliumbs zu Mantua. Auf den 23. Tag May, im 1537. von Bäpstlicher Hailigkeit Paulo dem dritten zu halten ꝛc. Bulla verteutscht. Exacte omnia exhibet, quæ latinum habet

petrari debere contendebat: admissum tamen ejus monitum fuit, ut in diplomate indi-

habet exemplum. Eadem translatio, paulum tamen immutata, reperitur sub lit. F. IV. b. &c. in collectione quadam Wittebergæ 1537. 4. ap. Ge. Rhaw edita, de qua infra in append. cui tit. Warhafftiger Unterricht etzlicher Handlungen ꝛc. quamque ab Hortledero exhiberi, ibidem memoratur. Idem hoc diploma in vernaculam nostram transfusum reperiri in Tomo VI. Altenb. operum Lutheri, fol. 1054. sq. Seckendorf. Lib. III. p. 126. perhibet; apud Hortlederum T. I. Lib. I. C. XXII. p. m. 87. sqq. idem german. legitur exemplum, ex collectione Witteb. laudata depromptum. Ipsum autem latinum exemplar, quod possideo, (Romanum credo ipsum, in fronte insigni Pontificio ornatum, 7. foliis constans, formæ, quam quarti ordinis vocant) hanc gerit rubricam:

S. D. N. D. Pauli divina providentia P. P. M. Bulla indictionis sacrosancti generalis concilii.

Quod ipsum, à viginti sex Cardinalibus subscriptum, pro egregio suo, ejusmodi scripta colligendi & conservandi studio, olim Politicis suis Imperialibus, Francof. ad Mœn. MDCXIV. in fol. editis, Parti XXVII. n. III. p. 1197. sqq. inseruit Melch. Goldastus, eique statim subjunxit Protestantium contra illud evulgatam declarationem, cujus & nos mox injiciemus mentionem. Obiter observo, inter collectiones Goldastianas illam, Politicorum Imperialium titulo insignitam, & raritate & præstantia esse commendabilem, cujus recensionem legere licet in Bibliothecæ Historicæ, Hamburgi edi cœptæ, meritoque continuandæ, Centuria VIII. art.

Digitized by Google

dictionis omitterentur verba, secundum formam præcedentium Conciliorum, ut scilicet spe quadam liberi Concilii ineſcarentur Proteſtantes. Interea Paulus III. ut universo orbi patefaceret, quam serio de emendatione religionis & morum cogitaret, die XXIII. Sept. 1536. aliud diploma emiſit, quod repurgationem urbis & curiæ Romanæ haberet pro ſcopo, ut ſua nimirum domo repurgata (verba ſunt Pauli Sarpii) reliquas facilius repurgare liceat. Sed merum fucum fuiſſe, Seckendorfius, & quilibet prudentiorum cum illo, rectiſſime arbitratur. (l)

art. 100. p. 342. ſqq. cumque in antecedentibus articulis omnium collectionum Goldaſti, aliorumque ejus operum ſiſtatur enumeratio deſcriptioque, nulla alia, credo, quam raritatis ex cauſſa, factum eſt, ut dictum Polit. Imper. Volumen, poſt interjectas alias aliorum librorum ſectiones, ultimo articulo velut poſtliminio recenſeretur. Ceterum adde & Pauli III. Bullam indict. Conc. Trid. 1542. p. m. 3. 4.

(l) Evolvatur Seckend. Hiſt. Luth. Lib. III. §. 50. p. 136. Petrus Suavis Polanus Lib. I. Hiſt. Conc. Trid. p. m. 86. Sleidanus ſub fin. lib. X. p. m. 293. (ſed fol. 249. b. edit. Arg. 1555. 8.) qui & aliam delectorum quorundam Cardinalium & Epiſcoporum, emendationem, ſcripto comprehenſam, ſed minime, ut ait, repræſentatam, nec in publicum eductam, in fronte Lib. XII. fuſe recenſet, quæ omnino huc referenda eſt. De hoc, ni fallor, ſcripto

Digitized by Google

§. 8. Sub initium sequentis anni, M.D XXXVII. qui Concilio destinatus erat, inter Cæsarem & Protestantes varie adhuc, per Legatum seu oratorem Imperatoris, Mat-

pto, Paulo III. jubente, concinnato, & exhibito A. 1538. vid. Cl. Fabr. Bibl. Gr. vol. XI. p. 114. conf. infra not. (p) Prioris vero versionem germanicam Seckend. l. c. extare scribit T. VI. fol. 1057. (sine dubio operum Luth. Altenb. multis Tomis impress.) sed oblitus est indicare, eandem occurrere apud Hortlederum in descriptione belli Germ. T. I. Lib. I. Cap. XXIV. p. m. 91. sqq. qui illam desumsit ex sæpe citata, & infra adhuc memoranda collectione: Warhafftiger Unterricht etzlicher Handlungen &c. hic enim ultimo loco, lit. O. reperitur. Scripta est d. XXIII. Sept. 1536. adeoque emendandus est numerus 22. in recusa operis Hortlederiani editione. De alio scripto rarissime obvio, illique deliberationi, quam Sleidanus initio lib. XII. adducit, consimili fere, alia forte occasione in hac Bibliotheca agetur. Quid? quod cum præter duos alios Episcopos, auctorem agnoscat Robertum Vuacopum, Archi-Episcopum Armacanum, cœcum natum, (ita enim subscripsit ipse) forte ab instituto hoc haud erit alienum, illud, unicam philyram non multum quippe excedens, in hac ipsa Bibl. recudi, ut specimen exstet, ex quo ea illustrentur confirmenturque, quæ optimus HEUMANNUS in Diss. de cœcis videntibus. (in hac Bibl. T. V. p. 370. laudata, & in Pœcile ejusd. T. I. Lib. I. recusa à p. 139-161.) de illo ipso docto cœco, quem ex Gilb. Genebrardi auctoritate Robertum Mancopium vocat, Wacopium vero, & rectius, secundum Miræum ibidem quoque appel-

lat

Matthiam Heldum, Procancellarium ejus, de modo, forma, & sede Concilii, deliberabatur, Mantua, ab ipso quoque Cæsare varias ob causſas, illis propoſita. Pertinet huc omnino ſcriptum, infra porro memorandum, cui tit. Warhafftiger Unterricht etlicher Handlungen ꝛc. quod Witteb. 1537. 4. evulgatum, Hortlederus T. I. Lib. I. Cap. XXV. p. 93. ſqq. recudi fecit. Diligenter, quæ utrinque acta ſunt, exponit Sleidanus ab exordio Lib. XI. conf. Surium, Sleidanum, Sarpium, Pallav. Seckendorfium, alios, ad dictum annum; add. Lamb. Hortenſ. L. I. p. 18. 19. 20.

§. 9. Hinc ubi prolixe ſatis cauſſas ſuas, cur Concilium recuſare ipſos oporteat, privatim primum Matthiæ Heldo Smalcaldiæ expoſuiſſent, tandem die V. Martii 1537. ex Smalcaldia Declarationem in publicum edunt, qua cauſſas recuſatæ Synodi a Paulo III. indictæ, univerſo orbi manifeſtant. (m) Hac

M 5 de-

lat, haud injucunde literis prodidit. Adjungere & tum forte licebit ſpecimen quoddam poëticum Camilli Falconeti, cœci Senenſis, ab eodem laudati.

[m] *Hæc* non minus commemorabilis, atque Anglorum declaratio, ad manus mihi eſt, uti ex officina Ge. Rhavv. Vitebergæ *MDXXXVII.* in forma quadripartita, duabus plagulis, prodiit, talemque præfixum habet titulum:

Cauſæ, quare Synodum indictam a Romano Pon-

Digitized by Google

denunciatione motus forte Pontifex, nescio quem a Principis Mantuani, Friderici, objectis

Pontifice Paulo III. recusarint Principes, Status & Civitates Imperii, profitentes puram & Catholicam Evangelii doctrinam. Vitebergæ MDXXXVII.

Subscriptio hæc est: Ex Smalcáldia die quinto Martii, Anno *D*omini 1537. Rectèque & ordine fecit laude dignissimus Goldastus, quod eam Politicis Imperialibus, P. XXVIIa n. IV. p. 1200. sqq. inseruit, ut paullo ante sub fin. not. (k) dictum est. Titulus, quem ibi observo, sic habet:

Protestantium Imperii statuum rationes, cur Synodus illa, quam Paulus Roman. Pontifex, ejus nominis III. *M*antuæ celebrandam parum candide indicit, & se habiturum esse significat, neque æqua videri possit, neque *utilis* Ecclesiæ: unde & ab iis, qui sacrosanctum Evangelium ineffabili *D*EI misericordia revelatum, acceperunt, atque Ecclesiæ Christi consultum esse volunt, optimo jure, ut suspecta, recusari debeat: Regibus & Monarchis præsertim exterarum nationum, adeoque omnibus bonis vitis expositæ, Anno, M. *D.* XXXVII.

Subscriptio: Ex Smalcaldia d. 5. Mart. A. *D*om. 1537. hic est omissa. *J*am ante Goldástum, hoc scriptum a D. Quirino Reutero, Profess. *H*eidelberg. in collectione quadam, Offenbaci, 1610. 4. edita, cujus contenta exhibet Fabric. *B*ibl. Gr. Vol. XI. p. 706. recusum est. *H*anc collectionem inter libros rariores numerat Schmidius in T. II. Introd. Sagitt. p. 1442. An & ab aliis integra sit exhibita, me fugit, certe perillustri Seckendorfio Goldastiana hæc illius scripti iteratio videtur fuisse incognita. Eodem, Anno 1537. hujus recusa-

Digitized by Google

dis sibi difficultatibus, mutuatur prætextum, in Anglorum quoque mox commemorando scri-

sationis translatio germanica Wittebergæ apud Ge. Rhavv, 5. plag. in 4. impressa est, quæ & ipsa mihi ob oculos versatur, hoc tit:

> Ursachen/ so die Chur- und Fürsten: auch Stende und Stedte der Bekenntniß/ warhafftiger/ göttlicher/ und Evangelischer Lahr/ allen Königen/ Hoheiten und Potentaten der Christenheit/ durch ir Schreiben zu erkennen gegeben/ darumb sie Pabst Pauli, des Namens des dritten/ ausgeschrieben Concilium, das Er auf den drey und zwantzigsten Tag *Maii* schierkünfftig/ gegen Mantua angesetzt/ billig vordechtig/ auch zu gemeiner Christlichen Einigkeit/ nicht dienstlich achten und halten. Wittenberg/ Anno M. DXXXVII.

Ultima verba in latino exemplo: Commendamus itaque nos &c. Versio hæc non habet, quæ tamen titulo videntur esse quasi intexta. *Hanc* ipsam translationem *Hortlederus* T. I. Lib. I. Cap. XXIX. p. 104-111. refert integram, ubi conf. notam ipsius de Cochlæo. Breviter hanc renunciationem tangit, præter Cochlæum, & Surium, cavillantem, p. m. 304. Mich. Eyzingerum loc. cit. p. 515. 516. Gentiletus loco in not. [a] sub fin. supra citato, & Paulus Sarpius Lib. I. p. 89. Quam scite illam Sleidanus Lib. XI. p. m. 315. sqq. (fol. 268. b. sqq. in edit. Argent. de A. 1555. in 8.) repræsentet, comparatio quemque edocebit. Audiamus Ill. Seckend. Lib. III. §. LII. p. 146. scribentem: Plura postea [de Protestantibus loquitur) d. 5. *Mart.* edita publica recusatione, deduxerunt, quorum compendium fidele & accuratum Sleidanus p. m. 315. ad 320. exhibuit. Idem in ad-

Digitized by Google

ſcripto mire exagitatum; atque alio, d. XX. Maji, A. 1537. diplomate edito, Concilium in Calendas usque Novembr. hujus anni, prima vice prorogat, nullo interim loco, quo id celebrandum eſſet, determinato. (n) Quæ bulla

addit. II. p. 147. ubi de hoc recuſationis libello, d. 5. Mart. [1537.) ſubſcripto, mentionem injicit, addit: Editus fuit latine & germanice, &, ut videtur, in gallicam etiam & Italicam linguam poſtea translatus. Germanicum exhibet *H*ortlederus T. I. C. I. c. 29. Quanquam vero, ita pergit, apud *S*leidanum egregia ejus reperiatur recenſio, ſummam tamen, ne lectorem alio ablegem, paucis exponam. Poſt ubi *illam* ſummatim adduxit, hæc ſubjicit: *H*unc libellum, typis excuſum, inſinuandum receperunt Elector & Landgravius, additis literis a ſe, ſuo & ſociorum nomine ſubſcriptis; Elector nempe ſcripſit, & exempla miſit Regibus Angliæ, Scotiæ, Poloniæ, *H*ungariæ, & reliqua. Hæc ille. En, ut ſæpe dictum, occaſionem declarationis Anglicæ.

(n) Hanc prorogationem, ſi non inter proſperas, certe non inter mala, referendam eſſe, ſtatuit Seckend. Lib. III. §. LVIII. p. 161. conf. *S*leid. ſub fin. Lib. XI. p. m. 320. (fol. 273. a. Edit. 1555. Argent. 8.] Sarpius Lib. I. p. 90. Pallavic. Lib. IV. Cap. III. & cap. IV. §. 1. p. m. 119. inprimis adde Regis Angliæ ſcriptum, cujus alterum membrum de ea bulla agit, quæ ad Cal. Nov. concilium diſtulit, p. 522. Bibl. *B*rem. *H*is adde Bullam Pauli III. 1542. editam, qua Concil. Trid. indixit, p. m. 4. 5. in Phil. Chiffletii editione Conc. Trident. Lud. Guicciardinum in libro §. VI. not. (i) citato, Lib. I. p. m. 80. *M*ich. Eyzingerum ad A. 1538. p. m. 520.

Digitized by Google

bulla vix dum in Angliam erat perlata, cum ſcriptum illud memoria & cognitione poſteritatis utique dignum, Regis Angliæ, ejusque Regni Procerum nomine, in vulgus dimanaret, cui omnino, præter memorata Pontificis diplomata, anſam præbuiſſe creditur paullo ante laudata Principum, Statuum & Civitatum Imperii, puram Evangelii doctrinam profitentium, typis impreſſa, & in Angliam quoque transmiſſa declaratio. (o) Dicta

(o) Male hinc ſuam narrationem connectit Sarpius, quando, paullo ante de dilatione Concilii ad Cal. Nov. locutus, lib. I. p. 90. Angliæ Rex, inquit, interea ſuo & Procerum regni nomine, ſcriptum evulgat contra Concilium, &c. Cum tamen poſt editum prorogationis diploma, illud ſit publicatum. Rectius Sleidanus loc. not. (n) allegato, ubi de producto Concilio verba fecerat, ſubjungit: Non multo poſt Angliæ Rex, & ſuo, & Regni Procerum nomine, ſcriptum evulgat, & reliqua. Ac quandoquidem hæc ipſa verba aliaque ſequentia, Sarpianus interpres tam fideliter retulit, ut a Sleidani verbis diſcedere, religioni fere ſibi duxerit, cur non & illam connexionem: non multo poſt: retinuit, & cur maluit particula ſua: interea: lectores ſuſpenſos teneri, fueritne illa declaratio ante, vel poſt dilationis bullam, in publicum emiſſa? Ita neque Laur. Surius ad A. 1537. p. m. 304. ſq. in tempore ordinando rem acu tetigit: is enim de deliberationibus inter Heldum & Proteſtantes factis, quæ in vernum fere tempus anni 1537. inciderant, poſtquam egiſſet, illico adjicit ſequentia: Per id fere tempus etiam Rex

Digitized by Google

cta vero Anglorum ſententia illa ipſa eſt, quam recuſam leges in Bibl. Brem. T. V. p. 507. ſqq.

§. X. Ad eundem A. 1537. ipſumque hunc temporis articulum pertinet conſilium Pauli III. iteratum de emendatione quadam inter ſuos ſuſcipienda. (p) Imminebat interim magis ina-

Rex Angliæ ſcriptum edidit, quo ſe oſtendit non multum tribuere authoritati ſummi Pontificis, neque venturum, neque legatos miſſurum ad Concilium Pontificium: & alia pleraque ſatis acerbe in Pontificem. Male quoque hic connectit ſuam narrationis ſeriem Mich. Eyzingerus ad a. 1537. p. 516. ſqq. ſcribens: Als nun der Tag/ auf welchen das Concilium gen Mantua ausgeſchrieben/ herbey [in margine addit d. 23. Maji] lieſſe der König von Engelland/ in ſeinem und der Engelländiſchen Herrn Namen eine Schrifft ausgehen. Es wäre vom Pabſt/ welches doch in ſeiner Macht nicht ſtünde/ ein Concilium ausgeſchrieben etc. Totam hanc recenſionem Scripti Anglorum, quam Sleidanus dedit, ex verſione Comment. Sleid. germanica, editionis, quam Mich. Beuther, Argent. 1575. in fol. procuravit, p. 249. 250. ſub fin. Lib. XI. in ſuum hunc librum tranſtulit Eyzingerus, cujus & ultima verba ſunt, ſicut in Sleidani verſione: Wo iederman ſanft ein beſſer wüſte / wolte er ſie nicht verwerffen. Hinc rectius feciſſet, ſi & Sleidani connectendi modum ſervaſſet. Ceterum refer huc omnino, quæ ſupra in not. [a] ad §. I. fuſe hac ſuper denunciatione Anglica, dicta ſunt.

(p) Scriptum hac de re ab iis, qui a Pontifice adid delecti fuerunt, concinnatum, & de quo ſupra ſub fin. not. [l] diſſerui, a Sleidano ab exordio Lib.

Digitized by Google

magisque tempus, Calendæ scilicet Novembres, Concilio destinatum, etsi, ubi illud esset celebrandum, non magis fortasse ipse Pontifex, quam ceteri, qui eidem interesse debebant, sciret. Ut rectissime scripta videantur verba hæc in sententia Anglicana: (q) Quis unquam tam temerarius, audax, impudens, ut Reges ad Concilium vocet, neque certum aliquem locum, ubi consultent, illis significavit? Paulus vocat Reges ad Concilium. Quo? nusquam. Et post nonnulla in-

Lib. XII. jucunde recensetur. Conf. Sarpius Lib. I. pag. 91. 92. Pallav. Lib. IV. Cap. V. §. 3. sqq. cumprimis inspiciatur Seckend. Lib. III. §. LIX. p. 163. collata p. 170. qui & docet, ubi id integrum reperiatur. Idem in addit. p. 164. versionem, ait, hujus consilii germanicam, non solum cum præfatione, de qua dixi, sed & cum notis ad marginem satis aculeatis, Lutherus edidit, quæ in Bibliothecis extat, in Tomos tamen, nescio qua causa, relata non est. Idem, ni fallor scriptum, occurrere apud Petrum Crabbe T. III. p. 819. sqq. operis conciliorum; Ed. Brown in append. ad Fascic. rerum expetendarum fugiendarumque; & ad A. 1538. relatum, in Tomo XXXV. Edit. Regiæ Conciliorum, docet Cel. Fabricius Bibl. Græc. Vol. XI. p. 114. & 692. conf. Catal. Bibl. Thuanæ p. m. 100. princ. Extare quoque in collectione quadam Conringiana, docet Fabricius in Hist. Bibl. suæ P. IV. p. 197.

[q] vid. Bibl. Hist. Phil. Theol. Cl. V. p. 523. & p. 525.

Digitized by Google

interjecta. Vis omnes adesse ad Cal. Nov. nec, ubi tum tu futurus sis, etiamdum nosti. Hinc aliud quidem effugium Pontifici omnino videbatur relictum esse nullum, nisi ut emisso d. VIII. Octobr. 1537. alio edicto, Concilium ad Calendas usque Maias sequentis Anni 1538. secunda vice produceret, Vicentiamque urbem, ad Venetorum ditionem pertinentem, ut locum eidem idoneum denominaret. (r)

§. XI. Anno igitur M. D. XXXVIII. cum ad Calendas Maii, Vicentiæ Synodi expectaretur congregatio, paullo ante, die scil. VIII. April. 1538. alter Regis Anglorum, contra hoc ipsum, Vicentiam indictum, Concilium, in vulgus emanabat recusationis libellus

[r] Conf. Sleidan. Lib. XII. p. m. 329. (fol. 280. b. edit. Arg. 1555. 8.] Lud. Guicciardinus lib. cit. p. 80. lib. I. ad fin. a. 1537. Sarpius Lib. I. p. m. 92. Pallav. IV. cap. V. §. 2. p. m. 121. Seckend. Lib. III. sub fin. §. LVIII. p. 162. Bulla Paulli III. qua A. 1542. Concilium Tridenti celebrandum esse, significavit, p. m. §. 6. 7. in Phil. Chiffletii edit. Conc. Trid. Non possum, quin Mich. Eyzingeri verba transcribam p. m. 520. ad a. 1537. König Heinrich der VIII. in Engelland mit seinem Ausschreiben wider das Concilium, und mit andern/ die seiner Verbündnüß waren/ hat letzlich so viel gemacht/ daß unangesehen ein solches Concilium abermals ausgeschrieben worden/ jrer doch wenig darauf gekommen. Derhalben es dann der Pabst auf nechstkünfftigen May verschieben müssen/ und hat dann die Mahlstatt ernent zu Vincentz &c.

Digitized by Google

libellus (s) in quo, remissione facta mox ab initio, ad superiorem libellum, qui causas

(s) Ille scilicet ipse; quem in hac Bibliotheca recudi, operæ pretium esse, supra in fin. not. (a) innuere me memini, cujusque versionem germanicam ab Hortledero exhiberi, ibidem commemoravi. In transitu hic moneo, in hac subscriptione: *Datum zu London/ in unserm Pallast/ 6. Idus Aprilis, unsers Reichs im 39. Jahr/* quam nova operis *Hortled.* editio, [nescio an & prima] refert, num. 39. per num. 29. esse emendandam, cum constet, *Henricum* VIII. A. 1509. regno fuisse admotum, adeoque, cum hoc scriptum 1538. ederet, in 29. regiminis anno, constitutum. Addo & Sleidanum, loco non admodum commodo, sub Anno scil. 1539. hujus declarationis alterius recensionem instituisse. Enimvero cum Lib. XII. ad *A.* 1539. p. m. 344. (fol. 294. a. Edit. 1555. Arg. 8.) de Concilio Vicentino, quod Paulus III. tertia prorogatione ad usque Pascha Anni 1539. extraxerat, verba feciſſet, neque vero tunc etiam [intellige A. 1539.] ullos venisse, adeoque Pontificem, d. 10. Junii 1539. Concilium protius ad suum & Senatus Cardinalium arbitrium suspendisse, commemoravisset; continuo hæc verba subjicit: *Angliæ* Rex aliquot ante mensibus alterum evulgarat scriptum de *Synodo* Vicentina &c. Unde lectores vix satis cognoscere possunt, fueritne id jam A. 1538. an hoc demum, sub quo ejus mentionem facit Sleidanus, 1539. anno, emissum. Videtur is mihi versionem germanicam, à Justo Jona 1539. adornatam, [dein *Hortled.* Tomo I. Lib. I. Cap. XXXI. insertam] ad manus habuisse, &, quandoquidem annus, 1538. in subscriptione non additus legitur, etsi annus administrationis regiæ 29. ibi comparet, persuasus fuisse, illam

Digitized by Google

continebat, cur Mantuæ habendum ipsi displiceret Concilium; easdem nunc rationes con-

illam renunciationem anno demum 1539. lucem adspexisse. Favet huic conjecturæ id omnino, quod à die VIII. April. quo exaratum fuit scriptum, ad d. X. Jun. quo Paulus Concilium suspendit, & de quo paulo ante Sleidanus egerat, annus & duo menses integri elapsi erant, adeoque, siquidem credidit ea, uno eodemque anno 1539. gesta esse, omnino more alias quoque recepto, scribere potuit: *Angliæ* Rex aliquot ante mensibus, & reliqua. Illam ergo recensionem haud male quis retulerit ad A. 1538. Lib. XII. p. m. 332. (fol. 283. a. Edit. *Aug.* in 8. de A. 1555.) ubi de Cæsaris, Regis Galliæ, & Pontificis congressu Niceæ, locutus Sleidanus, paullo post tertiæ dilationis Concilii ad futuri anni 1539. pascha, celebrandi, de eoque editi diplomatis pontificii IV. Cal. *Jul.* 1538. mentionem injicit. Credoque, ipsum Sleidanum huc eam referre voluisse, cum à die IV. Cal. Jul. ad d. VIII. April. quo scripta erat declaratio Anglorum altera, aliquot retro menses possint utique numerari. Ipse quoque Paulus Sarpius accurationem majorem in tempore hoc designando potuisset servari. Is enim Lib. I. p. 92. de diplomate sermonem instituens, quo Paulus III. Concilium ad Cal. Maji 1538. Vicentiam protraxit, mox addit: Diplomate hoc evulgato, Angliæ Rex contra illud alterum emittit scriptum VIII. April. ejusdem anni &c. At vero id diploma d. VIII. Octobr. A. 1537. scriptum vero Angliæ Regis d. VIII. Aprilis, 1538. fuit evulgatum. Excusari tamen vel sic potest Sarpius, si verbis: ejusdem anni, non ad annum 1537. quo diploma promulgatum erat, sed ad annum *MD.* XXXVIII. in quem Concilium rejectum fuerat, utpote

Digitized by Google

confirmat, negatque, se Vicentiam magis, quam Mantuam, locum Concilio aptum, agnoscere posse. Neque vero hæc remoram videbantur conventus celebrationi injectura. Ipse potius Paulus III. statuto tempore, tres legatos Concilii initium facturos, Vicentiam miserat, eodemque fere tempore Nicæam, quod est Liguriæ oppidum, quo & Cæsar & Galliæ Rex pervenêre (*) se contulit, congressui

pote qui numerus dicta verba modico intervallo præcedit, respexisse dicatur, Alias prolixior est Sleidano in hac declaratione Anglorum posteriori recensenda, quam ipsi inspicere licuit, cum priorem recensionem ex Sleidano hausisse, haud vana sit suspicio. Id unum addo, me non magis felicem fuisse in deprehendendo loco, quo Seckendorfius hujus alterius fortassis meminit Anglorum deductionis, ac me fuisse questus sum not. [a] in prioris scripti sede apud Illustrem hunc historiæ Lutheranismi scriptorem investiganda; neque ad A. 1537. nec 1538. nec alibi. Posteriorem vero declarationem A. 1538. evulgatam esse, vel inde quoque probatum datur, quod Sarpius Lib. I. p. 93. scribit, fulminis a Pontifice in Henricum VIII. die XVII. Decemb. 1538. emissi [vid. p. 95. ibid.] causam tribui scriptis ab Rege contra Concilium Mantuæ & Vicentiæ indictum, publicatis. Conf. Seckend. Lib. III. §. LXXIII. p. 224. num. (9)

[*] Mentio quoque fit hujus congressus, Lib. VIII. des Memoires de Mess. Martin du Bellay, fol. m. 272. edit. Paris. 1572. in fol. ad a. 1538. Sed non meminit Bellajus petiti Pontificis, quo Principes hosce de mittendis ad Concilium Præsulibus, solicita-

Digitized by Google

sui colloquioque cum illis de pace habendo, interfuturus. Ab his Pontifex Nicææ contenderat. (utor verbis Sleidani (t) ut fa-

ctavit. Ceterum ad tempus quod attinet, cum ipse Bellajus hunc congressum ad A. MDXXXVIII. referat, utpote qui numerus singulis columnis supernè est impositus, quoad scilicet gesta hujus anni; nescio quomodo hæc verba cum modo dictis conciliem: Les deux Princes, inquit, s'y condescendirent, & le jour prins de s'y trouver au commencement de Juin qu'on comptoit mille cinq cens trente-sept, le Pape s'y trouva dudit jour, aussi feirent leur deux Majestez: & en ceste assemblee la saincteté du Pape travailla merveilleusement, & reliqua. In margine extant hæc verba: Entrevuë du Pape, Empereur & Roy à Nice. Fortassis hisce expediendis subsidii quippiam subministrant ea, quæ Petrus Baylius in Diction. edit. recentiss. de anno emortuali, ætatisque anno Jo. Fernelii, Medici olim Galli, celebratissimi nominis, in prolixa nota, attulit, ubi scilicet & alibi quoque per diversam computandi annos rationem, multas difficultates chronologicas tolli posse, innuitur. Sed an ea hic locum queat habere, est, quod dubitem, maloque statuere, Bellajum memoriæ lapsum admisisse.

(t) Comment. Lib. XII. p. m. 332. (fol. 283. a edit. Arg. 1555. 8.) His verbis Sleidani non pœnitebit adjunxisse alia, etsi paulo prolixiora, quibus ipse Pontifex Paullus III. in Bulla, qua A. 1542. VIII. Kal. Jun. Concilium ad Cal. Nov. hujus anni 1542. Tridentum indixit, usus est: In illo congressu, inquit, colloquioque nostro, quod Nicææ habitum est, apud Principes institimus, ut & ipsi venirent ad Concilium, & Prælatos suos præsentes ducerent, ab-

Digitized by Google

da jam pace, Vicentiam ipsi venirent ad Concilium, & quos haberent in suo comitatu Proceres Ecclesiasticos, eo mitterent, absentes etiam evocarent: cum autem illi de utroque sese excusassent, & qui Vicentiam erant ab eo missi Cardinales Legati, nunciarent, magnam ibi esse solitudinem, concilii diem rursus ad pascha producit anni sequentis, divulgatis ea de re literis, quarto Calend. Julii, (u) quum esset Genuæ, domum rediturus.

absentesque accerserent. Qui cum de utroque se excusassent; (placuit Sleidano hæc ipsa verba retinere) quod & ipsis redire in regna sua tum necesse esset, & Prælatos, quos secum habuissent, itinere atque impendiis fessos, atque exhaustos, recreari, & refici oporteret; nos hortati sunt, ut aliam quoque prorogationem temporis habendi concilii decerneremus. Qua in re concedenda cum essemus aliquantum difficiles, literas interim a legatis nostris, qui Vincentiæ erant, accepimus, transacto jam, & longius præterito Concilii ineundi die, unum vix aut alterum ex externis nationibus Prælatum, Vincentiam se contulisse. Quo nuntio accepto, cum videremus, eo tempore nulla jam ratione haberi concilium posse, ipsis Principibus concessimus: ut differretur tempus agendi concilii usque ad sanctum Pascha, diemque festum futuræ Dominicæ resurrectionis. Cujus nostri præcepti expectationisque decretæ literæ, Genuæ, anno incarnationis Domini, M. D. XXXVIII. IV. Kalend. Jul. factæ publicatæque sunt; & reliqua.

(u) Fallitur ergo Sarpius, quas literas has d. XXVIII. Ju-

Digitized by Google

§. 12. Ita vero & hujus concilii, Cal. Maji, 1538. inchoandi Vicentiæ, spes omnis evanuit, coactusque fuit Pontifex, uti dictum, illud tertia dilatione, ad pascha usque futuri Anni M. D. XXXIX. extrahere. (x) De loco & sede congregationis habendæ expresse nihil definiunt scriptores; Sarpius

Julii scriptas esse, affirmat. Enimvero dies quartus Calend. Jul. nobis dies Junii XXVIII. audit. Hac autem die, Genuæ, literas Pontificis, protrahendo concilio destinatas, exaratas fuisse, patet ex allatis Bullæ verbis in not. (t) quam Sleidanus secutus videtur. Pallavicinus Lib. IV. Cap. VI. §. 7. p. m. 125. in marg. idem ex Actis Consistor. probat. Memini, me jam supra in not. [k] similem Sarpii errorem notare.

(x) Cum alias fere semper ad procrastinanda concilia haud invitus accessisse videatur Pontifex; tum hanc dilationem animo non lubente, suscepisse, præ se tulit. Saltem hac vice non prorsus vanas hujus rei causas videtur habuisse, quæ ipsum a simulationis nota quadantenus absolvunt. Certe cum Maimburgius in Hist. Luth. Lib. III. sect. 17. scripsisset, bonum hunc Pontificem, cum dolore videntem, neminem in concilio (Vicentinum intelligit) compariturum, quanquam plus una vice id prorogasset, coactum tandem fuisse, illud in commodius tempus differre; hæc, inquam; cum ille scripsisset, ipse Ill. Seckend. §. LXII. p. 171. huc non nullius momenti, addit verba: Quæ autem fuerit, ait, vera concilii protrahendi causa, & an bonus ille senex, ut Maimburgius loquitur, dolens prorogationem fecerit, nolo hic disceptare, & speciem habent, quæ Pallavicinus d. l. (sc. Lib.

Digitized by Google

pius modo ait, Legatos Romam revocatos, concilioque diem adusque pascha sequentis anni rursus esse productum; Pallavicinus, rursus a Pontifice Synodum Romæ prorogatam usque ad futurum pascha, ambigue scribit; Sleidanus & Seckend. loc. cit. loci mentionem injiciunt nullam. Licet itaque ex eorum duntaxat brevi narratione, suspicari, prorogationem concilii de tempore tantum intelligendam esse, loci autem mutationem intendisse nullam. Quin in Bulla Pontif. de concil. Trident. indicto ad d. Cal. Nov. 1542. conceptis verbis scriptum legitur; ne ad dictum quidem resurrectionis festum alios Prælatos Vincentiam convenisse. Ceterum notari hic merentur Pallavicini (y) verba; Edixit etiam, inquit, (de Pontifice

N 4 lo-

Lib. IV. c. VI.) §. 9. ad excusandam concilii dilationem commentatus est. Hæc ille, cui & ego prorsus adstipulor. Confidentius paulum quasi de pristino Pontificis proposito scribit Sarpius, quando Lib. I. p. m. 93. de Cæsaris & Galliæ Regis excusatione, locutus, facile vero, addit, Pontifici fuisse satisfactum, non stultum laboranti, in quam partem, affirmativam, an negativam, propenderent. Ad quæ vide, quid Pallav. §. 8. respondeat.

(y) Lib. IV. Cap. VI. §. 7. p. m. 125. 126. Sed, ut alibi passim, ita & in hoc §. fastidium fere parit lectori nimis ingrata interpretis translatio, hic sane auribus, cultiori dicendi adsuetis generi, vix ac ne vix quidem toleranda.

Digitized by Google

loquens) non idcirco putandum, prius diploma, Placentiæ editum, per ea abrogari, quibus significabatur, tametsi ejus inchoatio usque ad pascha traheretur, non ideo ipso paschatis die ut inchoatum censendum, absque nova denuntiatione Pontificis, quandoquidem fieri poterat, ut ex variis rerum eventis, ne tum quidem è Republica foret ejus inchoatio. Hactenus ille. Et revera vatem fuisse Paulum III. sequentia ostendunt.

§. 13. Verum enim vero non magis hic annus M. D. XXXIX. quam bini præcedentes, celebrationi concilii videbatur destinatus; jamque instabat resurrectionis festum, cum nemo de adeunda Vicentia cogitaret; præterierat paschalis dies, cum ob frustra expectatum convocatorum Præsulum: aliorumq;, quorum concilio interesse referret, adventum, spes quoq; synodi omnis dissiparetur. Quare non jam amplius de protractione, sed suspensione Concilii, cogitandum sibi esse, Pontifex ratus, editis ejusdem anni (1539.) d. X. Junii (z) literis, ad suum & sedis Apostolicæ beneplacitum, suspendit.

At-

(z) Lud. Guicciardinus Lib. I. p. 86. scribit: Eisdem pene diebus (rectius; haud multo post, scripsisset, nam, in proxime antecedentibus rem quandam Majo mense gestam, enarrat) Pontifex, qui Synodum exacto biennio (at vero nondum bien-

ni-

Digitized by Google

Atque hæc quidem hactenus de concilio, quod Mantuæ primo habendum, dein quoque Vicentiam indictum, & variis prorogationibus de anno in annum extractum erat, strictim dixisse sufficiat; neque malam nos ab æquis & cordatis lectoribus iniisse gratiam, opinamur, quod, quæ alii, præclare quidem

nium, ab indictione d. VIII. Oct. 1537. facta, ad d. X. Jun. 1539. elapsum erat) Vicentiæ indixerat, illoque pro se tres (quos nominavimus) legatos miserat; quia paucissimi omnino transalpinorum populorum comparerent, sæpe tardatum & procrastinatum concilium Universale, pro re nata, remisit, & alio, dum sibi, & Purpp. PP. opportunioris temporis daretur optio, reservatum, prorogavit ac suspendit. Paulus Sarpius Lib. I. p. 98. diploma pro hac suspensione d. XIII. Junii factum esse, perhibet. Pallavicinus lib. IV. Cap. IX. §. 8. p. m. 133. in marg. d. 31. Maji (secundum Acta consistor.) datum diploma, affirmat. Sleidan. Comment. Lib. XII. p. m. 344. (fol. 294. a. edit. 1555. Arg. 8.) X. die Junii literas ait evulgatas esse, cui suffragantur verba Bullæ, qua Paulus III. concilium A. 1542. in urbe Tridento, cogendum esse, significavit, quæ adscribere integra juvabit: Cum cerneremus, inquit Pontifex, ne ad dictum quidem resurrectionis festum, alios Prælatos Vincentiam convenisse; prorogationis nomen jam fugientes, quod tam sæpe frustra fuerat repetitum, celebrationem generalis concilii ad nostrum & sedis apostolicæ beneplacitum, suspendere maluimus: itaque fecimus, & de suspensione hujusmodi literas ad singulos supra dictorum Principum, decima die Junii, M. D. XXXIX. dedimus, sicut ex illis perspicue potest intelligi.

Digitized by Google

dem illi, sed ob interrumpendam sæpius narrationis seriem, minus cohærenti oratione, de hoc ipso argumento commentati sunt, succincte complecti, & fontibus, non quidem omnibus, sed præcipuis, indicatis, lectorum notitiæ ampliori, succurrere, exigua hac opella nostra voluimus. Qui experientia didicit, hæc quoque scripta historici argumenti, & accurationem & laborem solertiamque posse & debere sibi vindicare, is hujus etiam schediasmatis auctori, quantumvis ignoto, minime spero succensebit.

Quæ postea gesta sunt in hoc negotio, quomodo concilium ab eodem Pontifice Paulo III. Tridentum, indictum (*) ibique

A,

(*) Bullam Pontificis d. 24. Maji, 1542. emissam esse, affirmat Maimburgius in Histor. Luther. Lib. III. Sect. 25. p. 382. Scriptam vero eam esse d. XXII. Maji, ex Sarpio & Pallav. recte constat. En ipsam diplomatis subscriptionem, ex editione Conc. Trid. Chiffletiana, cui id præmissum est: Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ, M. D. XLII. XI. Calend. Jun. Pontificatus nostri anno VIII. Generatim illud mense Majo promulgatum esse, ait Ven. Schmidius loc. cit. Quando autem Gentiletus, Pontificem bullam mense junio promulgandam curasse; & ante eum, Sleidanus, Pontificem Calendis Junii Concilium indixisse, narrant, adjungo illis hæc Pallavicini verba, in fine Lib. IV. Tandem 22. Maji, statutum diploma atque signatum, promulgatum vero solen-

ni

A. 1542. Cal. Nov. inchoatum sit, & quæ deinceps sint insecuta, eorum, præter fusiores Sarpii, Pallavicini, aliorumque plurium narrationes, compendiosam notitiam historicam exhibet Innoc. Gentiletus in Exam. Can. ac Decret. Conc. Trid. & Ven. Abbas Mariæ-Vallensis, Jo. Andr. Schmidius, in Contin. Introd. Sagitt. ad Hist. Eccles. p. 1432. seqq. (qui & Schrammianam, ut supra commemoravi, de hac re notitiam uberiorem expectare nos jubet.) Hujus potissimum brevi delineationi an nostra hæc qualiscunque opella, multis licet passibus, illa inferior, adjungi, seu præmitti mereatur, nostrum non erit, sed aliorum judicium. Fe-

ni Principis Apostolorum die, cujus supremum Principatum Lutherani oppugnabant. Ceterum bullæ hujus (quæ præter cetera, narrationem quoque continet de indictione Concilii Mantuam ac Vicentiam facta, variisque ejus prorogationibus & suspensione) luculentam recensionem dabit Sarpius Lib. I. p. 109. sqq. Brevissimis ejus contenta exhibet Sleidanus L. XIV. p. m. 407. 408. (fol. 347. b. 348. a. edit. in 8. Argent. de A. 1555.) Gentiletus Lib. II. §. 2. p. m. 29. Seckend. Lib. III. §. XCIV. p. 385. n. (d) qui & eam integram reperiri scribit apud Raynaldum (n. 13.) Germanicam versionem in Bibliotheca Guelphica servari, docet Schmidius in contin. Introd. Sag. M. p. 1442. Phil. Chiffletius in sua concilii Trident. editione, quæ mihi ad manus est, Colon. Agripp. 1647. 12. impressa (aliam enim ejusdem, ibidem 1644. 12. procusam, à Cel. Fa-

Digitized by Google

Fecimus, quod licuit: compendii enim hic ratio erat utique habenda.

Fabricio Bibl. Gr. Vol. XI. p. 695. adduci, quæ nitida & multis aliis præferenda ipsi audit, supra annotavi,) dictum diploma, uti & alias sequentium Pontificum Bullas, integrum extare voluit, scribitque in dedicatione, hanc Pauli III. Bullam in multis editionibus Conc. Trid. desiderari, haud se libenter sustinere. Exarata est hæc Dedicatio Bruxellis, XVIII. Cal. Sept. MDCXXXIX. (ut appareat, nam numerus ultimus X. in mea editione nonnihil est obliteratus) in eaque ad Balthas. Moretum directa, scribit, optandum esse, quoniam sat multæ haberentur editiones declarationum, & remissionum, puros Canones & nuda Concilii Decreta, ad Romanum exemplar recensita, seorsim *Regio ipsius Chalcographio* excudi, ac minori quidem ceteris forma, ut facile & sine molestia circumferri possent, &c. quam notitiam addi velim ad Ven. Schmidii contin. Introd. ad Hist. Eccles. Casp. Sagittarii τὰ μακαρίτα, pag. 1444. sqq. & Cel. Joh. Alb. Fabricii Bibl. Græc. Vol. XI. p. 694. sqq.

QUAESTIO.

Quomodo Jos. XIX: 35. de terra tribus Naphthaliticae dici potest, eam attingere Judam ad Jordanem ad orientem, quum tamen constet inter Judae & Naphthali portionem interjectas fuisse trium tribuum regiones, sc. Ephraim, Benjaminis, & Manasse?

Digitized by Google

BIBLIOTHECA

Historico-Philologico-

THEOLOGICA.

Classis *Octavae*

FASCICULUS SECUNDUS.

BREMAE,

Sumptibus JOHANNIS ANDREÆ GRIMMII,

Typis HERMANNI BRAUERI, MDCCXXV.

Digitized by Google

VIRO

Magnifico, venerabili & amplissimo

NICOLAO KüRSNERO,

Serenissimi Principis & Hassiae Landgravii

CAROLI I.

a consiliis sacris, a concionibus aulicis, & Superintendenti generali gravissimo,

& ubique praeclare merito,

Viro prudentia, doctrina & in Deum pietate maxime conspicuo,

Digitized by Google

Quartum hunc & *quadrageſimum*

HVJVS

BIBLIOTHECAE FASCICVLVM

Transmittit, eumq; ſui in cum cultus ac obſervantiae pignus ac obſidem,

Cum intemeratae ac perpetuae felicitatis ardentibus votis

ESSE CUPIT

EDITOR.

Digitized by Google

Hoc

Hoc fasce sistuntur tibi, B. L. sequentia

I. Jura & libertates Dissidentium in regno POLONIAE & M. D. LITHUANIAE p. 205.

II. Conspectus ecclesiarum *Reformatarum*, quæ sunt in regno POLONIÆ & magno Ducatu LITHUANIÆ p. 275.

III. A. M. GORINGII ad locum Rom. VI: 7. observatio p. 279.

IV. *Caroli* KESSLERI diatribe, qua nova verborum HAGG. II: 9. versio exhibetur p. 292.

V. H. T. F. T. Conjectura de שעירים ad illustranda loca ES. XIII: 21. & XXXIV: 14. p. 305.

VI. J. C. HARENBERGII Commentatio de *Oratione* per *spiritum & Veritatem* ad Joh. IV: 23. 24. p. 331.

VII. Isebrandi Eilhardi HARKENROTHII periculum criticum, quo AEBHAΩN HESYCHII, aliaque ejus loca explicantur p. 339.

VIII. D. *Duchat* de aetate G. POSTELLI observatio p. 358.

Digitized by Google

I.

בגבורת השמים.

JURA (a)
Et
LIBERTATES
Dissidentium
In
Religione Christiana,
In
Regno Poloniæ, & M. D. Lithuaniæ,
Ex Legibus Regni
& aliis Monumentis authenticis,
excerpta.

§. 1.

REnascente in Orbe Christiano, *S. Evangelii* Luce, statim in diversis etiam locis Regni Poloniæ hæc reformata propullulabat Doctrina, & quidem eo cum successu, ut non tan-

(a) Scriptum hoc in comitiis regni a. 1718. Regi & pro-

Digitized by Google

tum ex Ordine Equestri plurimi, sed & ex Senatorio non pauci in Bonis & Ditione quisque sua, per Ministros rite vocatos Sacra secundum Evangelium reformata, liberrime exercuerint.

§. 2. Utque Doctrina sua clarius omnibus innotesceret, anno 1564. in Comitiis Warsawiensibus Evangelici Reformati CONFESSIONEM suam typis exscriptam SIGISMUNDO AUGUSTO obtulerunt, qui & Confessionem approbavit, (b) & omnes ei subscribentes in Regiam Protectionem suscepit,

proceribus Poloniae oblatum fuit una cum libello supplice; quem in hac Bibliotheca Cl. III. Fasc. IV. art. 4. legendum exhibui. Mentio hujus scripti ibidem p. 682. facta est. Confido communicationem illius benevolo lectori acceptam fore, &, quod historiam Protestantium illius regni exhibet in compendio, &, quod longe rarissimum est, cum praeter exempla in ipsis comitiis inter Magnates distributa pauciissima impressa sint. Fieri id pariter opportune puto, cum ferales nuntii, qui his diebus immane istud ac barbarum, Thorunii editum a Sarmatis facinus nobis adtulerunt, omnium animos impleverit cupiditate accuratius, quis Dissidentium, ut vocant, in illo regno sit status, quae jura, cognoscendi. Certe quisquis hunc libellum legere attento animo voluerit, & contra publicas regni leges ac constitutiones cum miseris illis hominibus actum, &, vi earundem, iis erepta, restituenda esse, deprehendet. T. d. H.

(b) Vid. Regenvolsc. Hist. Slav. p. 63. item Joh. Lætus Hist. Univers. Edit. Lugd. p. 571. Lipsi. p. 390.

Digitized by Google

pit, *Petricoviæ*, anno 1564. die 31. Octobris; respiciens haud dubie ad *Pacem Religionis* paulo ante in Imperio, *Transactione Passavienſi* inter Romano-Catholicos & Auguſtanæ Confeſſioni addictos Status Imperii initam, & poſtea in Comitiis Auguſtanis, an. 1555. Decreto *Ferdinandi Imp.* promulgatam.

§. 3. Inde per ſexennium *Synodis* paſſim libere habitis, tandem an. 1570. *Synodum Generalem* ſeu *Nationalem*, *Sendomiriæ*, celebrarunt, in eaque CONSENSUM MUTUUM, inter Auguſtanos & Reformatos ſtabiliverunt, cum Approbatione & Subſcriptione plurimorum tam ex Senatu (c) quam Equeſtri Ordine, Evangelicam Doctrinam profeſſorum: ut hoc Acta Synodi typis exſcripta & per Europam vulgata abunde teſtantur. Ibidem etiam *Confeſſionem* conſcripſerunt, tam *Auguſtanæ* quam *Suæ* ante ſexennium exhibitæ conformem, eamque Sigismundo Auguſto Regi, primum ſcripto obtulerunt, poſtea Impreſſam dedicaverunt, ab Ipſo clementiſſime ſuſceptam. Atque hoc pacto per univerſum Poloniæ Regnum Religio Evangelica liberrime effloruit, altasque quaquaverſum radices egit, cum (teſte *Piaſecio* (d) *non ſolum Rex ipſe huic Religio-*

(c) Inter quos *Palatinus Cracovienſis*, *Palatinus Sendomirienſis*, *Palatinus Poſnanienſis*, *Palatinus Ruſſiæ*, *Caſtellanus Gneſnenſis*, &c.

(d) Epiſcop. Premiſl. in Chronico Polon. edit. Cracov.

Digitized by Google

ligioni *faveret*, *sed & Senatus Regni majore parte ex Evangelicis constaret*, *& ipsi Ecclesiastici Senatores mutare inciperent.* Unde in Civitatibus etiam Regiis, Ecclesiarum, Scholarum & Cœmiteriorum Libertate Evangelici passim gaudebant, Privilegiis Regiis muniti; quorum *duo* speciminis loco exhibere, ab hoc loco non fuerit alienum:

Priore Evangelicis *Cracovienſibus* Hortus Urbi adjacens in Usum *Cœmiterii* conceditur, tenore sequenti:

SIGISMUNDUS AUGUSTUS, D. G. Rex Poloniæ, &c. &c.

Significamus præsentibus Literis nostris Universis & singulis quorum interest, Quod Nos precibus nonnullorum Consiliariorum Nostrorum inclinati, pro Christianis hominibus profitentibus Dogmata & Institutiones Venerandi olim Patris, Johannis Calvini, *Cracoviæ & extra muros Crocoviæ ubi libet degentibus, de Benignitate*

cov. p. p. p. 48. 49. Edit. Amstel. p. 41. Sic *Stanisl. Lubienski* Episc. Plocensis ex ore Matthiæ Pstrokonii, Episcopi Premyslienſis refert, *circa an. 1560. ita Religionem illam invaluisse, ut Senatus quidem major Pars ex Evangelicis constaret, iidem inter Equestrem Ordinem non quidem numero, sed ad quasvis Functiones obeundas dexteritate eminerent, primasque & in privatis & publicis Consiliis ac Conventibus sibi Partes vendicarent.* Monita Domest. Edit. Cracov. 1635. 410. p. 26. 37.

Digitized by Google

tate Noſtra Regia, Hortum antiquitus Seifridowski dictum, Clepardiæ, extra mœnia Civitatis Cracoviæ, ultra Portam Divi Nicolai, inter vias publicas verſus Proſovium tendentes, prope Gymnaſium Sagittariorum, alias Strzelnica ſitum, pro humandis ſeu ſepeliendis mortuorum hominum corporibus prædictæ Inſtitutionis ſeu Religionis Chriſtianæ, & ad Cœmiterium ipſorum, tanquam Locum Publicum & Sacrum, muro poſito circumducendi atque ornandi, conſentimus, prædictum hortum ab omnibus & ſingulis oneribus, tàm Noſtris quam Civilibus, quam etiam Contributionum Publicarum libertandum & eximendum, prout libertamus & eximimus præſentibus, perpetuis temporibus, more & conſuetudine aliorum Cœmiteriorum antiquitus in Regno Noſtro erectorum & ſitorum, harum teſtimonio Literarum, quas manu noſtra propria ſubſcripſimus, & ſigillo noſtro obſignari juſſimus. Datum Lublini in Conventu Regni Generali, 8. Aug. an. Dom. 1569. Regni vero Noſtri 40.

SIGISMUNDUS AUGUSTUS Rex mp. Poſteriore Privilegio, iisdem Evangelicis Cracovienſibus, Domus BROG dicta, in ipſa Urbe Cracowia in uſum *Templi & Scholæ* conceditur. 2. Maj. 1572.

SIGISMUNDUS AUGUSTUS &c. ut ſupra.

„Significamus præſentibus Noſtris Literis, „quorum intereſt, univerſis & ſingulis. „Quia Nos conſiderantes, quæ & quanta

Digitized by Google „mala

„mala, maxima & florentissima Christiani „Nominis Regna & Dominia hisce annis ex„perta sunt, dum eorum Reges & Principes „Opiniones, quæ hoc tempore diversæ de „Religione exortæ sunt, opprimere conan„tur. Ideo his tantis totius Christianæ Reip. „periculis, quæ cum aliis Regnis, tum huic „nostro potissimum, propter vicinitatem „cum Barbaris communibus Christianorum „hostibus, imminent; Officii Nostri exi„stimamus esse, quieti & tranquillitati Re„gni Nostri consulere, & ne ob has Con„troversias de Religione, inflammatis Par„tium studiis occasio aliqua intestinis discor„diis, quod Deus avertat, detur, provide„re; cum præsertim, quod Rigor hac in „parte non modo inutilis, sed etiam perni„ciosus sit, aliorum Regnorum exemplis, in „quibus cum illorum prope interitu tantum „Christiani Sanguinis frustra effusum sit, edo„cti simus, ac prorsus cernamus, à Deo ipso „propter probandam Fidelium Constantiam „hac ultima ætate mundi tantas de ejus cultu „dissensiones permissas esse, ut nullo con„silio humano tolli possint: sed Deus tan„tum assiduis votis orandus sit, ut Ecclesiæ „suæ periclitanti misereatur, & omnes er„rantes ad Unicum verumque suum Ovile „ipse reducat. Quamobrem in hoc Con„ventu Generali Regni Warsaviæ, cum à „Consiliariis Nostris infra scriptis cæterisque

„co-

Digitized by Google

„eorum Religionis, oblata esset Confessio „Fidei ipsorum Sendomiriæ ab ipsis hoc an„no ipso 1570. publicata, iisque urgenti„bus, inter Statum Spiritualem & Secula„rem communis quietis causa, Concordia „tractari cœpta esset, nec tamen ea ullo „modo coire posset, ita ut eam ad alterum „Regni Conventum differri oporteret, Sub„diti Nostri Confessionis Christianæ, per „eosdem præfatos infra scriptos Consiliarios „Nostros, summa cum instantia supplica„runt Nobis, ut illorum, qui ejus Confes„sionis essent & Communitatis, in Civitate „Nostra Cracovienſi Ædes manu conjuncta „emere pecunia ipsorum, ac in iis Cœtus „habere, docere, cœteraque eorum Re„ligionis Exercitia tuto, ac Scholastica Stu„dia libere obire liceret. Nos pro evitan„do majori ac graviori Regni Nostri incom„modo, Consensum Nostrum Regium ad „dictam Domum emendam, & emptam „possidendam, habendam, utendam, fre„quentandam; ac in quosvis usus manu „conjuncta, prout melius illis & commo„dius videbitur, convertendum, præben„dum, ac dandum iisdem duximus, damus„que ac præbemus Literis hisce Nostris per„mittentes eis Liberum Exercitium Religio„nis eorum, in dicta Domo, Impedimento „ac contradictione cujusquam non obstante; „ac eosdem universos & singulos eorum

Digitized by Google

„ſub Protectionem ac Salvum Conductum
„Noſtrum Regium à vi & potentia quarumvis
„Perſonarum cujuscunq; Status, Conditionis
„& Præeminentiæ forent, recipientes, & à
„Jurisdictione quorumvis Officialium ac
„Tribunalium Spiritualium ac Secularium
„Regni Noſtri eximentes, ita, ut occaſione
„hujus Doctrinæ & Exercitii ipſorum Reli-
„gionis, in jure nullò vocari ac citari poſ-
„ſint, nec vocati ac citati reſpondere
„teneantur, aut propterea ulla pœna à Ju-
„dicibus ac Officialibus Spiritualibus & Se-
„cularibus, aut à quibusvis aliis hominibus
„injuria, contumelia quavis afficiantur, ſub
„Pœnis in Violatores Literarum Salvi Con-
„ductus Noſtri, Legibus & Statutis Regni
„ſancitis & promulgatis. Mandantes Pro-
„Conſuli, Conſulibus, Advocato, Scabinis
Civitatis Noſtræ Cracovienſis p. t. exiſten-
„tibus, ut Recognitionem Venditionis, Do-
„nationis, aut Reſignationis ac traditionis,
poſſeſſionis, emtionisque, acceptationis &
„alia quæ in re vel Conſuetudinibus perti-
„nebunt, Actorum libros ad ea inſerenda
„& Officiales Miniſtros dictæ Civitatis ne
„denegent, ſub pœna decem millium Au-
„reorum Ungaricorum, quorum pars una
„media fiſco Noſtro, altera Parti cedat. De-
„nuntiamus præterea hoc Omnibus ac Uni-
„verſis, quorum intereſt, nominatim vero
„Dignitariis, Officialibus Palatinatus Cra-

„co-

Digitized by Google

„covienſis, cæteriſque ſupra nominatis, Epi-
„ſcopo, Caſtellano, Palatino, Capitaneo,
„Magno Procuratori Arcis Cracovienſis, Ju-
„dici, Sub-Judici ac Cœteris omnibus, Pro-
„Conſuli, Conſulibus, Advocatis, Scabi-
„nis, totique Communitati Terræ vel Ci-
„vitatis Cracovienſis: Mandantes Omnibus,
„Univerſis & Singulis, ut præfatos Subditos
„Noſtros dictæ Confeſſionis, juxta haſce
„Literas Noſtras cum earum omnibus ac
„ſingulis Conditionibus, Articulis, Punctis,
„conſervent & conſervari curent. Inſuper
„ratione damnorum, injuriarum, vio-
„lentiarum prædictæ Domus (cum jam poſ-
„ſeſſionis dictæ Communitatis erunt) de o-
„mnibus ac ſingulis, cujuscunque Status ac
„Conditions hominibus promptam ac ſuffi-
„cientem Juſtitiam, quorum interierit, ei-
„dem Communitati, prout aliis Subditis No-
„ſtris, adminiſtrent. Quas quidem Literas
„Noſtras ac Concluſionem Concordiæ inter
„Status, Spiritualem & Secularem, in Co-
„mitiis proxime ſequentibus, & ſi tum coiri
„non poterit, quovis præterea futuro tem-
„pore faciendam robur obtinere volumus.
„In cujus rei fidem Literis hiſce Sigillum
„Noſtrum appendi juſſimus. Datum Var-
„ſaviæ in Conventione Regni, præſentibus
„ac ſupplicantibus Conſiliariis Noſtris &c.
„Die 2. Maji, Anno Domini Milleſimo ſeptua-
gesimo

Digitized by Google

„gesimo, secundo. Regni vero Nostri Qua-
„dragesimo Tertio.

Valentinus Dembinski, Reip. Cancellarius.

Utrumque hoc Privilegium confirmavit *STEPHANUS Rex.*

§. 4. Post obitum Sigismundi Augusti, facta est CONFOEDERATIO GENERALIS OMNIUM ORDINUM REGNI, Warsawiæ an. 1573. in Januario. In hac quàm solicite Libertatibus Civium non in Secularibus tantum, sed & in Spiritualibus cautum fuerit, ostendunt verba in Volumine *Constit. Regni*, pag. 208. 209. 210.

„Nos Senatores Regni, Spirituales & Se-
„culares, nec non universus Ordo Eque-
„stris, & reliqui Status unius & indivisæ Rei-
„publicæ Polonicæ &c. . . Notum facimus
„universis & singulis, ad perpetuam rei me-
„moriam. Quod, tempore hoc periculoso,
„sine Rege & Domino existentes, in Con-
„ventu isto Warsavienſi, omnes diligen-
„tem in id curam impenderimus, qua ra-
„tione, exemplo Prædecessorum Nostro-
„rum, Pacem internam, Justitiam, Ordi-
„nem, Defensionemque Reipublicæ procu-
„raremus, & conservaremus. Eapropter
„constanti & unanimi Consensu, sancta-
„que fide, universi Nobis invicem spon-
„de-

Digitized by Google

„demus; nomine totius Reipublicæ promit-
„timus, & sub Fide, Honore, & Consci-
„entiis nosmet ad sequentia adstringimus
„ . . . in Regem non consentiendum pri-
„us; quam Jura nostra omnia post Electio-
„nem illi offerenda, jure jurando confirma-
„verit . . . imprimis vero jure jurando re-
„cipiat, Pacem Universalem, inter DISSI-
„DENTES in Religione conservare & tueri.
„ . . . Quandoquidem autem in hac Re-
„publica non parvum reperitur Dissidium in
„causa Religionis Christianæ; occurrendo
„ne ea de causa inter Incolas pernicioſa ali-
„qua Seditio oriatur, cujus exempla in aliis
„Regnis luculenter videmus, spondemus
„omnes pro Nobis & Successoribus Nostris
„in perpetuum, sub Vinculo Juramenti, Fi-
„de, Honore & Conscientiis Nostris, ut qui
„sumus Dissidentes de Religione, Pacem
„inter nos conservare, & propter diversam
„fidem, & ritum in Ecclesiis, sanguinem
„non effundere, neq; pœnas imponere, Con-
„fiscationis bonorum, Infamiæ, Carceris,
„Exilii; & alicui Superioritati & Officio, ad
„ejusmodi Processum nullo modo auxi-
„lium dare: Quin imo si aliquis illum effun-
„dere voluerit, ex ista causa, opponere se
„omnes tenebimur: Quamvis etiam sub
„prætextu Decreti, vel Processus judiciarii
„aliquis hoc voluerit facere. . . . . Omnia
„hæc promittimus invicem, & nomine Po-
„ste

Digitized by Google

„sterorum nostrorum constanter observan-
„da, sub Fide, Honore, & Conscientiis
„nostris. Si vero quis hisce contrariari, &
„Pacem Ordinemque publicum turbare
„voluerit, contra eum omnes consurgemus
„in ejus Destructionem. Actum Varsaviæ
„in Conventu Regni Generali. D. 28. Ja-
„nuarii 1573.

§. 5. Hæc Confœderatio confirmata fuit in Articulis PACTORUM CONVENTORUM, inter Ordines Regni & Legatos Henrici Regis d. 16. Maji 1573. ubi dicti Oratores nomine Sereniss. ELECTI recipiunt & spondent:

Omnia Jura, Privilegia, Libertates . . . circa Electionem Regis sui, ex unanimi & concordi omnium Ordinum Consensu sancitas, integre & inviolabiliter cum servaturum, atque etiam Juramento Corporali confirmaturum &c. Vol. Constit. p. 226.

In JURAMENTO vero, ab ipso Rege solenniter præstito, & à Successuris Regibus pariter præstando (vid. Const. Regni p. 278.) his verbis Libertati Religionis Evangelicæ cavetur:

Ego Henricus . . . spondeo ac sancte juro DEO Omnipotenti . . . quod omnia Jura, Libertates, immunitates, Privilegia publica & privata, juri communi utriusque Gentis & Libertatibus non contraria, Ecclesiastica & Seculares . . . per divos Prædecessores meos Reges datas . . .

ab

Digitized by Google

ab omnibusque Ordinibus tempore Interregni statutas, mihi oblatas, manu tenebo, observabo. . . . Pacemque & Tranquillitatem inter Dissidentes de Religione tuebor, & manu tenebo, *nec ullo modo, vel Jurisdictione nostra, vel Officiorum nostrorum, & Statuum quorumvis autoritate quemquam affici opprimique causa Religionis permittam, nec ipse afficiam, nec opprimam . . . Sic me Deus adjuvet.* Constit. Regni p. 226. 227.

Hæc Juramento comprehensa, Rex dein post Coronationem *ex superabundanti* (ut ipse loquitur) *solennibus Literis* confirmavit d. 22. Apr. 1574. vid. Constit. Regni p. 229.

Porro, Confœderatio illa, & Libertas Religionis Evangelicæ, luculentius confirmata fuit in *Literis Confirmationis Articulorum* Henrico Regi oblatorum & approbatorũ, qui ipsi Articuli Successuris Regibus Cynosuræ loco futuri erant; (vid. Acta cum *Stephano Electo* &c. in Constit. p. 253.) ita vero ibi Rex:

„Quandoquidem in hoc illustri Regno „Gentis Polonicæ & Lituanicæ, Russicæ, „Livonicæ &c. non pauci reperiuntur „*Dissidentes in Religione Christiana*, occur„rendo quibuscunque in posterum Sedi„tionibus & Tumultibus, & inde Litibus „aut Certaminibus Religionis causa ori„undis; caverunt sibi invicem quidam „Cives Regni hujus, peculiari Confœde„ratione, se in causis Religionem con-

cer-

Digitized by Google

„cernentibus, omnino in Pace conservari „debere, quam quidem Nos illis integre, „& in perpetuum conservare promittimus. „*Const.* Reg. p. 253.

§. 6. Henrico succeſſit STEPHANUS REX; Juramenti ab ipſo præſtiti Tenor inter alia, hic eſt.

„Omnia Jura, Libertates . . . ab Omnibus „Ordinibus *tempore Interregni* ſtatutas atque „ſancitas, mihi oblatas, nec non Pacta & „Conventa Oratorum meorum nomine „meo cum Ordinibus, manu tenebo, ob„ſervabo, cuſtodiam, & tuebor . . . *Pacem* „*que & Tranquillitatem inter Diſſidentes de Reli*„*gione tuebor*, manu tenebo, nec ullo modo, „vel Jurisdictione noſtra, vel Officiorum „noſtrorum, & Statuum quorumvis Auto„ritate quempiam affici, opprimique cauſa „Religionis permittam, nec ipſe afficiam, „nec opprimam . . . Et ſi, (quod abſit,) „in aliquibus juramentum meum violavero, „nullam mihi Incolæ Regni omniumque Do„miniorum uniuscujusque Gentis obedien„tiam præſtare debebunt, imo ipſo facto eos „ab omni fide & obedientia Regi debita li„beros facio, (d) abſolutionemque nullam „ab

(d) Rigor hujus Præmunimenti, qui fortaſſis videri poſſet nimius, eleganter declaratur in Comitiis Coronat. R. Stephani, p. 279. *Non . ſi quid ejusmodi per aliquem humanum Errorem, ut fit, Serenitati ejus ex-*

ci-

Digitized by Google

„ab hoc meo Juramento à quoquam petam, „neque ultrò oblatam ſuſcipiam: Sic me „Deus&c. *Conſt. Regn. p. 250.*

§. 7. Inter PACTA CONVENTA (quorum in Juramento Rex meminit) ſeu Conditiones ex *communi Ordinum Regni Conſenſu*, Legatis ejus propoſitas, & ab iis ſuſceptas, Warſawiæ d. 14. Dec. 1575. hæc quoque fuit:

„Omnia Jura, Libertates . . nec non Arti„culos (e) in Electione Henrici Regis con„ſcriptos, & ab Ordinibus oblatos, primum „hæc Warſawiæ ab ipſis Legatis, deinde „Pariſiis ab utroque Rege publico juramento „approbatos confirmabit.

Hos Articulos ipſe dein Stephanus, & jurejurando, & Manus Regiæ ſubſcriptione (vid. Conſtit. Regni p. 252.) & ſolennibus denique *Literis Confirmationis* illorum Ar-

ciderit, aut obrepſerit, in quo Jus & Libertas communis ladi videretur. Sed tunc demum, ſi quod abſit, quodve nunquam omnino futurum eſſe confidimus, à Volente & Sciente Serenitate ejus, Jura aut Libertates noſtræ, ita, aut per Potentiam opprimerentur, aut per contemptum & temeritatem in dubium vocarentur, ut ne Admonitione quidem Senatus, aut reliquorum Regni Ordinum, quicquam profectum eſſe videatur.

(e) Sub his *Articulis Henricianis* principaliter illos qui Religionis Evangelicæ Securitatem reſpiciunt, intelligi, notorium eſt. Tunc enim primum Lege Publica ei cautum fuit.

Digitized by Google

Articulorum, datis in Transylvania, in Oppido Meggyes, sub ipsis Comitiis Generalibus, die 8. Febr. 1576. confirmavit, his verbis:

„Quos quidem Articulos seu Leges, in omnibus earum Punctis & Conditionibus approbandas, roborandas, & confirmandas duximus approbamusq; roboramus, & confirmamus per præsentes Literas nostras: decernentes eas perpetuæ, indubiæ, & inviolabilis firmitatis robur obtinere debere, promittentesq; sub Juramento illas in prædictis omnibus earum Punctis & Conditionibus sine *ulla excusatione & exceptione*, firmiter, inconcusse, & inviolabiliter tenere, observare, adimplere & exsequi, & teneri, observari, adimplere, & exsequi facere . . . Dantes Potestatem insuper Cancellario & Vice-Cancellario Regni; ut eorundem Articulorum seu Legum Confirmationem sub Sigillo Regni, Ordinibus ac Subditis nostris, qui eam requirent, extradat, *non obstante ulla Exceptione, seu quovis in contrarium mandato.*

STEPHANUS REX.

Vid. Constit. Regn. p. 257.

§. 8. Porro in LITERIS CONFIRMATIONIS GENERALIS Jurium &c. ne Generalis ista *Juri Dissidentium* derogare videretur Rex sollicitè cavit, hisce verbis:

„Quod verò suprà, hisce Literis, Privilegia, Libertates Ecclesiasticas, cum cæteris confirmavimus, id nihil Articulo Juramenti

Digitized by Google

„derogare volumus, videlicet *Pacem & Tranquillitatem inter Dissidentes de Religione tuebimur „& manu tenebimus &c.* quem inconcussè, firmiter, & inviolabiliter, ac cum effectu Nos „observaturos promittimus ac spondemus.

STEPHANUS REX.

Quæ quidem Declaratio Regia, communi omnium Regni Ordinum Approbatione & mandato typis exscripta, & in publicum evulgata fuit. Vid. Constit. Regn. p. 259.

In ipsis dein Comitiis Coronationis Regiæ, d. 4. Maji 1576. secuta est CONFIRMATIO GENERALIS OMNIUM JURIUM &c. iisdem omnino Verbis, quæ e *Literis Confirmationis* jam jam allegavimus: *Quod verò supra &c.* (vid. Constit. Regn. p. 270.) ita quidem ut in hunc de Dissidentium Libertate Articulum unà cum Rege consenserint, eique subscripserint primaria Nomina (f) ex Clero Romano, nec non Ordine Senatorio & Equestri, quos prolixè vide p. 271. 272.

§. 9. Ut verò Integritati Articuli hujus nihil omnino deesset, in hisce ipsis Comitiis Coronationis, hic *Articulus*, ejusque

(f) Horum agmen ducunt IV. *Episcopi*, Cracovienſis, Wladislavienſis, Premyſlienſis, Chelmenſis; & VII. *Palatini*, Cracovienſis, Sendomirienſis, Kaliſſienſis, Lancicienſis, Lublinenſis, Belſenſis, Podlachienſis.

Digitized by Google

Confirmatio ipsissimis verbis e *Confirmatione Henrici R.* huc translatis repetitur, & inter *Leges* censetur:

„Quandoquidem in hoc illustri Regno Gen-
„tis Polonicæ & Lituanicæ, Russicæ, Livo-
„nicæ &c. non pauci reperiuntur *Dissidentes*
„*in Religione Christiana*, occurrendo quibus-
„cunque in posterum Seditionibus & Tu-
„multibus, & inde Litibus aut Certaminibus
„Religionis causa oriundis; caverunt sibi in-
„vicem quidam Cives Regni hujus, pecu-
„liari Confœderatione, se in Causis Religio-
„nem concernentibus, omnino in Pace con-
„servari debere, quam quidem nos illis in-
„tegrè & in perpetuum conservare promitti-
„mus. *Constit. Regn. p.* 275.

§. 10. Et ne sæpe dictus *de Pace Dissidentium* conservanda Articulus Novitatis postularetur, eoque nomine minus roboris habere videretur, inter primas Leges ibidem in dictis Comitiis Coronationis firmatas, hæc quoque existit:

„Præter ratihabitionem & confirmationem
„tam antiquorum Jurium, quàm (*NB.*) ante
„Coronationem nostram in Republica sanci-
„torum, quandoquidem id semper in Pote-
„state & in usu hujus Regni fuit, pro ratione
„necessitatum & temporum Jura emendare,
„temperare, mutare, addere, novaque surro-
„gare, Consensu omnium Ordinum; proin-
„de nos quoque in hisce Comitiis Coronatio-
„nis

„nis noſtræ, rogatu & Conſenſu Nunciorum „Terreſtrium, & ex Conſilio DDnn. Senato„rum, ſequentia, ex parte declaravimus & „emendavimus, ex parte recens conſtituimus. Et primò quidem, Juramentum Re„gium, quamvis antea jam tum in Statuto „Alexandri R. expreſſum fuit, cum ea Emen„datione ſuſcepimus, & (*NB.*) Succeſſores „noſtri ſuſcipere tenebuntur, prout Henrico „Regi Prædeceſſori noſtro præſcriptum, & „ab ipſo pariter & nobis, in Coronatione „præſtitum fuit, cujus Tenor de verbo ad „verbum eſt ſequens &c. *Conſtit. p.* 278.

Idem Articulus altero eorundem Comitiorum Statuto luculentius confirmatur, (pag. 295.) ſub titulo: *Interregni Acta approbantur.*

„Omnia Acta, CONFOEDERATIONES, „Reſervationes, Acta Judicialia, præterita „INTERREGNI, in Regno Poloniæ, omni„busque ejus Terris & Diſtrictibus.. boni Or„dinis & Tranquillitatis publicæ ſervandæ „gratia . . in toto, ita prout in ſe ſunt, & „ſonant, effectum habere & ſortiri debent. „. . Cumque CONFOEDERATIONES cum „Juribus & Libertatibus Publicis conveniant, „iisque nitantur, unusquisque iis obtempera„to, neque iis quidquam adverſum facere au„deto.

§. 11. Juramenti præſtiti, atque onerationis ſibi exinde Obligationis Stephanus Rex ita me-

Digitized by Google

memor fuit, ut cum in Expeditione Dantiscana essent, qui Templum Evangelicorum *Brodnicæ* affectarent, ipse regio animo respondérit: *Sinamus eos, habent Obligationem nostram, quam frangere nobis non licet:* Alium vero dicentem, *prout una Lex ita & una Fides in Polonia esse debet*, ita repressit: *Rex sum Populorum, non Conscientiarum.* Id ipsum inter alia plura patet e *Mandato Regio* in eos, qui Vilnæ an. 1581. tumultum contra Evangelicos excitaverant, digno quod integrum hic legatur:

STEPHANUS D.G. Rex Poloniæ, &c. &c.

Significamus Universis & Singulis &c.

„Capitaneo Lidensi, Præfecto & Vicario Vilnensi, Domino Joanni Abrahamovicio &c. „Detulerunt nobis in notitiam Generosi „Consiliarii M.D. Lith. in præsenti expeditione bellica apud Nos agentes, Religioni „Evangelicæ addicti, non ita pridem enormem tumultum in urbe Nostra Vilnensi factum esse ab his, qui fidem Romano-Catholicam profitentur, contra homines & „Ministros Evangelicos utriusque Confessionis. Primum quidem, quod ex mandato „Rev. Episcopi Vilnensis Libri Doctrinæ „Evangelicorum Typographo violenter „ablati, & ad Ædem D. Johannis exusti sunt:

Tum

Digitized by Google

„Tum quod Cadavera mortuorum, ad lo-
„cum sepulturæ suæ, per plateam, præser-
„tim juxta Templum S. Johannis deferre, &
„Cantu Deductiones funerum cohonestare
„Catholici prohibeant, procedentes in fune-
„re probris afficiant & clamoribus contume-
„liosis lacessant, ac si instinctu Cleri Catholici
„id fieret: Insuper, redeuntes à funere Mini-
„stros duos, Studiosi e Schola D. Johannis
„Templo contigua, & otiosa quædam plebe-
„cula, vix non lapidibus obruerint in platea;
„minantes etiam violentam Templorum
„Evangelicorum vastationem ac eversio-
„nem. Cuncta hæc ab una parte audientes,
„alteri quoque aurem reservamus: Quod si
„vero res ita se haberent, non sine summa in-
„dignatione id ipsum acciperemus, probè
„considerantes quod quibuscunque in terris
„& Regnis, Religio vi, igne ac ferro, non
„vero Doctrina bonisque Moribus propaga-
„tur, sanguinis horrenda effusio, intestina-
„rumque calamitatum pestis subsequatur;
„quod tantum abest, ut (quod Deus prohi-
„beat) commune incendium hinc erumpens,
„læti intueamur, ut ne inter privatos quidem
„æstus ejusmodi æqua mente tolerare nobis
„placeat: quippe qui occurrere potius malis
„ejusmodi præoptamus, &, sicuti commoda
„atque incrementa Regni Poloniæ & magni
„Ducatus Lituaniæ terrarum à Deo nobis
„commissarum, summa cura & Salutis Nostræ

Digitized by Google

„contra vim hostium impendio procuramus, „ita ex animo optamus, ut omnes Cives ac In„colæ Nostri, cujuscunque fuerint conditio„nis, unum verum Deum colentes, unam „quoque antiquam Catholicam Fidem profi„terentur: Quia verò Deus prædixit fore, ut „in extrema mundi ætate necessario futura „sint scandala atque hæreses, proinde nemi„nem cogi ad fidem sustinemus, sed *tenore „Juramenti* à nobis omnibus Ordinibus Regni „Pol. & M. D. L. in Coronatione Nostra feli„citer præstiti, *de Pace inter Dissidentes de Re„ligione tuenda & manu tenenda*, hanc datæ fi„dei obligationem, semper ante oculos ha„bemus, Conscientiam uniuscujusque judi„cio Summi Dei committentes; & non so„lum vi officii nostri ad tuendam pacem in „Religione Nobis ab omnibus Ordinibus in„clyti Regni commissi, sed & vigore antiquæ „Consuetudinis in hoc Regno, Dissidentes in „Religione toleramus ac tuemur.

„ Vobis igitur mandamus, ut simul ac Lite„ræ hæ nostræ traditæ fuerint, publicè in Ur„bis Nostræ Vilnensis foro ac plateis procla„mandum curetis; ut secundum modum ac „ritum, ab antiquo in hæc usque tempora fe„licis Regni Nostri servatum, quietè omnes „& singuli se gerant, nullamque tumultibus „ansam præbeant. Quod si verò quis, pacem „publicam turbando, contumaciter ac pro„tervè tumultus ejusmodi aut Seditiones exci-

Digitized by Google

„citaverit, eundem ſicubi Jurisdictioni Ve-
„ſtræ ſubjaceat, vigore officii & muneris Ve-
„ſtri prehenſum, ut detineatis, usque dum
„ea de re certiores facti fuerimus, ſimpliciter
„mandamus, &, ne id ſecus fiat, ſub vio-
„latæ Gratiæ Noſtræ reatu injungimus. Da-
„tis ad Pskovam, die 26. Sept. 1581.

STEPHANUS REX, &c.

Scripſit: *Venceslaus Agrippa*,
Notarius.

§. 12. Mortuo, an. 1586. 12. Dec. Stephano, ſecutum eſt INTERREGNUM. Quo tempore, d. 27. Decembr. Senatores & Nobilitas Palatinatuum *Cracovienſis*, *Sendomirienſis* & *Lublinenſis* Cracoviæ congregat, CONFOEDERATIONEM ſancivere; qua & rigor *Statuti Korcinenſis* an. 1438. in Hæreticos (ita dictos) lati abrogatus eſſe declaratur, & *Pax Diſſidentium* omnimode confirmata fuit, his verbis:

„Primo, *Statutum* an. 1438. in nova urbe
„*Korcin* ſancitum, & an. 1572. renovatum
„. . ſuo loco relinquimus; Excepto Ar-
„ticulo, qui noviſſima inter Diſſidentes
„de Religione, Confœderatione, Henrici &
„Stephani Regum & Dominorum Noſtrorum
„Juramento confirmata *abrogatus eſt*; quam
„Confœderationem, quandoquidem ipſa
„pacem & amorem fraternum jubet, in re-
„bore ſuo juxta ſuam continentiam, in toto

„relinquimus. Vol. Constit. pag. 399. „400.

§. 13. Eadem Confœderatio in Instrumento KAPTUR dicto, luculentius idem firmat:

„Spondemus etiam, & mutuo constituimus „Pacem & Amorem fraternum, ne Dissidiis, „Obtrectationibus, Jurgiis, Scissionibus ullis locus sit, atque universi in pace Deum „colant. Quod ipsum quia etiam Confœderatio Dissidentium de Religione cavet, ideo „eam quoque juxta suam continentiam, in „suo plenissimo robore, integram & inviolabilem relinquimus & approbamus, & *mox*: „Omnes istos hactenus recensitos Articulos „spondemus, pro nobis & posteris nostris, tam in parte, quam toto, constanter observare & custodire, sub Fide, Honore & „Conscientiis nostris. Quod si quis istis sese „opponere voluerit, Pacemque & Ordinem „publicum turbare ausus fuerit; contra talem omnes consurgemus in ejus destructionem. *Volum. Constit. p.* 404.

Observatu vero dignum est, hoc in loco, Jurium hujus Confœderationis participes fieri, iisque gaudere juberi,

„Omnes URBES, OPPIDA, cujuscunque Status & Conditionis Homines, nullis exclusis, decernendo, ut violatores eorum „Pœnis ibidem decretis succumbant. *pag.* „404. *med.*

Eo-

Digitized by Google

Eorum qui Confœderationi huic magno numero subscripsere agmen ducit *Petrus Myszkowski*, Episcopus Cracovienſis.

§. 14. Subsecuta est anno proximo 1587. d. 7. Martii, CONFOEDERATIO GENERALIS WARSAWIENSIS, in qua non tantum prior illa confirmata, verum etiam de eadem ab inquietorum hominum Attentatis vindicanda actum fuit, hisce verbis:

„Confœderationem inter Dissidentes de Religione, Warsawiæ initam, & Juramentis Regum Dominorum Nostrorum confirmatam, in præsenti Conventu, Pacis internæ conservandæ causa, inviolatam utraque ex parte conservamus. Et si quid ad ejus ulteriorem Confirmationem, Excessuumque Emendationem, utrinque necessarium offensum fuerit, id in Comitiis Electionis proximæ futuræ, ab omnibus Regni Ordinibus ut fiat, procurare tenebimur. Similiter, si quis eandem convellere voluerit, talis quilibet judicio ibidem sistetur, vel universorum Ordinum Spiritualium & Secularium, vel Deputandorum ab Ordinibus. *Const. p.* 409.

Subscripsit inter alios, *Laurentius Goslicki* Episcopus Cameniecensis.

§. 15. Mox in CONFOEDERATIONE *Cracoviensi* d. 9. Maji. 1587. cum Templum Evangelicorum Cracoviense per tumul-

Digitized by Google

tum eversum fuisset, ea violentia gravissima Censura notatur, & ne quid simile in posterum fiat, severe statuitur. Const. p. 419. 421.

„Nos Senatores Regni, & universa Nobilitas Palatinatus Cracoviensis . . . Cum „tempore Conventus nostri præsentis, ab „hominibus improbis & petulantibus, in „Urbe Cracovia noxius Tumultus, & violenta Ecclesiæ Dissidentium Eversio patrata sit, obviando, ne periculum istud latius „serperet, decernimus, ut ejus facinoris „plenaria Inquisitio fiat per Dominos (*novem „hic primariæ Dignitatis Commissarii constituuntur*,) ut iidem Cracoviam congressi, proxima die Mercurii, cum Officiis ad eam „rem pertinentibus, Inquisitionem certam „& accuratam de Autoribus & Adjutoribus „istius violentiæ faciant, istosque Seditiosos comprehensos, tuto Carcere claudi curent, ad Cognitionem Comitiorum futuræ Electionis.

§. 16. Eodem tempore, die 8. Maji. 1587. Palatinatus Sendomiriensis CONSULTATIONE *priore*, Confœderationem antiquam ratione Articuli *Dissidentium* expresse & plenissime confirmavit: „Nos Senatores & Nobiles, qui huc ad „*Pokrywniee* convenimus, probe gnari, Pacem & Concordiam non solum per se esse „laudabilem, verum etiam Divina Benedi-

„ctione

Digitized by Google

"ctione cumulandam ; quandoquidem San-
"ctis & Divinis verbis teſtari dignatus eſt:
"Beatos eſſe Pacificos; Porro præ oculis ha-
"bentes quantum Diverſitas Religionum pe-
"riculi aliis Regnis creaverit ; idcirco pro-
"videntes, ne in dilecta hac Patria noſtra
"res eodem delabatur, ſpondemus invicem,
"conſtanter nos obſervaturos Medium ab
"ipſo Numine eum in finem ſuppeditatum
"nempe *Conſœderationem in Cauſa Religionis*, ju-
"ramento Regum Noſtrorum, tam Henrici,
"quam nuper pie defuncti, confirmatam.
"Atque in futura Electione, prævia Sanctiſſi-
"mi Nominis Divini Invocatione, cum uni-
"verſis D. D. Senatoribus ; reliquisque Or-
"dinibus operam dabimus, ut Conſilia quam
"firmiſſima & ſolidiſſima ineantur, quo ſan-
"cta iſthæc Concordia integra & intacta
"æternis temporibus conſervetur. In cujus
"fidem Sigilla noſtra apponimus, manuque
"noſtra ſubſcribimus. *Conſt. pag.* 423.

CONSULTATIONE vero *poſteriore*, in Turbatores Cracowienſes ſevere animadvertit, ſimilique in poſterum Violentiæ obicem ponit:

„Nos Senatores Regni, & Nobilitas Palati-
„natus Sendomirienſis . . . cum durante
„præſenti noſtro Conventu nuncium ad nos
„delatum ſit, Conſœderationi recens vim
„illatam eſſe, Everſione Eccleſiæ Cracowien-
„ſis: hoc in paſſu Dominus Palatinus Cra-
„cowi-

Digitized by Google

„cowienſis, tanquam is cui Reſpublica ille „in loco Tranquillitatis publicæ Procuratio„nem commiſit, hortandus eſt, ut officio ſuo „diligenter defungatur. Iſtud vero facinus, „cum merito univerſam Rempublicam tan„gat, quandoquidem de conſervanda Pace „Publica agitur, Juramentis Regum No„ſtrorum firmata, ſpondemus, in proxima „Electione nos omnes urgere velle, ut Au„ctor ſceleris æque ac qui illud perpetra„runt, ſevere puniantur: utque huic reiita „in poſterum proſpiciatur, ne ſimilis „petulantia, civili, quod Deus avertat, „Bello in Patria noſtro occaſionem præbeat, „quandoquidem facta ejusmodi achriſtiana „aliis Monarchiis ultimi fere exitii cauſa ex„ſtitere. *Conſtit. p. 424. 425.*

Et paulo poſt:

„Etiam *Confœderatio inter Diſſidentes de Religio„ne* confirmata eſt; quam ad Securitatem „Reipublicæ pertinere, ſi quæ aliis Regnis „evenere, oculis ſubjiciamus, quis eſt qui „non videat? qua vero ratione hiſce tem„poribus conſervata fuerit, & ex qua Parte, „ejus rei recentia exſtant Documenta.

§. 17. Subſecuta eſt ELECTIO SIGISMUNDI III. Varſaviæ, d. 19. Aug. 1587. ſimulque *Conventus Regni Generalis*, duabus ante Coronationem hebdomadis *Wisliciam* indictus; quo in Conventu, qua ratione Paci & Securitati Diſſidentium Electores

Digitized by Google

lectores prospiciendum decreverint, his verbis declarant:

Ego in Conventu, confirmando per omnia CONFOEDERATIONEM inter Dissidentes de Religione, spondemus invicem, Processum Judicialem & Executionem in Violatores ejus decernere, utrique parti servientem; spondemus pariter Emendationem Exorbitantiarum & Correcturam Jurium *instituere, eamque ad futuram Coronationem deferre. Eaque omnia Electus Rex juramento confirmare tenebitur, ut quæ reliquis Conditionibus inserenda & Regi proponenda erunt.* Constit. pag. 436.

§. 18. In *Conventu Wislicienſi* d. 5. Oct. 1587. id quod antea decreverant Regni Ordines, re ipsa exfecuti sunt, primam omnium DISSIDENTIUM curam habentes:

Nos Senatores & Ordines Regni, ut & Nobilitas omnium Regni Palatinatuum, qui huc Wislicium confluximus . . . universis & singulis &c. . . . Committimus Delegatis nostris, ut hinc statim nulla interposita mora Cracoviam proficiscantur, & CONFOEDERATIONEM inter Dissidentes de Religione per omnia confirmando Processum Judicialem & Executionem in Violatores ejus instituant, utrique parti servientem; ibidemque ut unanimiter Correcturæ Jurium *dent operam, ad ductum cumprimis Consilii à Palatinatu Sendomirienſi in Electione exhibiti; quod quidem limabunt, prout ex usu fuerit Reipublicæ, ad Concordiam omnes ducendo.* Const. pag. 438.

§. 19.

Digitized by Google

§. 19. In *Coronatione* Rex Sigismundus, Pacem Dissidentium sueta juramenti formula confirmavit:

Ego Sigismundus III. D. G. . . . . spondeo ac sancte juro . . . . Quod omnia Jura, Libertates, Privilegia publica & privata . . . per Prædecessores meos data, ab omnibusque Ordinibus tempore Interregni, statuta atque sancitas, mihi oblatas, tum Pacta atque Conditiones cum Oratoribus meis initas manu tenebo, observabo, custodiam, & tenebo in omnibus . . . Pacem quoque & Tranquillitatem inter Dissidentes de Religione *tuebor, manu tenebo, nec ullo modo, vel Jurisdictione nostra, vel Officiorum nostrorum, & Statuum quorumvis autoritate, quemquam afficiam, opprimique causa Religionis permittam, nec ipse afficiam, nec opprimam, ac ea, quæ in Electione nostra Varsaviensi, ac deinceps in Conventione Generali ad Visliciam, tum & Cracoviæ in Conventione Coronationis nostræ constituta sunt, & constituentur, manu tenebo iisque satisfaciam. . . Et si, quod absit, in aliquibus Juramentum meum violavero; nullam mihi Incolæ Regni, omniumque dominiorum uniuscujusque Gentis, obedientiam præstare debebunt &c.* De verbo ad verbum, uti supra §. 6 Const. p. 446. 447.

Eadem re ipse Rex in DENUNCIATIONE CORONATIONIS, Literis publicis die 30. Januar. 1588.

Jujurandum, verbis conceptis, juxta exhibitam Nobis formam de servandis ac manu tenendis omnibus

Digitized by Google

bus Libertatibus, Prærogativis, tam Ecclesiasticis quam secularibus, tam publicis quam privatis, tum etiam Juribus, Legibus, Statutis, Consuetudinibus &c. præstitimus, ac ea omnia Diplomate etiam nostro (cujus exempla quoquoversum transmitti mandavimus) confirmavimus. Const. p. 455.

§. 20. Porro in CONFIRMATIONE GENERALI Jurium, Rex, eadem qua Prædecessor sollicitudine, securitati DISSIDENTIUM providit:

Nos Sigismundus III. . . . Quod verò supra bis Literis, Privilegia, Libertates Ecclesiasticas cum ceteris confirmavimus, id nihil Articulo huic Juramenti derogare volumus, Quod videlicet Pacem & Tranquillitatem inter Dissidentes de Religione tuebimur, & manu tenebimus &c. *quam inconcusse, firmiter, & inviolabiliter, ac cum effectu Nos observaturos, promittimus ac spondemus. Dantes insuper potestatem Cancellario, & Vice-Cancellario Regni, ut has Literas Confirmationis generalis Jurium . . . authentice, sub Regni Sigillo, Ordinibus, Terris, ac Subditis nostris, qui eas requirent, non expectato alio Mandato nostro, extradant.* Constit. p. 449.

§. 21. Inter PACTA CONVENTA autem, quæ Rex solennissimè confirmavit, hæc quoque exstant:

Confœderationem *inter Dissidentes de Religione, non solum Juramento, uti à Sereniss. Henrico & Stephano, Regibus Poloniæ & Prædecessoribus suis factum est, conservabit; verum etiam Processum*

Digitized by Google

cessum & Executionem, utrique parti servientem, contra Violatores ejus oblatam, sub Juramento observabit. Et ut ab Ordinibus Regni quam primum instituatur, sedulo curabit. Item: *Jura omnia, Libertates, Immunitates, Privilegia, Statuta Regni, & speciatim Articulos in Coronatione Henrici Regis sancitos: tum quæcunque ad Correcturam Libertatum Jurium pertinentia, ejus Majestati in Coronatione exhibebuntur, manu tenebit, ac firmiter observabit & adimplebit.* Constit. p. 453.

§. 22. In *Constitutionibus* Comitiorum Coronationis, *Recessus Wislicensis*, qui antiquam inter Dissidentes CONFOEDERATIONEM efficacissimè confirmaverat, non tantum approbatur, sed &, (quod probè notandum) inter LEGES REGNI disertis verbis connumeratur:

Speciatim, Recessum in magno & generali ad Wisliciam Conventu conditum, & à nobis INTER alias REGNI LEGES jurejurando firmatum, quem etiam vigore præsentis Conventus approbamus. Constit. p. 472.

§. 23. Ac ne quid omnino Securitati Dissidentium deesset, Rex etiam in RECESSU COMITIORUM CORONATIONIS Paci ipsorum sollicitè cautum voluit, his verbis:

"Quemadmodum *Confœderationem*, & in "ea *Pacem inter Dissidentes in Religione Christiana* "primum Olivæ, deinde hic in Coronatione "nostra, manu tenere & tueri jurejurando pro-

Digitized by Google

promisimus, ita eadem semper fuimus sumusque mente, ut Processus & Executio utrique Parti serviens, contra Violatores hujus Pacis sufficienter constitueretur. Neque verò per Nos stetit, quo minus ea res in præsens effectui data fuerit, verum per Dissidia hominum, quæ hoc tempore Regnum & M. D. Lituaniæ multifariam afficiunt, ut quæ hac de re fuerant constituta, quibusdam displicerent; quapropter Negotia ista hæc ad Comitia proximè futura, autoritate præsentis Conventus, proferendo, spondemus: Nos secundum obligationem, quam juxta Pacta cum Corona Poloniæ inita & jure jurando firmata, in Nos recepimus, apud Ordines Regni id diligenter procuraturos, auctoritatemque nostram interposituros esse, quatenus Processus iste & Executio, utrique parti serviens, qua omnes Excessus, Pacis inter Dissidentes in Religione Christiana Conservationem quocunque modo perturbantes, sive ante Coronationem nostram ii patrati fuerint, sive post eandem, severè compescantur atque puniantur. *Constit. p.* 490. 491.

§. 24. Et quia TRIBUNAL REGNI hanc Dissidentium Pacem Decretis quibusdam turbare præsumebat, Cautum est ei in Comitiis, an. 1627.

„Quoniam Tribunali nulla data est Potestas „Legum condendarum, sed solummodo se-

Digitized by Google

cundum Leges à Republica latas judicaretetur, proinde Causas in Volumine Legum non descriptas, neque ad judicandum admittere, neque pœnas irrogare, neque iisdem quenquam aggravare debet, præter quam ex Lege publica fuerint determinatæ. Et sicubi ejusmodi Sententiæ latæ, vel earum Clausulæ, deprehendantur, *quæ vim Legis sapiant*, vel Pacem publicam turbent, prout quædam Additamenta in nonnullis Decretis noviſſimi Tribunalis Lublinenſis id continent, iisdem nemo urgeri debet, imò Decreta talia Nullitati ſubſunto. *Conſtit. Comit. p. 9.* Odekretach Tribunalskich.

Salutaris iſtius Legis Effectus cum primis conſpiciendum ſe præbuit in Generoſo *Samuele Boleſtraszyki*, qui cum an. 1627. ex ratione Religionis Evangelicæ, ab Epiſcopo Premyſlienſi Decreto aggravatus ejusque occaſione variè vexatus fuiſſet, tandem poſt 22. annos, caſſatis Infamiis & Banniſationibus, in ipſis Comitiis Coronationis Joh. Caſimiri an. 1649. ad priſtinum honoris ſtatum reſtitutus eſt. vid. dict. Comit. Conſtit. p. 19. 20. *Reſtitutia Urodzonego Sam. Bol.*

§. 25. Cumque indies augerentur, qui Diſſidentibus graves eſſe voluptati ſibi ducerent, eorum Petulantiam Comitia Warſawienſia

ſawienſia an. 1631. ſequenti Conſtitutione, coërcuere:

„Quoniam ſub prætextu Religionis Catholicæ a licentioſis hominibus, in Terris noſtris, varii Tumultus & Violentiæ excitantur, unde fit, ut Pax publica ſcindatur, & plurima Incommoda inde enaſcantur. Nos igitur publicam Securitatem & Pacem in Regno noſtro conſervare, licentiamque ejusmodi coërcere volentes, contra omnes quicunque tumultibus & licentioſa petulantia publicam Securitatem violare auſi fuerint, forum coram Tribunali, inter Cauſas recentis Criminis ſtatuimus, & ut Pœnis contra Violatores Pacis publicæ ſancitis puniantur, decernimus. *vid. dict. Comit. Conſtit. p.* 18. Zatrzymanie Pokoju.

§. 16. Poſt obitum Sigismundi III. tempore INTERREGNI in Conſœderationis *Cracovienſis* Inſtrumento, KAPTUR dicto, Juribus Evangelicorum hunc in modum proſpectum fuit:

„Vinculum inter nos ratione Diſſidentium in Religione factum, inviolabiliter in omnibus Articulis, Punctis, & Clauſulis, ſecundum antiquum Legum tenorem, ſervare ſancte promittimus. Et ſi quis quacunque ratione Unionem hanc ſcindere præſumſerit, juxta Obligationes ſuperius nominatas adverſus eum procedere tenebimur. *Kaptur. A. 4. in fin. pag.*

Digitized by Google

Quæ Confœderatio Particularis mox in *Generali Varſavienſi* laudata & approbata, atque Actis Caſtrenſibus Cracovienſibus inſerta fuit. Vid. *Conſtit. poſt Confœd. General.* & *Laudum Proszowskie*, A. 1. quæ incipit: *Generoſi Nicolaus Korycinski &c.*

§. 27. Excepit hanc CONFOEDERATIO GENERALIS OMNIUM ORDINUM REGNI, & M. D. LITH. die 16. Julii; in qua, ſequentia in ſecuritatem Pacis Diſſidentium ſtatuta leguntur:

„Nos Senatores Regni Poloniæ, & M. D. „Lituaniæ, nec non Dominiorum huc pertinentium, Spirituales & Seculares, Nuncii Terreſtres, & reliqui omnes Ordines „unius & indiviſæ Reipubliçæ. . . . Ratum „& firmum eſto, ut futurus Rex Jura omnia, „Privilegia & Libertates, quæ in præſens „ſunt, & quas poſt Electionem ipſi offere„mus, prius Juramento confirmet, juxta „tenorem Juramenti Regum Poloniæ, Hen„rici, Stephani, & recens defuncti Sigis„mundi III. in Coronatione, Regno & M. „D. Lituaniæ ab ipſis præſtiti, quod ipſum „poſtquam præſtiterit, Conſtitutionibus „Comitiorum idem confirmare tenebitur.

„Cumque in memoratis Juribus & Liber„tatibus Noſtris *multum exorbitatum* ſit, id „invicem ſpondemus ſancteque promitti„mus, in proximis Electionis Comitiis ad pro

Digitized by Google

„proponendos Candidatos, nedum ad no-
„minandum Regem, nos non esse acceſſu-
„ros, prius quam universa Vulnera Reipu-
„blicæ utriusque Gentis, Exceſſus, Exorbi-
„tantiæ & Gravamina . . . ſublata, in de-
„bitum ſtatum reducta, iisque in poſterum
„occurrendi Media adinventa fuerint.

„Inſuper, ne Pax publica ulla de cauſa
„turbetur, cavemus hoc *Diſſidentibus in Re-*
„*ligione Chriſtiana*, quod *Pacem omnimodam*
„invicem, Nos & Poſteri Noſtri, ſub Fide,
„Honore & Conſcientiis Noſtris conſerva-
„bimus; propter ejumodi in Religione Dif-
„ferentias Sanguinem non effundemus, ne-
„que ob easdem litem alicui movebimus,
„neque Confiſcatione Bonorum, Infamia,
„Carceribus, & Exilio, aut quibuscunque
„aliis pœnis invicem animadvertemus, ne-
„que ulli Magiſtratui aut Officio ea in re au-
„xilio erimus. Imo vero, ſi quis ex iſta
„cauſa Sanguinem effundere, aut dicta Pa-
„cta violenter rumpere, aut pœnas ſuperius
„recenſitas extendere præſumat, omnes ea
„propter in defenſionem inſurgere tenebi-
„mur, etiam ſi quis ſub prætextu alicujus;
„Decreti aut Proceſſus Forenſis id agere ſu-
„ſtineat.

Preterea cavemus, ne Decreta *Tribunalitia Re-*
gni & M. D. Lituaniæ, quæ vim Legis ſapiunt,
contra Securitatem & Pacem Diſſidentium lata, in
quocunque Officio, ad Executionem deducantur,

Digitized by Google

prout Constitutione an. 1627. expresse cautum habemus. Et sicubi contra hanc Constitutionem Decreta aliqua aut Protestationes factæ fuerint, ea in quocunque Judicio nullius esse valoris declaramus. *Similiter, Mandata omnia Patem inter Dissidentes turbantia, ex Cancellaria vivente Rege extradita, nullius ponderis est, habuntur, neque in posterum extradentur.*

„In URBIBUS REGIIS, ubi in præsenti „Dissidentes in Ecclesiis à se erectis publico „gaudent Religionis Exercitio, eodem in„posterum quoque, perinde ac nunc gau„dere & uti poterunt. Ubi vero Ecclesias „in præsenti ad eum usum erectas non ha„bent, eas ad evitandos tumultus, ibidem „erigere non debebunt. *Privatim* tamen „*unicuique privato* Incolæ, & peregre veni„enti, Devotionibus sacris tuto operam da„re, integrum erit.

„Quantumvis Constitutio Anni 1631. con„tra Violatores Securitatis publicæ, satis ri„gorose lata fuerit; declaramus tamen, quod „in posterum ejusmodi Causæ violatæ Se„curitatis Dissidentium à quacunque Perso„na, cujusvis Conditionis, non inter Cau„sas Terminorum tactorum, sed Feria Heb„domadis quinta, ex speciali Regestro inter „Causas recentium Criminum, judicari de„beant. Excepto, si forte Persona mere „Spiritualis in Crimine deprehensa fuerit, „tum delinquens Officio Spirituali tradi, & „ibi-

Digitized by Google

„ibidem prævia Inquisitione judicari debet. „*Ministri* quoque *in Religione Dissidentium*, si à „quopiam quacunque de causa citati fuerint, „non habento Forum nisi in Officio Seculari „competenti, ratione quarumvis rerum & „injuriarum. Et in causis ex ipsorum Actora„tu, forum citati competens sequi, ibique „jus suum obtinere debent. *Et circa fi„nem:*

„Cuncta hæc superius recensita constan„ter servare, eaque manu tenere, pro No„bis & Posteris Nostris, sub fide, Honore, „&Conscientiis nostris promittimus. Qui„cunque vero his contravenire, & Pacem „superius toties nominatam Ordinemque „Publicum turbare voluerit, contra talem „omnes consurgemus in ejus destructionem „&c. *Confœd. Gen. p. A.* 1. *A.* 2. *B.* 4. *fin.*

§. 28. Subscripserunt *Archiepiscopus, Episcopi, Senatores* & *Nuncii Terrestres* plurimi, Confœderationem in omnibus approbando; nisi quod Episcopi cum aliquot Secularibus Catholicis, hic *prima vice* subscriptionibus suis adjecerint hæc verba:

Salvis Juribus Ecclesiæ Romanæ.

Quod vero isthæc Exceptio, Securitati Dissidentium Legibus publicis firmatæ nihil deroget, vel derogare possit, & hoc ipso anno, in ELECTIONE Regis WLADISLAI IV. & in secutis Electionibus, ipsis PACTSI

Digitized by Google

CTIS CONVENTIS explicatum & declaratum fuit, his verbis:

„Et quandoquidem in hoc Illustri Regno „Gentis Polonicæ, Lituanicæ, Russicæ &c. „non pauci reperiuntur Dissidentes in Reli„gione Christiana, præcavendo, exemplo „Antecessorum Nostrorum, ne Seditiones „aliquæ aut Tumultus, occasione Religio„nis oriantur, cautum est novissima Con„fœderatione Varsaviensi Generali, ut in „Causa Religionis Christianæ, Pax inter „Dissidentes de Religione conservetur; quam „nos inviolabiliter servare in perpetuum „promittimus, non obstantibus, quibus„cunque Protestationibus, contra hanc „Confœderationem, post Convoca„tionem factis, Salvis Juribus Eccle„siæ Catholicæ Romanæ; Integra NI„HILOMINUS, in omnibus Dissidentium „de Religione Christiana, Pace & Secu„ritate, quemadmodum in Convocatione „Varsawiensi novissime habita, Confœde„ratione Generali descriptum & cautum „est.

Imo vero, quia ipsimet Coronandi Reges, OMNIA OMNIUM Regnicolarum Jura GENERALITER confirmare soliti sunt (qua Generali Confirmatione ipsa quoque Ecclesiæ ROMANÆ Jura, comprehensa & SALVA esse intelliguntur;) qua-

Digitized by Google

qualitet tamen ejusmodi alieni Juris SALVATIO, Juri Dissidentium minime præjudicaret, ipsimet illi Coronandi Reges authentice declaraverunt, verbis, quæ supra è CONFIRMATIONE GENERALI STEPHANI R. *Quod vero supra &c.* (§. 8.) & è CONFIRMATIONE SIGISMUNDI III. *Quod vero supra &c.* (§. 20.) adducta sunt, hic autem relegi merentur. Eandem Formulam genuine explicavit tum Rex ipse *Joh. Casimirus*, tum Archi-Episcopus Gnesnensis, cum reliquis Episcopis, & Mareschallus Nunciorum Terrestrium, in Assecurationibus, DD. Dissidentibus datis an. 1650. à medio usque ad finem, quas vide infr. §. 39; itemque *Pacta Olivensia* ubi de Religione agunt, quem articulum excerptum vide infr. §. 43.

Et ne qua homines malevoli verba prædicta in alium quam qui Lege publica expositus est, sensum, omnino detorquere possent, ideirco in Confœderationibus subsequentibus, ubi Romano-Catholici subscribebant: *Salvis Juribus Romano-Catholicæ Ecclesiæ*; ibi Evangelici pari Libertatis prærogativa, non dubitabant subscribere: *Ita salva sint Jura Ecclesiæ Romano-Catholicæ, ut illæsa maneant Jura & Leges Regni, tum & liberum Religionis Dissidentium Exercitium:* Item: *Salvis, per omnia Juribus Dissidentium in Religione Christiana, non obstantibus ullis Pro-*

Digitized by Google

testationibus & Exceptionibus. Item: *In quantum Securitas & Liberum Exercitium Dissidentium Ecclesia non violabitur &c.* Græcis vero sacris addicti, subscribebant: *Salvis juribus veteris Ecclesiæ Ritus Græci.* Item: *Salvis juribus Ecclesiæ Orientalis &c.*

§. 29. Ipse vero tunc Electus Rex *Wladislaus IV.* legitimum verborum sæpius memoratum sensum luculenter porro illustravit, Juramento super Pacta Conventa Warsaviæ præstito:

„Ego Wladislaus . . juro . . quod Pa„cta Conventa, per Oratores meos cum „amplissimis Poloniæ & M. D. Lituaniæ Or„dinibus, & in Electione nostra transacta „. . in omnibus eorum Articulis, Pun„ctis, Clausulis, Conditionibus; ita (NB.) „ut nec Specialitas Generalitati, nec Gene„ralitas Specialitati deroget, servabo, ma„nu tenebo, & adimplebo: atque ea omnia, „iterato etiam, in solenni nostra Corona„tione Juramento, confirmabo. Sic me „Deus &c. *Porządek Elekcii p.* 20.

& in *Juramento Coronationis* d. 6. Febr. 1633. cujus idem per omnia tenor est, qui Juramenti *Henrici*, *Stephani*, *Sigismundi III.*

„Ego Wladislaus . . omnia Jura, Liberta„tes, Immunitates, Privilegia publica & „privata . . . per Reges (*etiam*) Henri„cum

Digitized by Google

„eum, Stephanum, Sigismundum III . . .
„datas, ab omnibusque Ordinibus tempore
„Interregni ſtatutas, atque ſancitas, mihi
„oblatas, tum Pacta Conventa . .. manu
„tenebo, obſervabo, cuſtodiam, & adim-
„plebo, in omnibus Conditionibus, Articu-
„lis & Punctis, in eisdem expreſſis. Pa-
„cem quoque & Tranquillitatem inter Diſſi-
„dentes de Religione Chriſtiana tuebor, manu
„tenebo: nec ullo modo, vel Jurisdictio-
„ne noſtra, vel Officiorum noſtrorum, &
„Statuum quorum vis autoritate, quemquam
„affici, opprimique, cauſa Religionis per-
„mittam, nec ipſe afficiam, nec opprimam
„. . . . Et ſi, quod abſit, in aliquibus Jura-
„mentum meum violavero, nullam mihi
„Incolæ Regni obedientiam &c. &c. *Denun-*
„*ciatio Reg. Cor. p.* 4. 5.

§. 30. Sic in CONFIRMATIONE GENERALI JURIUM Wladislaus Rex, juxta Exemplum Prædeceſſorum, promittit manu tenere:

„Omnia Jura, Leges, Statuta . . . . no-
„minatim autem Libertates & Leges in Con-
„ventu Electionis *Henrici Regis*, ac in *Conven-*
„*tu Andreovienſi*, & Coronatione Regis *Ste-*
„*phani* . . . & Conſtitutiones in Coronatio-
„ne Sereniſſimi, divæ memoriæ, *Sigismundi*
„*III.* laudatas . . ita tamen, ut nec Speciali-
„tas Generalitati, nec Generalitas Speciali-
„tati deroget, ibid. p. 2.

&

Digitized by Google

& in *Comitiis Coronationis*, prima Constitutione;

„Omnia præteriti Interregni Acta, CONFOEDERATIONES, Reservationes &c. „approbantur. *ibid.*

§. 31. Cum vero his omnibus non obstantibus, Evangelici nihilominus premerentur, maximè per turbulentos Parochos ad Judicia temere tracti, & Decretis Tribunalitiis aggravati; iidem remedium malorum in Comitiis, quæ an. 1638. Rex Warsawiæ indixerat quærere statuerunt. Ibi, ne, periclitante tunc Republica, negotium Religionis Consilia publica turbaret, IV. primi Nominis Præsules Catholici, querulas Evangelicorum Voces solenni ASSECURATIONE demulserunt, mox Actis Castrensibus Warsawiensibus, Posnanienſibus & Wschowenſibus, inferenda;

Actum in Castro Wschowenſi, Feria tertia post Dominicam Rogationum proxima, an. 1638.

„Ad Officium Magnifici Domini Capitanei „Terræ Wschowenſis, & Acta præsentia „Castrensia Wschowenſia, personaliter ve„niens Generosus Johannes de Bukowiec „Slichtiuk, Judex Terrestris Wschowenſis, „Nuncius Palatinatus Posnanienſis, obtulit „ad acticandum in acta officii præsentis Ca„strenſis Wschowenſis Literas infra scriptas

„Illu-

Digitized by Google

„Illustrissimorum & Reverendissimorum in Christo Patrum, *Jacobi Zadzik*, Episcopi „Cracowiensis, Ducis Siewierscensis, *Matthiæ Lubienski*, Episcopi Cujawiensis & Pomeraniæ, *Andreæ Szoldrski*, Episcopi Posnanienſis, *Stanislai Lubienski*, Episcopi Ploscensis, Sigillis tribus communitas, & manibus ipsorum propriis subscriptas, quarum ea est quæ sequitur, de verbo ad verbum series:

„*Jacobus Zadzik, Dei Gratia Episcopus Cracowiensis, Dux Siewierscensis, Matthias Lubienski, Dei Gratia Episcopus Cujawiensis & Pomeraniæ, Andreas Szoldrski, Dei Gratia Episcopus Posnanienſis, Stanislaus Lubienski, Dei Gratia Episcopus Plocensis. Notum facimus, quia Nos, nolentes Pacem publicam in hac Patria nostra ulla de causa turbari, ad ardentissimas à Dissidentibus in Religione Christiana, præsentibus Comitiis ad Sacram Regiam Majestatem, & universam Rempublicam, delatas Instantias, ne ista Causæ vel præsentibus Comitiis, vel futuris, negotium facessant. Promittimus, Nos Parochis & Capellanis Nostris universis prohibituros, & Processu nostro iisdem denunciaturos esse, ne quis ipsorum, in causa Religionis audeat actionem intentare Dissidentibus in Religione Christiana, nobis seu Loci ordinariis inconsultis. Si vero tale quid accidat, Dominationes ipsorum mature Loci Ordinariis id significabunt, ut talos compesci queant. Ad hæc Epistola ad DD. Deputatos Tribunalitios „Spi-

„Spirituales scripta, ipsos monebimus, ne Causas „hujusmodi judicent; Salvis Juribus Parochorum, „quoad Obventiones Parochiales consuetas. Quam „in rem, manibus propriis, additis etiam Sigillis „nostris, subscribimus. Dat. Varsaviæ in Comitiis „Regni Generalibus Varsaviensibus, die 27. Apri„lis, an. 1638. Jacobus Zadzik, Episcopus „Cracowiensis, manu propria. Matthias Lu„bienski, Episcopus Wladislawiensis & Pomeraniæ. „Andr. Szoldrski, Episcopus Posnaniensis, manu „propria. Stanislaus Lubienski, Episc. Plocensis, „manu propria. Locus Sigillorum trium.

(L. S.)

Ex Actis Castrensibus Wschowensibus Extractum.

Correxit Klossowski.

§. 32. Ipsa verò illa Comitia, TRIBUNAL, Evangelicis infestum, sequenti Constitutione repressérunt:

„Quamvis Legibus Regni publicis, impri„mis Constitutione anni 1627. plenarie cau„tum sit, ne Tribunal de ejusmodi Causis, „quæ Legibus descriptæ non sunt, cognoscat, „aut quemquam iisdem aggravet. Quia ta„men hoc in passu Legibus publicis non sit „satis, præsenti Constitutione cavemus, ut „Tribunal prædictas Leges omnino obser„vet. Si verò contra Constitutionem me„moratam, Decreta talia in posterum lata „fue-

Digitized by Google

„fuerint, ex Nullitatis vitio subjacento, at-
„que ad Executionem minimè deducuntor.
„*Constit. Comit.* 1638. *pag.* 14. O Dekretach
„Tribunalskich.

§. 33. Post obitum Wladislai IV. CONFOEDERATIO GENERALIS, à Senatoribus & Civibus Regni pro more inita fuit Warsaviæ, mense Julio, 1648. ubi, *Emendatione Exorbitantiarum ad Electionem sequentem, ante Nominationem Regis* suscipienda, ita Respublica Confœderata loquitur:

„Proinde, invicem fraternè condescendendo, prout omnes Exorbitantias, ita illas „quoque quæ Dissidentes in Religione Christiana afficiunt, earumque *Emendationem*, „ad felicem B. C. D. Electionem novi Regis „proximè futuram, unanimi omnium Reipublicæ Ordinum consensu, differimus pag. „1. *Mox pag. 3. sequuntur prolixè ipsissima Verba Confœderationis Generalis anni* 1632. *quæ supra „suo loco exhibita sunt.* (§. 27.) Insuper, ne pax „publica ulla de causa turbetur, cavetur „hoc Dissidentibus in Religione Christiana „&c. *usque ad verba*: Et in Causis ex ipsorum „actoratu, forum citati competens sequi, „ibique jus suum obtinere debent. *Cuncta „illa hic verbotenus iteruntur, solummodo insertis „duabus novis Clausulis; in medio, post verba*: „Nullius esse valoris declaramus; *additur*, „cui Causæ Forum in Comitiis Regni assigna„tur; *& subjunctum, post verba*: quarumvis re-

„rum

Digitized by Google

„rum & injuriarum, *additur*, in magno au-
„stem Ducatu Lituaniæ in Magna Rota. *De-*
„*nique istam Confœderationem, masculâ & memo-*
„*rabili Declaratione claudunt*: Hanc Confœde-
„rationem, in omnibus Punctis & Clausulis,
„pro LEGE ÆTERNA habere volumus,
„& cuncta superius descripta, spondemus,
„pro Nobis & Posteris nostris, constanter
„observare & manu tenere, sub Fide, Ho-
„nore & Conscientiis Nostris. Si vero quis-
„piam istis contravenire, & Pacem superius
„in hac Confœderatione descriptam Ordi-
„nemque publicum turbare voluerit, contra
„talem omnes consurgemus in ejus Destru-
„ctionem. pag. 26.

§. 34. Cum verò Respublica, propo-
sitam tempore Interregni *Emendationem*, in
Electione perficere non posset, eandem
ad Coronationem distulit his verbis:
„Quandoquidem per angustias Temporis in
„præsentibus Electionis Comitiis fieri non
„potuit, ut juxta Confœderationem novissi-
„mam, Exorbitantiarum materia tractaretur;
„proinde Exorbitantias omnes, illas etiam
„quæ Dissidentes in Religione Christiana af-
„ficiunt, earumque Emendationem, ad feli-
„cem R. C. D. Coronationem Regiam, una-
„nimi omnium Ordinum Consensu, differi-
„mus. *Ordo Electionis pag.* 8.

§. 35. In PACTIS CONVENTIS
vero Respublica & Securitati Evangelico-
rum

Digitized by Google

tum pro more cavit, & Formulæ illius noviter introductæ, *Salvis Juribus Ecclesiæ Romanæ Catholicæ*, aciem iterato fregit, eo prorsus modo, quo an. 1632. idem factum fuerat:

„Et quandoquidem in hoc Illustri Regno „Gentis Poloniæ &c. *usque ad verba*: Con„fœderatione Generali descriptum & cau„tum est (*vid. supr.* §. 28.) *Ordo Elect. p.* 15.

§. 36. Secuti sunt tres Actus Solennes Electi Regis JOHANNIS CASIMIRI, nempe JURAMENTUM ejus SUPER PACTA CONVENTA; ejusdem JURAMENTUM IN CORONATIONE; itemque CONFIRMATIO GENERALIS JURIUM &c. quæ huc transcribere ideo supervacuum fuerit, quia ea cuncta ex iisdem Actibus p. m. Sigismundi III. an. 1632. de verbo ad verbum desumpta sunt, cumque illis, quod rem Religionis attinet, per omnes Syllabas & Apices conveniunt, ut adeo supra §§. 19. 20. videri queant.

§. 37. Verum enimvero cum promissa illa, & ab Electione ad Coronationem dilata *Exorbitantiarum Emendatio*, ne nunc quidem perfici posset, ei tamen ad proxima Comitia differendæ, peculiari RECESSU hunc in modum cautum fuit.

Digitized by Google

RECESSUS.

„Cum propter certas easque graves Cau„sas, summum nempe in quo Respublica „versatur periculum, præsentia felicis Co„ronationis nostræ Comitia, intra tres se„ptimanas terminanda fuerint, proindeque „negotium Exorbitantiarum & Postulata „Palatinatuum effectum haud potuerint sor„tiri; idcireo omnia hæc negotia utpote „Religionem Græcam, & DISSIDENTIUM „SECURITATEM, Honorum & Bonorum „. . . . omnesque in universum Exorbitan„tias, Postulata & Desideria Palatinatuum, „ad proxima Deo volente Comitia Regni „Generalia differimus, fideles subditos no„stros reddendo certiores, Nos æquos eo„rum Desideriis, tunc pro viribus satisfa„cturos esse. *vid. Constit. illor. Comit. p.* 20. „*Recess.*

§. 38. Subsecuta sunt *Comitia Generalia* eodem anno 1649. d. 22. Novembr. Sed quæ iterum afflictis Dissidentium rebus non nisi Spe & Promissis Solamen attulere, Leges tunc constitutas hoc RECESSU claudentia:

RECESSUS.

„Quandoquidem gravia Reipublicæ Nego„tia, urgentesque Necessitates universa hæc „Comitia occupavere, eaque de causa EX„ORBI-

Digitized by Google

»ORBITANTIÆ & Desideria Palatinatuum »effectú suum sortiri nequeunt; idcirco omnia »hæc Negotia, utpote Religionem Græcam, »& DISSIDENTIUM Securitatem, Hono»rum & Bonorum . . . omnesque in univer»sum Exorbitantias . . ad proxima Comi»tia &c. *verbotenus prout in Recessu præceden»te. vid. Const. Comit. General. p.* 20.

§. 39. Toties Respublica publicè professa est, erga Dissidentes EXORBITATUM fuisse! toties EMENDATIONEM pollicita! Sed ea fuit Temporum illorum Calamitas, ut quemadmodum aliquot prioribus, ita mox quoque secutis *anno* 1650. *Comitiis* nihil eam in rem proficeretur, verum promissa illa anxieque sperata *Emendatio* rursus ad proxima Comitia rejiceretur.

Fuit tamen in solatium Dissidentium toties spe sua frustratorum ea singularis hic adhibita Solennitas, ut ipse *Rex* peculiari scripto, rursusque *Primas Regni* idemque Archiepiscopus Gnesnensis, nomine reliquorum Episcoporum in Comitiis præsentium, una cum *Marescballo Nunciorum Terrestrium* scripto simili, Dissidentibus de Juribus suis, proxime ANTE OMNIA confirmandis, caverent; Scripta illa Originalia, subscriptione manus Regiæ, & Primatialis &c. confirmata, in Archivo primum Cüstrinensi diu custodita, nunc Berolini servantur, Archivo Cüstrinensi

Digitized by Google

rursus inferenda. Apographa vero ejus reperiuntur, tam in Metrica Regni, quam in Tabulis publicis sive Voluminibus Castrensibus Warsawiensibus, & Wschowensibus; unde Extractum Oblatæ est tenoris sequentis:

Actum in Castro Wschowensi Feria post Festum Sancti Martini Pontificis proxima, anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo quarto.

Ad Officium & acta præsentia Castrensia Wschowensia personaliter veniens Magnificus Andreas in Ossowosien Ossowski Capitaneus Wschowensis, obtulit eidem Officio ad Acticandum & in Acta præsentia ingrossandum Extractum Assecurationis pro Parte Dissidentium in Regno & M. D. Lithuaniæ, ex Actis Electoralibus Custrinensibus depromtum, tenoris talis: „*Serenissimi Electoris Brandenburgici,* „*Magdeburgi, Prussiæ, Juliæ, Cliviæ, Montium,* „*Stetini, Pomeraniæ, Cassubiorum, Vandalo-*„*rumque, nec non in Silesia Crosnæ, Carnoviæque* „*Ducis &c. notum testatumque facimus, depositas esse nomine Evangelicorum Statuum Regni Po-*„*loniæ, & M. D. Lithuaniæ majoris Securitatis* „*causa ad Archivum Electorale duas in Comitiis* „*Reipublicæ Polonæ Generalibus, anno 1650. no-*„*mine omnium Ordinum datas, propriarumque:* „*alteram Regiæ Majestatis Poloniæ & Suecie: al-*„*teram vero Primatis Regni, Nuntiorumque Ter-*„*restrium Mareschalci Manuum Subscriptionibus*

Digitized by Google

„firmatas Assecurationes, cautumque à nobis ipsa-
„met Autographa, quousque à prænemoratis Sta-
„tibus Regni repetita non fuerint, exactissime ser-
„vatum, Exemplaque eorundem authentica ad
„requisitionem cujuscunque extraditum iri. Est
„autem eorundem tenor, qui sequitur: Assecuratio
„Dominis Evangelicis data, quæ in futuris Comi-
„tiis ANTE OMNIA approbari debet. Privile-
„gia, Commissiones, Universalia, Mandata, &
„Interdicta, Exercitium Liberum Religione Chri-
„stiana tam in Bonis Nobilium, quam in Civitati-
„bus & Oppidis, Confœderatione anni 1632. ex-
„pressis (in quibus liberum Religionis Exercitium
„eadem Confœderatione concessum est) tollentia,
„aggravantia, vel impedientia, neque subscribe-
„mus, neque ex Cancellariis nostris utriusque Gen-
„tis extradi permittemus. Et si quando extradita
„essent, pro nullis & cassatis habebimus. Actio-
„nes omnes Dissidentibus intentatas, ratione
„Religionis Christianæ ita judicabimus, ut Pax
„Dissidentium in Religione & liberum eorum Re-
„ligionis Exercitium inviolata maneant. In Civi-
„tatibus & Oppidis nostris, ad Jus Municipale,
„& ad Magistratus homines Dissidentes in Reli-
„gione Christiana ut admittantur, non impedie-
„mus: neque eo nomine lata Interdicta ullum va-
„lorem habebunt. Salvis Privilegiis Civitatum.
„Et prout Constitutio anni 1622. Decreta omnia
„in vim Legis lata Pacem Dissidentium, Liberum-
„que Exercitium Religionis turbantia, pro nullis
„irritisque declarat; ita & Nos eadem pro Cassa-

Digitized by Google

„tis

„tis semper habere nosmet obligamus, neque eo-
„rundem Executionem permittemus, neque contra-
„rias Interpretationes, cum Articulo Confœdera-
„tionis de Dissidentibus pugnantes concedemus, non
„obstantibus quibusvis Protestationibus in
„contrarium factis, vel faciendis. Juramentum
„quoque Regum, Henrici, Stephani, Sigismundi
„III., Wladislai IV., Pacta, Conventa, Pa-
„cemque Dissidentium confirmare promittimus, in-
„cludendo huic Paci sub antiquioribus post Augu-
„stum Confœderationibus, Pacem Dissidentibus in
„Religione Christiana confirmantibus, ejusdem Pacis
„particeps fuerunt; Salvis Juribus Ecclesiæ
„Romano-Catholicæ, & Ducatus Masoviæ,
„integra nihilominus in omnibus Dissiden-
„tium de Religione Christiana Pace & Se-
„curitate, ita prout in anteriaribus Confœdera-
„tionibus, & in novissimo Actu Electionis descri-
„ptum & declaratum est. Actum Warsaviæ in
„Comitiis Generalibus die 6. Januarii 1650. JO-
„HANNES CASIMIRUS REX. Puncta, Do-
„minis Dissidentibus data, quæ in futuris Comitiis
„Generalibus sex septimanas duraturis, ante omnia
„debent approbari. Privilegia, Commissiones,
„(de verbo ad verbum consonat Scripto su-
„periori Regio usque ad finem ut non opus
„sit ea iterare.) Matthias Lubienski, Archi-
„episcopus Gnesnensis, suo, & DD. Episcoporum
„in Comitiis hisce præsentium nomine. Boguslaus,
„Comes in Leszno, Generalis Majoris Poloniæ,
„Mareschallus Equestris Ordinis. Majoris Fidei

„evi-

Digitized by Google

„evidentiorisque Testimonii gratia Præsentes Sigillo „Electorali munitas nomine omnium Præses & „Director Collegii subscripsit. Dabantur in Arce „Electorali Custrinensi, die 25. Nov. styl. Jul. „1658. Locus Sigilli Electoralis. In absentia Dö„mini Cancellarii subscripsit Wolfgangus Erasmus „de Borneſtedt.„ Quem quidem Extractum modo præmisso præinsertum, Officium præsens suscepit & Actis suis connotari fecit. Originale verò eidem Magnifico offerenti restituit, de quo restituto Officium præsens quietavit quietatque præsentibus.

Ex Actis Castrensibus Wschowensibus Extractum.

Kloſſowski.

(L.S.)

§. 40. Quandoquidem *Comitia Generalia* ejusdem anni 1650. item anni 1652. nec non an. 1653. binas intra Septimanas terminata fuerunt, negotio Religionis locus in illis non fuit. Comitia verò anni 1654. ad spatium sex septimanarum spatium producta, quamvis quæ scriptis modo laudatis promissa fuerant, non præstarent, Spem tamen eorundem præstandorum publica Lege fecerunt, sub titulo: *Sepositio certi Scripti, ad proxima Comitia.*

„Prætensionem Dissidentium in Religio„ne Christiana, ratione certi Scripti, quan-

Digitized by Google

„doquidem præsentibus Comitiis, propter „urgentissima Reipublicæ negotia, eidem „satisfieri non potuit, ad proxima Comitia „seponimus. *Constit. p. 8.*

§. 41. Anno proximo coacta sunt Warsawiam *Comitia Generalia*, duas tantum hebdomadas duratura, quibus spes, prioribus facta, iisdem verbis iterata fuit:

Sepositio certi Scripti ad proxima Comitia.

„Prætensionem Dissidentium in Religione „Christiana ratione certi Scripti, quandoqui„dem præsentibus Comitiis propter ur„gentissima Reipublicæ negotia eidem satis„fieri non potuit, ad proxima sex septima„rum Comitia seponimus. *Constit. p. 2. fin.*

§. 42. Secuta ea sunt Anno 1658. d. 10. Julii, turbido Reipublicæ Statu, nec rebus Religionis tractandis opportuno, relatus tamen inter Leges est, sequens eorundem

RECESSUS.

„Quandoquidem in præsentibus Comitiis, „omnibus Palatinatuum Desideriis, EXOR„BITANTIIS &c. locus esse non potuit. Id„circo cuncta hæc ad proxima B.C.D. Comitia „seponimus, atque ut Exorbitantiis hisce & „Desideriis satisfieri queat, Comitia, sex „septimanas duratura, Deo volente, anno „proximo, ad summum intra Mensem Fe„bruarium, indicemus. *Constit. Comit. p. 70.*

§. 43.

Digitized by Google

§. 43. Inter has pro universo Regno Curas, in specie Paci Religiosæ Provinciæ PRUSSICÆ, occasione *Pactorum* tunc conclusorum, prospectum fuit.

PACTA WELAVIENSIA
art. VIII. ita sonant.

„Serenissimus Rex Poloniæ, & Respubli„ca, pro se, & Successoribus suis promit„tunt, quod in Casu Devolutionis, nihil in „præjudicium tam Augustano-Lutheranæ, „quam Augustano-Reformatæ Religionis in„novabunt, aut attentabunt.

PACTA OLIVENSIA
art. II. §. 3. hoc modo.

„Civitatibus Prussiæ Regalis, quæ in Posses„sione suæ Regiæ Majestatis Regniq; Sueciæ „hoc bello fuerunt, manebunt itidem omnia „Jura, Libertates & Privilegia, quibus sive in „Ecclesiasticis, sive in Profanis potitæ sunt „ante hoc Bellum, (Salvo libero uti ante „Bellum viguit in prædictis Civitatibus Ca„tholicæ & Evangelicæ Religionis exerci„tio); earumque Territoria, Magistratus, „Communitates, Cives, Incolas & Subdi„tos, S. R. Majestas Poloniæ, eadem qua „olim Clementia & Gratia Regia in poste„rum prosequetur, fovebit, & tuebitur.

§. 44. Noviſſimis tamen Comitiis, an. 1667. REX, datam olim primis ſuis Comitiis Diſſidentibus ASSECURATIONEM, Lege publica firmavit:

„Scriptum quoddam certum, unum quidem manu noſtra, alterum manu Reverendiſſimi Archiepiſcopi Gneſnenſis, & „Generoſi Mareſchalli Nunciorum Terreſtrium, Subſcriptum, & Actis Metricæ Cancellariæ noſtræ majoris, Regni, inſertum; „Lege præſenti, in toto approbamus. *Conſtit. Comit. p. 4. ſub tit.* Approbatio Scripti „Metricæ Cancellariæ noſtræ majoris, Regni, „inſerti.

§. 45. Hactenus SECURITAS DISSIDENTIUM in Polonia, tot Regum Juramentis, tot Legibus Publicis firmata, Conniventia & promiſſæ Emendationis nimia Dilatione luxabatur, abhinc LIBERTATIS RESTRICTIONE violentius quaſſanda, ac demum infeſtarum Legum Sanctione convellenda.

Triſtem ejus rei Epocham cumprimis ab *Interregno* poſt Abdicationem *Johannis Caſimiri* repetere licebit. Cum enim Confœderationes hactenus omnes, ſimili Tenore Juribus Diſſidentium caviſſent, quæ poſt dictam Abdicationem an. 1668. facta eſt, non ſolum hunc de Diſſidentibus Articulum (qui ſupra ad an. 1632. §. 27. & alibi videri poteſt) in nonnullis interpo-

Digitized by Google

lavit, verum quoque in summum Libertatis Evangelicorum Præjudicium nova quædam eidem adjecit

Namque 1m.

Ubi antehac in Urbibus Regiis, Dissidentibus Ecclesiam publicam ibidem non habentibus, privatos intra Parietes, Devotionibus sacris operam dare tutum & integrum erat; Nunc hæc Libertas ita restricta est, ut, sub prætextu,

„Jurium Ducatus Masowiæ, quæ salva manere jubentur, Dominis Dissidentibus, peregre ad Conventus publicos atque Judicia „advenientibus, vel in aula Regia morantibus, concedatur quidem Facultas Devotiones privatas peragendi, sed exclusis „plebejorum Servitoribus, sine Conventiculis, sine Concionibus, sine Cantionibus. &c. *Confœd. Gener. p. 5.*

2do.

Ubi præcedentes Confœderationes omnes & singulos, cujuscunque Conditionis homines, nullis, ne Judæis quidem exclusis, protegere promittunt; (vid. Volum. Const. p. 404. in med.) hæc præsens Confœderatio non solum *Arianos*, Lege publica proscriptos, sed etiam quosvis,

„Apostatas à Fide Catholico-Romana, & „Unitorum (*Græcorum*) abhinc transeuntes, „simpliciter excludit, & decernit, ut Apo-

Digitized by Google

stasiæ

„ſtaſiæ abhinc convicti, in foro fori exilio „plectantur. *ib. p. 6.*

Quorum utrumque cum per ſe grave eſſet, abuſu autem & odioſæ Legis laxiſſima Extenſione, longo fieret graviſſimum; nihilominus Vulnus hac Confœderatione Rei Evangelicæ inflictum, quæ eam poſt obitum Michaëlis & Johannis III. ſecutæ ſunt, usque renovarunt. Hæc ipſa tamen, & quæ his ſimilia turbatis temporibus irrepſere, quoniam extra mentem Reipublicæ, contra Leges & Confœderationes antiquas ſunt appoſita, ideo LEGI poſitivæ, ÆTERNÆ, tot Confœderationibus & Regum Juramentis firmatæ & ſtabilitæ, præjudicioſa eſſe non poſſunt, quemadmodum etiam inſtantaneè circa Subſcriptiones plurimis Proteſtationibus ſunt reſtricta.

§. 46. Cæterum ſecuta eſt an. 1669. Electio MICHAELIS Regis, ubi PACTA CONVENTA, JURAMENTUM ſuper Pacta Conventa, ROTA JURAMENTI in Coronatione præſtiti, CONFIRMATIO GENERALIS JURIUM, & quæ præterea huc pertinent, verbotenus illis conformia ſunt, quæ in Electionibus HENRICI & ſuccedentium Regum ſupra vidimus, ut ea huc tranſcribere non ſit opus. *Felices in Polonia Diſſidentes, ſi Fides Publica ipſis protegendis ſufficeret!*

Mox tamen ægre ipſis fecere Comitia ſub-

Digitized by Google

subsecuta an. 1670. quibus novissimæ Confœderationis Generalis Rigor *in Apostatas* (quos vocant) iteratus fuit, his verbis:

„Cumque Crimina in Divinam Majestatem „commissa celerem requirunt vindictam, ut „pote Arianismi, Sacrilegii Judaici, & cu„jusvis Apostasiæ: Idcirco tales Causæ quo„vis die & mense in judicium evocari & ju„dicari debent, ante omnia. *Const.* 16. *p.* 24.

§. 47. Mortuo MICHAELE, anno 1673. CONFOEDERATIO GENERALIS Omnium Ordinum Reipublicæ inita fuit, quæ & BONA & MALA DISSIDENTIUM communia habet cum illa anni 1668. post Abdicationem Johannis Casimiri inita, ut de ea nihil hic ultra dici referat.

§. 48. Successit JOHANNES III. ubi rursus PACTA CONVENTA, JURAMENTUM super, JURAMENTUM in Coronatione, CONFIRMATIO GENERALIS JURIUM, præcedentibus ex asse respondent. Quippe in PACTIS CONVENTIS Formula ex præcedentibus retinetur:

„Ut sit Pax inter Dissidentes de Religione Chri„stiana, non obstantibus Protestationibus, „*Salvis Juribus Ecclesiæ Romano-Catholicæ*.

Et in CONFIRMATIONE GENERALI JURIUM, pag. 8. clarius & disertius quam ab aliis Regibus factum fuerat (vid. supra §. 8.

Digitized by Google

§. 8. Johannes III. Securitati Dissidentium cavet, his verbis:

„Quod vero supra, hisce Literis, Privilegia, Libertates Ecclesiasticas, cum caeteris confirmaverimus, in Juramento Nostro Ecclesias Catholicas Romanas nominaverimus, id nihil omnibus Ecclesiis Græcis „& Privilegiis earundem obesse debet; imo „eadem in suo robore conservamus, nec „non & Articulo Juramenti huic, ne unquam derogare volumus: Quod videlicet „Pacem & Tranquillitatem inter Dissidentes „de Religione tuebimur, & manu tenebimus, quem inconcusse, firmiter; ac inviolabiliter, & cum effectu Nos observaturos promittimus ac spondemus.

§. 49. Neque vero Rex pissimus juxta & Sapientissimus se vel Jurisjurandi immemorem, vel justæ Dissidentium Causæ (quantum in ipso fuit) minus faventem deprehendi passus est. Etenim, (ut unicum hoc exempli gratia adducatur) cum an. 1682. Templum Evangelicorum *Vilnense*, Lege publica & Decreto Regio munitum, à petulantibus Pacis Publicæ Turbatoribus, per tumultum eversum, Ædificia Parochialia solo æquata, Cadavera sepulchris ejecta, omnis supellex Templi, inque eo Depositæ magni pretii direpta essent, Rex Commissarios de Causa cognituros constituit his verbis Rege dignis: „Pro-

Digitized by Google

„Proinde Nos non tantum vigore Juris „Jurandi Regii, quo Pacem inter Dissidentes „tueri tenemur, verū etiam per Pietatem Chri„stianam, quæ prout omnem Feritatem, ita „multo magis Tyrannidem indignatur, Sin„ceritatibus & Fidelitatibus Vestris commit„timus, ut in eam rem inquiratis . . . reos „adhibita etiam forti & armata manu com„prehendatis . . . . justitiam decisive & „definitive administretis . . . . ea in quibus „exorbitatum in orbitam reducatis „ & se„cundum Jura, Privilegia & Decreta, uni„cuique Immunitatem præstetis . . . *Dab. „Javoroviæ A. D.* 1682. Regni nostri IX.

JOHANNES REX.

Cumque Commissarii, quos inter Reverendiss. Episcopus Vilnensis, & Supremus Dux Exercitus Lith. Princeps Sapieha erant, Violatoribus debitas Poenas, Templi vero, Scholæ, & Ædium Parochialium Restitutionem decrevissent, Rex istud eorum Decretum clementissime ratihabuit. *Vilnæ* die 22. *April.* A. D. 1688.

§. 50. Cumque occasione Legis in Arianos renovatæ, Evangelici tanquam Ariani coram Tribunalibus iniquissimè vexarentur, huic malo (post Statutum anni 1678. pag. 24. Tit. O *Prokuratorach,*) etiam in Comitiis an. 1685. Lege publica obviatum fuit:

Quan-

Digitized by Google

„Quandoquidem ultra mentem Constitu-
„tionis anni 1658. aliarumque subsequentium,
„in *Sectam Arianam* sancitarum; Et contra Na-
„turam Causarum in Tribunalibus Regni, ad
„*Registrum Arianismi*, homines diversæ Con-
„ditionis dicta Hæresi nullatenus inquinati,
„PER ABUSUM adcitentur & judicentur:
„Idcirco malo huic occurrentes, constitui-
„mus, ne ad hoc regestrum Personæ aliquæ
„trahantur in Causis quibusvis, præsertim
„Juris, Fundi, Administrationis Justitiæ, &
„aliis; Sed tantum, qui *Professione meræ sunt*
„*Ariani, Apostasiæ, Judaismi, Sacrilegii, Violentiæ*
„*& Obsanguinolationis in Ecclesia vel Cœmeterio,*
„*rei, ac eorum Fautores & Complices*: & id qui-
„dem sub pœna Evocationis Quingentarum
„Marcarum, & Nullitate Judicatorum &
„Condemnationum. *vid. Constit. an.* 1685.
„pag. 20. *sub tit.* Regestr. Aryanski.

§. 51. Mortuo *Johanne III.* glor. mem. secuta est anno 1696. CONFOEDERATIO GENERALIS omnium Ordinum Reipublicæ, quæ, ut omnia alia, sic quæ Dissidentes spectant, breviter est complexa, à duabus præcedentibus haud abludens:

„Leges & Confœderationes de Conservan-
„da inter Dissidentes in Religione firma Pa-
„ce latas, imprimis verò Confœderationem
„Warsawiensem anni 1674. in toto reassu-
„mimus; quæ dicta universa Dissentientibus
„in-

Digitized by Google

„inviolabiliter conſervabimus, Salvo Jure & Exceptis Ducatus Maſowienſis, nec non „Religionis Græcæ, tam Unitæ quam Dis„Unitæ, in Corona, & in M. D. Lituaniæ exi„ſtentis: omnesque præteritorum Interre„gnorum Confœderationes reaſſumendo, „ſpondemus, quod circa Jura & Privilegia „eas tuebimur & conſervabimus. *Arianis* „verò & APOSTATIS, nec non *Quakeris* & „*Mennoniſtis* Confœderatio iſthæc præſidio „eſſe haud debet.

§. 52. Electus dein eſt in Regem AUGUSTUS II. quo cum inita PACTA CONVENTA, quoad res Religionem Evangelicam ſpectantes in Eſſentialibus equidem cum Pactis Anteceſſorum conveniunt, in nonnullis tamen ab iis recedunt; tenore ſequenti:

„Quandoquidem in Illuſtri hac Corona Po„lonicæ, Lituanicæ & Ruſſicæ Nationum, „Dominiorumque ad eas ſpectantium, non „pauci dantur Diſſidentes in Religione Chri„ſtiana, caventes Anteceſſorum noſtrorum „exemplo, ne in poſterum Seditiones quæ„piam aut Tumultus ex Occaſione Diſcordiæ „& Litium in Religione oriantur; id, quod „tam multis Confœderationibus Generali„bus Warſawienſibus cautum eſt, nempe, „in cauſa Religionis Chriſtianæ Pacem inter „Diſſidentes in Religione Chriſtiana conſer„vari debere, id Nos, in toto, æternis tem-

Digitized by Google

„poribus præstabimus, & nos præstituros esse „spondemus, non obstantibus quibuscunque „Protestationibus, contra Confœderationes „istas factis, salvis per omnia Juribus Ecclesiæ „Catholicæ Romanæ, & Exceptis Juribus „Ducatus Masowiæ & Livoniæ; integra ma„nente omnibus in Religione Christiana Dis„sidentibus Pace & Securitate, ita prout ea „res Legibus & Confœderationibus consti„tuta & descripta est.

Hactenus Pacta præsentia sequuntur Pacta Johannis III. Cum verò hic Evangelici *Jus ad Dignitates Senatorias* urgerent, sequens Clausula, Superioribus immediatè cohærens, hic inserta fuit:

„In distribuendis vero Dignitatibus & Sellis „Senatoriis, nec non Capitaneatibus Judi„cialibus, continuum usum & antiquam Pra„xin à piæ memoriæ Johanne Casimiro, Mi„chaële, Johanne III. Antecessoribus nostris „Regibus Poloniæ, sacrosanctè observatam, „Nos quoque punctualiter observare spon„demus, exceptis *Mennonistis*, *Anabaptistis*, „*Quakeris*, quibus Jura *Dissidentibus in Religione* „*Christiana* servientia, præsidio esse non de„bent, imo verò omnes Leges & Statuta „contra Arianos lata, in hosce reassumi„mus.

Clausula isthæc ambigua & anceps, prima fronte Evangelicis favere, ipsisque ad Dignitates

Digitized by Google

gnitates Senatorias aditum pandere videtur, ab iisdem solos *Mennonistas*, *Anabaptistas* & *Quakeros* excipiens, quorum tamen nullus unquam tali Dignitate ornatus reperitur. Quia verò Regis hac in re Dispositio ad Praxin, (NB.) non *Sigismundi Augusti*, *Henrici*, *Stephani*, *Sigismundi III. Wladislai*, sub quibus Evangelici iis Dignitatibus gaudebant, verum novissimorum *Johannis Casimiri*, *Michaëlis*, *Johannis III.* sub quibus iisdem excludebantur, restringitur, ea Clausula utique in Præjudicium Evangelicorum conflata esse intelligitur.

§. 53. JURAMENTUM Augusti II. in Coronatione præstitum, cum Juramentis Antecessorum ita ad verbum convenit, ut ejus hic repetendi nulla sit necessitas.

§. 54. His hactenus allegatis, Coronidis loco addenda est ASSECURATIO, quam Ecclesiæ Romano-Catholicæ eximio in Polonia Præsuli, Reverendissimo *Episcopo Posnanienſi* Justitia sua & Pietas novissimè expressit, quamque iis Dissidentibus in Religione dedit, non per turbas in Comitiis (quod alias criminantur) extortas, sed libere, & quidem occasione eorum, quæ *ex relatione Magnarum Personarum Senatorii & Equestris Ordinis* Illustrissimo Episcopo innotuerant. Assecuratio ista hæc, uti quidem ad Acta Castrensia Posnanienſia

Digitized by Google

oblata, & ibidem obsignata fuit, ita habet:

Actum in Castro Posnanienſi, Feria Quinta in craſtino Feſti SS. Petri & Pauli Apoſtolorum: Anno Domini 1701.

"Ad Officium & Acta præſentia Caſtrenſia "Poſnanienſia perſonaliter veniens Magnif. "Boguslaus Unrug, Subdapiferides Poſna- "nienſis, Magnif. Georgii Unrug, Subdapi- "feri Poſnanienſis &c. Filius, & Caſtri præ- "ſentis Vice-Notarius, obtulit eidem Officio "ad acticandum & Actis hiſce ingroſſandum "Literas Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Do- "mini, Domini Nicolai Stanislai in Swiecice "Swiecicki, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia "Epiſcopi Poſnanienſis, infra ſcriptas, manu "& ſigillo ejus propriis ſubſcriptas & obſigna- "tas, pro parte Diſſidentium in Religione in- "ſerviendo, ſanas, ſalvas, & illæſas, omni- "que ſuſpitionis nota, prout ex iis apparebat, "carentes, tenoris verborum ſequentium:

„*Nicolaus Stanislaus in Swiecice Swiecicki, D. G.* „*Epiſcopus Poſnanienſis, Perilluſtribus & Reveren-* „*diſſimis, Officiali Generali, Judici ſurrogato ac* „*Locum tenenti Officii noſtri Conſiſtorialis Poſna-* „*nienſis, Fratribus noſtris obſervandiſſimis, ſalu-* „*tem in Domino. Ex relatione magnarum Perſo-* „*narum Senatorii & Equeſtris Ordinis Majoris* „*Poloniæ accepimus, qualiter Rn. Parochi & alii*

Re-

Digitized by Google

„Rectores Ecclesiarum Diœcesis nostræ Posnanienſis „diversos Nobiles, Terrigenas Regni, ac etiam In„colas, Cives & Oppidanos in Religione Dissiden„tes, partim ad Judicia Officii nostri Posnanienſis, „partim ad Judicia Tribunalis Regni, tum Castrenſia „Capitanealia, pro diversis materiis, negotiis ac „causis Religionem involventibus, citant & evo„cant, exindeque Pacem inter Catholicos & Dissi„dentes Legibus Regni firmatam, turbant. Nos „igitur volentes omnes quascunque hinc inde exor„tas Lites ac Prætenſiones, per nostram autorita„tem sopire & concludere, Fraternitatibus Vestris „præcipiendum & inhibendum esse duximus, præci„pimusque & mandamus, quatenus Fraternitates „Vestræ à Cognitione Causarum quarumcunque & „quacunque ratione & motu ad Officium nostrum „Consistoriale Posnanienſe per quoscunq; Parochos & „Beneficiatos Diœc. Posnanienſis Dissidentibus in Reli„gione motarum & movendarum, supersedeant & „quilibet Fraternitatem Vestrarum supersedeat tanti„sper, donec in Persona nostra ad Ecclesiam nostram Ca„thedralem descenderimus & Deo dante venerimus. „Quapropter motu nostro proprio omnes causas & „actiones ad quascunque subsellia Secularia & Spiri„tualia per Clerum Dissidentibus institutas & inten„tatas, in iisdem Judiciis pendentes, indecisas, ad „idem tempus supra præfixum suspendimus, & pro „suspensis declaramus. Requirentes Fraternitates „vestras, quatenus præsentem Voluntatem & Man„datum nostrum omnibus illis, quorum interest, legiti„mè ad notitiam deduci curent. In quorum fidem

Digitized by Google

„dabantur Varsaviæ in Palatio nostro, hac die, „nona Mensis Junii, anno Domini 1701. Nicolaus Episcopus Posnaniensis, manu propria: Locus Sigilli ejusdem Illustrissimi Episcopi proprii. Cujus quidem Scripti Originale idem offerens ad sevicissim accepit, & dare cepto Officium præsens quietamis, quietatque præsentibus.

Ex Actis Castrensibus Posnaniensibus Extractum.

Ex hactenus deductis patet, esse Dissidentibus Poloniæ sua Jura, dummodo Jurium Vindex esset atque Assertor.

Tantæ ergo Causæ, tamque solidis fundamentis innixæ, supremos Juris Justitiæque Auctores, Deum, Regem, Rempublicam, merito confidimus haud defuturos.

Digitized by Google

II.

APPENDIX.

De Ecclesiis *Reformatis*, in Regno POLONIAE & Magno Ducatu LITHUANIAE.

IN Majori Polonia, fuerunt olim Ecclesiæ Reformatæ LXIII. vid. Adriani *Regenvolscii* (proprio nomine: Andreæ WENGERSCII, Senioris Districtus Lublinensis & Chelmensis, qui obiit Anno 1649. ætatis 49.) Systema Historico-Chronologicum Ecclesiarum Sclavonicarum, pag. 111. & 112. nunc modo VIII.

1. In Urbe Lesnensi.
2. In Oppido Skoki; reliquæ in Pagis, ut:
3. Heyersdorff und Kässel.
4. Bassiwitz.
5. Orzeszkow.
6. Waschike/ ubi communia Sacra cum Lutheranis.
7. Wola Potworowska.
8. Zychlin.

Iisdem Ecclesiis annumerantur:

9. Thorunienſis, in Prussia.
10. Crokowienſis, in Pomerellia
11. Garberowienſis } in Dynastia Lauen-
12. Schwartowienſis } burgensi.

Digitized by Google

In Minori Polonia, fuere olim Distrietus V. vid. Regenvolscius, pag. 123. 124. 133. 134. 136. 137. Nunc unus. Templa, amplius CXXX. confer. idem, pag. 92. 93. Nunc vix VII. nempe.

1. Belzyce } Oppida.
2. Piaski }

3. Laperynawola
4. Nowytaniec
5. Sieczkow } Pagi.
6. Tursko
7. Wielkonoc

In LITHUANIA, sunt adhuc Distrietus VI. vid. Regenvolscius, pag. 140. Ecclesiæ olim erant CXLVI. (quas tamen Regenvolscius non recenset) nunc LI.

1. Bielica
2. Birze
3. Kieyelany
4. Kopyl
5. Koyelanow
6. Lubecz
7. Orbe
8. Rosienie
9. Sidra
10. Stuck
11. Wegrow
12. Wilno
13. Wizuny
14. Zabtuclow
15. Zuprany

} Urbes.

Digitized by Google

16. Dubinki
17. Kietmy
18. Kopys
19. Nowe Miasto
20. Ortow
21. Sereie
22. Swiadosc

} Oppida.

23. Boynarow
24. Dokudow
25. Popiel
26. Radziwiliszki
27. Sielec
28. Sotomiesc

} Pagi in bonis Radzivillianis.

29. Dziewaltow
30. Gruzdzie
31. Jamne
32. Koscieniew
33. Moczulne
34. Monkiszki
35. Niepokuczyce
36. Nurzec
37. Ostaszyn
38. Promiez
39. Widuktow
40. Zarwy

} Pagi in bonis Nobilium.

Digitized by Google

41. Greze
42. Krasnogoliszki
43. Lebiedziew
44. Linkowiec
45. Ptoniany
46. Ponatyry
47. Pomusze
48. Szwabiszki
49. Szydtow
50. Szylany
51. Zeymele

Pagi Ecclesiastici.

De *Scholis.*

Majoris Poloniæ, fuere VII. ex octo de quibus vid. Regenvolsc. p. 117. ex quibus solum Gymnasium *Lesnense* adhuc floret.

Minoris Poloniæ fuerunt XV. vid. Idem p. 137. 138. 139. nunc nullæ.

In Lithuania adhuc vigent tres: Stucensis, Kieydanensis, & Berzensis, in Urbibus Radzivil: ex VIII. de quibus. Vide Regenvolsc. p. 149.

Digitized by Google

A. M. GÖRINGII ad locum ROM. VI. 7.

Observatio,

in, qua Apostolum, non de morte naturali, sed spirituali loqui, defenditur.

Ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας.

NE benevolum Lectorem per longas ambages fatigem, ad tria, quæ in hoc Aphorismo Paulino potissimum consideranda esse, existimo, me statim converto. I. De morte. II. De Justificatione III. De peccato quædam dicturus sum. A morte autem alias inimico nostro ultimo, initium.

I. Mortem esse triplicem, naturalem, spiritualem & æternam satis notum est. Dispiciendum igitur est, de quanam morte Apostolus hic loquatur? De morte æterna, quæ in privatione vitæ æternæ consistit, Apostolum non loqui, certissimum est: Num vero de morte naturali, quæ in separatione animæ a corpore consistit, sit sermo, in dubi-

um

um vocatur. Sunt qui affirmant; (a) sunt qui negant. Ego negantium sententiæ subscribere malo. De morte Spirituali igitur Apostolum in h. l. loqui (b) mihi demonstran-

(a) Sententia de morte naturali præ cæteris placet Doctiss. Sigism. Richtero in Disput. *De homine per mortem a peccatis justificato* sub præsidio Cl. Viri Casp. *Lescheri*, Witteb. 1701. in h. l. habita. It. Clariss. *Heumanno*, cujus explicationem Fasc. IV. Biblioth. Brem. p. 290. invenimus. Ab hoc Clerico, & a Polo in Synopsi Vatablus pro hac sententia citantur. Eo etiam *B.* Gerhardus inclinare videtur in Commentario suo in h. l. Alteram tamen sententiam eum non negasse infra ex Confessione sua Catholica videbimus.

(b) De morte spirituali hæc verba explicant Steph. de Brais, Lud. de Dieu, Menochius, Pareus. Quibus addo Origenem [a WERNSDORFIO seu potius Andr. *Michaele* Auctore, in Dissertatione in Rom. VI. 8. *De morte ac vita fidelium cum Christo* 1703. Witteb. habita, §. IIX. citatum) qui sic loquitur: *Certum est mortuum, peccatorem esse non posse* (nam qui mortuus est justificatus est a peccato) *Non ergo manere poterit in peccato, qui mortuus est peccato.* Plura vide in Origenis Comment. in h. l. Approbant ibi hanc Origenis de morte spirituali sententiam Doctiss. Præses & Auctor Respondens, Doctiss. Lœscheri itaque Disputationi, *De homine per mortem a peccatis justificato*, Doctiss. Wernsdorffii Dissertationem *De morte ac vita fidelium cum Christo* opponimus. De Calovii sententia infra: Chrysostomi verba in h. l. sunt, Ὥσπερ ὁ Ἰωάννου ἀπέθανεν τὸ λοιπὸν τῆ ἁμαρτίᾳ νεκρὸς κείμενος, οὕτω καὶ ὁ ἀναβὰς ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος

strandum est. Ante omnia distinctio inter mortem spiritualem fidelium & infidelium hic probe

πτίσματος· ἐπειδὴ γὰρ ἅπαξ ἀπέθανεν ἐκεῖ, νεκρὸν δεῖ μένειν ἀπὸ παντὸς τῆς ἁμαρτίας. Εἰ οὖν ἀπέθανες ἐν τῷ βαπτίσματι μένε νεκρὸς καὶ μὴ ἔτι ἁμάρτανε ἀποθανών, ἐπεὶ ἁμαρτάνειν δυνατὸν ἦν. Εἰ δὲ ἁμαρτάνεις λυμαίνῃ τὸν θεῖον τὸν δωρεὰν *Quemadmodum qui e vita decessit, in posterum peccato liberatur, moritur quum jaceat: sic & is qui a baptismo descendit, quandoquidem enim illic semel mortuus est, peccato omnino mortuus maneat. Si igitur in Baptismo mortuus es, mane mortuus: etenim unusquisque mortuus quum est, amplius peccare nequeat, qui si peccas, labefactas DEi donum.* Laudat hanc Chrysostomi explicationem Quistorpius in Annotationibus Biblicis in h. l. Hieronymus in h. l. dicit: *Mortuus alienatus est a peccato. Mortuus enim omnino non peccat: ita & qui natus est de DEo, non peccat.* Et Lutherus T. I. Altenb. p. 53. Wer gestorben ist/ der ist von Sünden gerechtfertiget/ welcher Todt oder Sterben hebet an im Bußleben/ und währet biß ins Grab Ps. 44. wir werden täglich getödtet um deinet willen. Calvinus in h. l. *Argumentum a mortis proprietate seu effectu. Nam si mors abolet omnes vitæ actiones, nos qui peccato mortui sumus, ab ejus actionibus cessare oportet, quas durante sua vita exercebat - - - Sic ergo in summa habeto, si Christianus es, oportere in te signum apparere communionis cum morte Christi: cujus fructus est, ut crucifixa sit caro tua cum suis concupiscentiis omnibus. Cæterum hanc communionem non ideo nullam esse, si reliquias carnis vivere adhuc in te sentias: sed meditandum assidue ejus augmentum, donec ad metam perventum sit.* Sic Bucerus, Hyperius a Marlorato in

h.

Digitized by Google

probe observanda est. Mors Spiritualis infidelium est privatio vitæ viriumque Spiritualium;

h. l. citati. It: Pellicanus in h. l. Bellarmini in h. l. verba sunt: *Docemur, quod per justificationem, qua morimur peccato & resurgimus justitiæ, repræsentemus Christi mortem & resurrectionem.* Tollit quidem abusum hujus loci in Articulo de justificatione B. Gerhardus in Confessione Catholica pag. 1497. fol. De morte spirituali tamen seu sanctificatione Apostolum loqui in responsione non negat. Citantur ibi Cornelius a Lapide, Toletus, Estius, Tirinus, qui omnes idem sentiunt, quorum nullus a B. Gerhardo quoad hunc sensum refutatur. B. Hunnius in Comment. in h. l. ejusdem est sententiæ. B. Glassius in Philol. Sacr. p. m. 1807. *Mori metaphorice accipitur, cum mori peccato dicuntur credentes Rom. VI. 2. 7. 11. Hoc est renunciare & velut infrugiferi ac otiosi ipsi fieri, sicut mortuus naturaliter non agit vel operatur.* Calvinus in Bibl. illustrat. in h. l. *Sententiam hanc Apostoli de morte naturali explicant sane nonnulli, neque dubium nobis est, alludi ad mortem naturalem; quod in ea liberemur a peccato - - - Caterum videtur hic quantum ad præsentem materiam ille Aphorismus, qui mortuus est, justificatus est a peccato, directe concernere mortem illam spiritualem, qua peccato quis mortuus est - - - Id non exhaurit vim Aphorismi Apostolici, nec simplicitati dictionis Apostolicæ convenit, quod naturaliter mortuus non serviat amplius peccato - - - atque eatenus liberetur &c.* B. Mylius Comment. in h. l. p. 240. sqq. *Crucifixum dicit veterem hominem cum Christo, mortuos nos cum Christo, quod communicetur nobis crucifixio & mors Christi, ut donum, ut virtus, ut exemplum; ut donum, quo justificamur; ut virtus, qua in nobis interimitur vetus homo & excitatur novus; ut exemplum, ut in cru-*

Digitized by Google

lium; seu qua in peccatis mortui & a vera illâ animæ vita, quæ in DEo est, separati dicuntur

crucem & mortem Christi respicientes nos ad illum typum conformemur. Nisi enim prius in nobis extincta sit virtus innati peccati & vis nova accesserit, quæ nobis vigorem novum aspiret, frustra Christi imitationis exemplum proponitur. Strigelius in h. l. dicit: *Mortuus justificatus est peccato, i. e. justa pœna affectus desinit peccare, ut fur suspensus deinceps non furatur. Eodem modo peccatum mortificatum & sepultum a Christo non fit efficax. Hac simplici sententia contenti simus, nec subtiliorem interpretationem quæramus. Quisquis enim plus justo non sapit, ille sapit.* Et elegantèr Coccejus in Anecdot. l. *Mortem hic intelligimus eam, quæ sufficiens sit & idonea ad pœnam finiendam, sive qua obita etiam ad tempus, lex nullam amplius pœnam flagitat. Tali satisfactione data justificamur a peccato h. e. DEi justitia postulat, ut cum omni maledictione & omnibus pœnis etiam peccati dominium cessel. Nam peccati dominium est inter pœnas. Jam verò talis mors est, quæ nos mortui [illegible] Christo: quæ igitur: consequenter absolutissimus a captivitate & servitute peccati.* It. Homberg in Parerg. Saer. in h. l. *Ex iis quæ vers. præced. annotavimus, fluit, quod ἀπεθανὼν hic non sit sumendus pro naturaliter mortuo, sed pro eo, qui mortuus sit, secundum veterem hominem vid. v. 10. 11. 12. Nam non omnes, qui cum Christo morte naturali moriuntur, etiam vivent cum eo, sed qui cum Christo mortui sunt. Cum Christo autem morimur sensu spirituali v. 8. Particula enim γὰρ connectit hunc versum cum priore. Hinc est quod* δεδικαίωται non satis accurate reddatur a Beza, liberatus est, cum rectius & simpliciori sensu dici debeat, justificatus est, absolutus est. Certo certius enim est Apo-

stolo-

tur Matth. VIII. 23. Luc. XV. 24. Joh. V. 25. Conf. Rechenbergii Hiero-Lexicon p. 1064. ubi multa, de variorum variæ mortis distinctione & explicatione legere possumus. Apposite autē addit hujus mortis rationem p. 1066. *Quid autem causæ*, interrogans, *quod impiorum vita mors appelletur?* R. *Regula Physica est: Motus denominatur a termino ad quem tendit: hinc via ad mortem mors dicitur.*

Mors Spiritualis fidelium est mortificatio veteris & vivificatio novi hominis: quando peccati vigor & rigor dominatio & damnatio tollitur. Plura de hac morte fidelium spirituali vid. ibidem pag. 1064. Vivit itaque peccatum in nobis inprimis, quando damnat, quando regnat. *Dominari enim & imperium regere* (addo etiam damnare) *actionem longe gravissimam esse, quis nescit?* Sunt verba Doctiss. Flor. Klepperbein in Disputat: de peccato sub spe veniæ commisso, sub Præs. Clariss. atque doctiss. J. G. Neumanni 1702, Witteb. habita p. 14. ita pergens: *Sicut ergo parum est, educere co-*

stolum non intelligi hac velle de cessatione actionum peccati, quæ mortem necessario sequitur, sed ut dixi, de effectu, quem mors spiritualis habet. Non desunt plures, quos adducere possem. Sed sufficiunt, ut credo, horum virorum verba, argumenta & Auctoritas, (quæ temere non est rejicienda) ut non obstantibus iis, quæ Viri Doctissimi Sig. Richterus, Casp. Lœscherus, Heumannus cum Clerico in medium protulerunt, sententiam de morte spirituali retineamus.

Digitized by Google

coplas & primum impetum facere in urbem, summum contra negotium occupare provinciam & regnare: ita quoque peccatum originale pravos quidem motus excitat, sed actuale illud longe gravius est, quod omnibus hominis partibus, velut armis utitur &c. Qualis aut dominatio talis & damnatio. Moritur autem e contrario peccatum, ubi tollitur ejus dominium, ubi nulla ejus damnatio est, quæ sunt fidelium beneficia. Ratione reliquiarum autem sensus & radicis peccatum mortificandum est. Et si verum est tritum illud: *cingendus habetur pro cincto*: It. Doctiss. Rechenbergii Regula Physica: *motus determinatur a termino ad quem tendit*: It. *a potiori fit denominatio*: Bene distingue, & bene docebis. Peccatum etiam ratione reliquiarum mortuum dicere possumus. In quantum autem peccatum mortuum, in tantum etiam homo peccator mortuus dicitur. Cessante enim causa, cessat effectus; cessante peccato, cessat peccator, qui mortuus est, ob peccatum mortuum. Horum autem omnium causa, principium & finis CHRISTUS est, cui sit laus, honor & gloria in sæcula sæculorum Amen.

Per mortuum igitur hic intelligimus non naturaliter, sed spiritualiter mortuum in & cum Christo, quod nunc cum ex scopo Apostoli, tum ex sermonis connexione probare volumus.

A. Mortem naturalem finem & scopum

Digitized by Google

Apostoli & in hoc toto capite, & in specie in hoc versiculo fuisse, nullis hactenus idoneis argumentis probatum est. Alium autem scopum Apostolum habuisse, ipse v. 1. hujus cap. nos optime docet, his verbis: Τί οὖν ἐροῦμεν &c. Quem in antecedentibus citatus Doctiss. Andr. *Michaelis* in Dissert. sua, de *morte ac vita &c. fidelium &c.* sic exprimit: *Sicut periculum erat, ne propter Pseudo-Apostolorum calumniam totus gratiæ convelleretur status, & Christianæ Religionis solveretur compages, sic ad retundendam illam calumniam, postquam de ratione modoque justificandi inde a Cap. IV. sat exposuerat, hoc ipso cap. VI. quænam sint hominis justificati officia, quibusque adeo de causis sanctiori vitæ omni animi contentione studendum sit, allatis in medium gravibus idoneisque argumentis ostendit. In his vel principe loco urget, quod mortui jam sint in ipsa regeneratione peccato, ei proinde obsequi porro aut vivere non licere.* Hoc agit & docet Apostolus in toto hoc VI. & sequent. capite: Incongruentem committit saltum, qui in solo 7mo hujus capitis versiculo alium quærit scopum. Confirmat hoc textus cohærentia.

B. Omnia fere hujus capitis verba commonstrant, de renovatione seu sanctificatione Apostolum loqui; quod etiam laudatus D. Michaelis in cit. Dissert. §. VI. seqq. ex textus συναφείᾳ probat. Particulam γάρ; ὁ γὰρ ἀποθανὼν &c. versiculum hunc septimum cum antecedentibus connectere Hombergius supra

pra citatus recte docet. Et particulam δὲ v. 8. Εἰ δὲ ἀπεθάνομεν &c. versiculum nostrum septimum connectere cum consequentibus, quis negare potest? Versiculo 8. autem Apostolum non de morte naturali, sed spirituali loqui vel solus Titulus cit. Dissertationis Doctiss. WERNSDORFII, *De morte ac vita fidelium cum Christo indicat.* Ergo etiam in versiculo nostro septimo, de morte spirituali sermonem esse recte docemus. (c) Conferamus Col. III. 3. Ἀπεθάνετε γὰρ, καὶ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ. Quis unquam dubitavit, Apostolum in h. l. de morte spirituali loqui? Et cur non in loco nostro? Obstat forsitan vis ac emphasis vocis

T 2 ἀπο-

(c) In æquiorem itaque partem interpretetur Doctiss. Heumannus, me sensum verborum suorum satis percipere non potuisse, quando in Explicatione hujus dicti dicit: *Interpretationem de morte spirituali a scopo Apostoli alienam esse - - -* It. *Posteriori hoc sensu, nimirum de morte naturali, capi verba Apostoli jubet tota orationis series.* Audiat Vir Clarissimus Continuatores Operis sane incomparabilis doctiss. Poli, qui in explicatione hujus loci plane contrarium dicunt: He that is dead i. e. to sin, is freed from it not only in respect of the Guilt therof, vvhich sense the marginal reading of the vvord seems to respect, but also in regard of the service of it. NB. This agrees best vvith the context. Sed orationis seriem & scopum me satis indicasse puto. Conferantur supra citati Auctores, & imprimis Calovius.

Digitized by Google

ἀπαθανεῖν? Hanc vero minime obstare, sed potius rem egregie exprimere in sæpius cit. Dissertat. *De vita ac morte fidelium* §. VIII. videre possumus, ubi hujus vocis Emphasis optime & explicatur & applicatur. Instas; supereſſe tam multas peccati reliquias. Non hoc, sed conclusionem negamus. (d) Distinguenda sunt mortuum & mortificandum. (e)

II. Ultimum fortassis dubium movet significatio vocis δεδικαίωται. Videamus igitur quid per hoc verbum intelligendum sit? Basilius ad loc. Rom. VI. 7. hoc δεδικαίωται exponit, ἀπήλλακται, ἠλευθέρωται, κεκαθάρεται πάσης ἁμαρτίας, *absolutus* est, *liberatus* est, *purgatus* est ab omni peccato. Et Theophylactus ad eundem locum per δεδικαιῶσθαι ὅτι τῆς ἁμαρτίας.

(d) Calvinus in h. l. Porro quanquam inter homines nusquam tale extat exemplum, non est tamen cur vel inanem ésse speculationem putes quod hic dicitur, vel animum despondeas, quod in eorum numero te non reperias, qui carnem suam penitus crucifixerunt. *Hoc* enim opus DEi, non primo quo in nobis inchoatur die, simul etiam perficitur, sed paulatim augescit, ac quotidianis incrementis paulatim ad finem perducitur.

(e) Hic unicus iste scrupulus est, qui movit Doctiss. Sig. Richterum in *Disputat. sua, De homine per mortem a peccatis justificato*, sententiam de morte naturali adoptare; Sed num sufficiens sit, cohærentiam verborum & scopum Apostoli negligere, imo alienum inferre sensum, ut singulare aliquid sentiamus, credere non possum.

Digitized by Google

πως, interpretatur per απολελυται, ηλευθερωται, liberatus est, absolutus est. Vid. Suiceri Thesaurus p. 915. P. I. Cæterum fere omnes Interpretes per liberationem a peccato explicant; (f) quasi unum idemque sit; mortuus justificatus est a peccato, & mortuus liberatus est a peccato. Attamen differunt non tantum hæc verba, sed etiam Apostolum ea

(f) B. Gerhardus in Confessione Catholica p. 1498. „Per Justificationem hic intelligitur liberatio a peccati servitute. *Hunnius in h. l.* Justificari hoc in „loco non significat gratis absolvi a peccato, ne „imputetur; sed significat a jure & dominio peccati liberari, ne regnet per opera carnis. *Ant. „Fayus in Comment. s. in h. l.* Justificari hoc loco „non refertur ad remissionem peccatorum. Nam „non omnis mortuus ab illis liberatur, sed tantum „is, qui est membrum Christi. Illud interpretantur vulgo per verbum liberari, ut liber a peccato „sit, qui amplius non peccat. Mortuus enim non „concupiscit, non libidinatur, non furatur. Sicut „ergo justificatus dicitur ille, qui & a peccato & „pœna liberatus; ita hic justificatus dicitur ille, „qui amplius non peccat. *Calvinus in h. l.* Justificatum accipe pro absoluto & a servitute vindicato. *Gottfr. Olearius in Annotat. s. Bibl. in h. l.* „Justificatus a peccato, quia absolutus in judicio, liberatur a jure, imperio, violentia & oppressione „adversarii. *Schlichtingius in h. l.* justificatus est a „peccato i. e. plane liberatus, per Synechdochen „speciei pro genere. Justificatio enim liberationis est „species, justificatus autem dicere maluit ad vivi hominis a peccato liberationem exprimendam commodius. *Sic etiam Crellius in h. l.*

Digitized by Google

industria sic locutum esse mihi videtur. Πρώτως & præcipue quidem Apostolum in h. l. renovationem s. sanctificationem respicere, cum laudato Doctiss. Michaelis in cit. Dissert. §. IIX. affirmo, secundario tamen, Apostolum scopum suum hujus Epistolæ generalem, de Justificatione gratuita, hoc verbo innuere, respicere & confirmare velle, mihi valde credibile videtur. Non tantum itaque dicitur, spiritualiter cum & in Christo mortuum justificatum esse a peccato ratione dominii, sed conclusionem etiam subministrat Apostolus, si mortuus justificatus est a peccato; Quid opus est operibus ad justificationem? Sic emphatice dictum esse puto; mortuus justificatus est a peccato. Mortuus autem justificatus est a peccato ratione pœnæ, ratione sensus, ratione radicis. Ratione pœnæ tam respectu damnationis, quam dominii. Dominium enim peccati inter pœnas refertur. Et quia pœnæ, damnatio & dominium in justificatione tolluntur, optime dictum est: mortuus justificatus est a peccato. Et sic dominium etiam ad justificationem refertur; sed inchoative tantum. Continuatio ad sanctificationem pertinet. Mortuus etiam justificatus est a peccato ratione reliquiarum peccati i. e. sensus & radicis. Non damnant enim hæ reliquiæ. Nulla enim condemnatio &c. Rom. IIX. 1. Et quia non possumus dicere: mortuus liberatus est a peccato ratione sensus & ra-

Digitized by Google

radicis, (g) contra veritatem enim hoc est, rectius dicitur: mortuus justificatus est a peccato. (h) Videmus itaque nec vocem δεδικαίωται obstare, quo minus hoc dictum de morte spirituali & quidem fidelium intelligere possimus.

III. Ultimo quæritur, quid Apostolus per peccatum intelligat? Sed quia jam omnia ex antecedentibus clara sunt, dicta repetere nolo.

(g) Si per liberationem hunc locum explicare malumus distinctio inter in totum & in tantum adhibenda est.

(h) Hombergius in h. l. *Hinc est quod* δεδικαίωται *non satis accurate reddatur a Beza, liberatus est, cum rectius & simplicioris sensu dici debeat justificatus est, absolutus est.*

Digitized by Google

IV.

CAROLI KESSLERI Diatribe Philologico-Critica, qua Nova Verborum priorum ex HAGGÆI II. 9. affertur Versio:

Seu potius prisca LXX. Interpr. renovatur, ac receptæ hactenus præferenda esse docetur.

INsigne admodum est Oraculum, quod Haggæi Capite secundo, commate nono his conceptum legitur verbis: גדול יהיה כבוד הבית הזה האחרון מן הראשון אמר יהוה צבאות ובמקים הזה אתן שלום נאם יהוה צבאות. Merito illud a viris divinarum rerum peritis in eorum semper habitum fuit numero, quæ Filium Dei olim humana indutum carne, terras lustraturum, interque homines obversaturum cecinerunt. Neque enim solummodo tempus, quo Filius Dei appariturus, & locum, ubi se conspiciendum præbiturus, accurate satis designat,

Digitized by Google

signat; sed & excellentem gloriam, qua coruscaturus, & insignia dona, quæ allaturus esset, vivis quasi pingit coloribus.

§. 2. Plurimis illud, iisque satis fusis ac copiosis Eruditorum Virorum, quarumcunque partium, dudum excussum fuit commentariis. (a) Ut enim de iis, qui seu latina, seu vernacula ipsis lingua, integræ Vatis nostri Prophetiæ commentationibus suis lucis aliquid affundere conati sunt, nunc nihil dicam; vix quisquam est omnium, qui aut de Messia aliquid literis consignarunt, aut adversus pervicaces Judæos in arenam descenderunt, quin Oraculum hoc nostrum, ceu unum ex præstantissimis, in subsidium vocare, telaque inde depromere suarum duxerit esse partium.

§. 3. Neque tamen, quod merito summo mireris opere, quisquam omnium, saltem quos mihi oculis usurpare licuit, inventus fuit, cui labecula, quæ Interpretationibus prioris hemistichii diutissime hæsit, & in hunc usque adhæret diem, in oculos incurrerit. Adeo cunctis securis de legitimo verborum sensu esse contigit ut textum ipsum penitius inspicere, cogitationesque præce-

T 5 den-

(a) Catalogum eorum, inter quos XII. sunt, qui id singularibus fecere libellis, nuper exhibui in diss. de *Spiritu S. gloriam templi secundi praesentia sua auctura* ad illustrandum hoc ipsum Haggaei vaticinium §. 1. T. d. H.

Digitized by Google

dentium ad accuratiores revocare calculos ipsis in mentem haud venerit. Eam igitur labeculam si Dissertatiuncula hac abstergere ac eluere conarer, operæ me facturum esse arbitratus sum pretium. Licet enim fortasse cuiquam haud tanti istud videatur, æqui tamen rerum arbitri, & reverenter scripturas, uti par est, habentes, haud quaquam despiciendum putabunt, vel à minimis easdem repurgare erroribus, sensumque illarum, quantum opera ac studio conniti possumus, in clarissima collocare luce.

§. 5. Plerique igitur, ut inde ordiar, Interpretes, quos Oraculi nostri aut ex transcursu, aut debita opera illustrandi lubido incessit, verba prioris hemistichii in eam acceperunt partem, ac si divinus Vates, seu Deus potius, cui vocem ac operam propheta tantum accommodat, de duabus hic verba faceret ædibus, quarum utrique suam tribueret, suamque assignaret gloriam, ita tamen ut eam, qua posterior fulsura sit ædes, præ illa, qua prior quondam conspicua fuit, multis modis extollat. Vertunt enim ita, itaque exponunt, ut voces הראשון & האחרון non cum voce כבוד, cum qua, ut in sequentibus ad liquidum deducetur, sociari debuerant, sed cum voce הבית conjungant: partemque adeo priorem Oraculi Nostri in hunc transferunt sensum: Major erit gloria Do-

Digitized by Google

Domus hujus POSTERIORIS PRIORIS sc. *domus gloria.*

§. 5. Nimirum in fraudem eos impulit forma ac situs, quem verba in Hebræo textu obtinent. Ne quid enim dissimulem negari non potest verba in Hebræo utique hanc formam, hunc situm obtinere, ut, nisi aciem ingenii intendas, voces ipsas pensiculatius trutines, & cum antecedentibus contendas accuratius, nihil proclivius sit, quam ut in eam prolabaris sententiam, voces האחרון & הראשון non cum voce כבוד sed cum voce הבית esse connectendas. Cum enim vox הבית voces האחרון & הראשון proxime antecedat, vox autem כבוד ab illis sit remotior, quid, quæso, proclivius est opinatu, quam illas ad istam, non autem ad hanc esse referendas, maxime cum & genus & numerus illud admittant? accessit præterea, quod rationi maxime videbatur consentaneum, ut à Salomone ædificatum templum, & a Zorobabele ejusque sociis, post longum satis annorum intervallum, ab imis instauratum fundamentis, duarum instar haberentur ædium. Quid enim, obsecro cum ratione amica magis conspirat fronte, quam ut ædificia, distinctis vicibus, interjecto longe maximo temporis spatio, a diversis excitata structoribus, duarum loco reputentur ædium?

§. 6. Verum enim vero quantacunque hæc sese commendent specie, tantum tamen abest,

Digitized by Google

est, ut ita sentientibus pollicem premere, eorumve accedere queam partibus, ut contra, si quis veritatem ab ipsis limare velit fontibus, facile mecum in alia omnia discessurum, nullus dubitem. Neque enim voces האחרון & הראשון cum voce הבית, sed cum vocabulo כבוד conjungendas esse; neque adeo hic de duabus, quod illi opinati sunt, ædibus, sed de duplici tantum unius ejusdemque ædis gloria sermonem esse, tam equidem sum persuasus, quam quod persuasissimus.

§. 7. Ac rem quidem ita sese habere, dudum ab Alexandrinis animadversum fuit Interpretibus. Hi enim, cum eos insecuti tantum non omnes, facto quasi agmine, pro recepta stent sententia, Chaldæus vero Interpres, qui deliberatum ad illum accedunt, incertos æque, ac erant antea, dimittat, soli voces האחרון & הראשון cum voce כבוד conjungunt, verbaque præterquam quod capiti aliquid affuant, in eandem prorsus, qua nos, sententiam exponunt. Vertunt enim: Διότι μεγάλη ἔσται ἡ δόξα τῦ οἴκυ τῦτυ ἡ ἐσχάτη ὑπερ τὴν πρώτην. Quod ubi primum perspicerem, diffiteri non possum, magno me, quod in ea, quam animo olim imbiberam, sententia confirmari me ab illis viderem, perfusum fuisse gaudio. Quanquam enim nescius non sum, non adeo illos acutum ubique cernere, ut illorum per omnia vestigiis insistere tutum sit, plus tamen omnino & acutius aliis hic ipsos vi-

Digitized by Google

vidisse, animi non pendeo. Quod ut nunc porro in apricum proferam, validissimisque, quantum in ejusmodi rebus licet, rationibus addicam, ordinis ratio postulat.

§. 8. Ac principio quidem ipse verborum, quo inter sese aptari debent, ordo id satis manifesto evincit. Si enim hæc verba גדול יהיה כבוד הבית הזה האחרון מן הראשון, ita inter se aptes, ut voces האחרון & הראשון cum voce הבית conjungas; quam hiulca, quæso, quam aspera & confragosa futura esset oratio? Sic enim non duæ solum modo voces, ad sensum necessariæ deficerent; sed, quod præcipue notandum, vox palmaria, quæ sensui potissimam affundit lucem, & unde vis ac intelligentia totius orationis maxime pendet, haud paruo incommodo omitteretur. Cui an simile usquam in tota scriptura reperturi sint exemplum sententiæ, quam convulsum imus, patroni, etsi præfracte non nego, anceps tamen hæreo. Nemo enim, artis dicendi paulo peritior, non intelligit, vocem כבוד tum potius suo repetendam loco, ac ita dicendum fuisse: גדול יהיה כבוד הבית הזה האחרון מן כבוד הראשון h.e. Major erit gloria domus hujus posterioris *gloria* prioris. At vero si verba nunc ita inter se ordines, ut voces הראשון & האחרון non cum dictione הבית, sed cum vocabulo כבוד componas, cuncta multo fluent liquidius, multo

Digitized by Google

to cohærebunt concinnius, totique orationi haud parum ſuavitatis adjungetur ac elegantiæ. Quid enim, obſecro, frequentius? imo vero quid elegantius, quam ut, quando idem ſubſtantivum cum duobus adjectivis bis poni oportebat, ſecundo id loco omittatur, ne eadem vox, nimis crebro inculcata, oculos & aures offendat? Facillimum foret, innumeris illud, ex ipſa ſacra Scriptura depromtis, confirmare exemplis, ni juſtas metuendi cauſas haberem, ne ſi id facerem, in re obvia ac trita opera ac otio abuti, & de ſagacitate Lectoris iniquum ferre judicium viderer.

§. 9. Verum enim vero ſi vel maxime conſtructionis pateretur ratio, ut voces הראשון & האחרון cum voce הבית conjungerentur, minime tamen id patitur ejus, qui hic loquitur, auctoritas, verborumque noſtrorum cum antecedentibus nexus. Is enim qui verba hic fundit, in præcedentibus vocabulum האחרון non cum voce הבית, ſed cum altera כבוד quam diſertiſſime ſociat. Audiamus quæſtionem, quam commate tertio Zorobabeli, Joſuæ, reliquisque e populo per prophetam proponit Deus. Quis, inquit, e vobis ſuperat, אשר ראה את הבית הזה בכבודו הראשון, qui vidit domum hanc in gloria ſua priore? Ecquis non videt, vocem הראשון cum voce כבוד hic quam manifeſtiſſime copulari? Quod ſi vero in hac quæ-

Digitized by Google

quæstione vox הראשון cum voce כבוד ab ipso Deo conjungitur, quod nemo sanæ mentis infitias iverit: quæ causa, quæ ratio, ficta saltem & inepta afferri poterit, cur vox האחרון in textu nostro ab ea divelli ac distrahi debeat? maxime cum idem utrobique, & versu tertio & eo, de quo disceptamus, loco loquatur. Neque enim hic a quoquam mihi objici velim, quod vox הראשון versu tertio proxime vocem כבוד sit posita, per eamque à vocibus הבית הזה sejuncta; cum contra versu nono inter voces האחרון & כבוד dictiones הבית הזה sint interjectæ. Sufficit enim, quod vel hoc ipso certo constet certius, vocem האחרון versu tertio cum voce כבוד esse conjungendam, atque adeo vero plus quam evadat simile, eandem construendi viam in nostro quoque textu esse ingrediendam.

§. 10. Sed manifestius adhuc, ne quicquam remaneat dubitationis, agendum esse video. Tertium igitur nunc ex eodem versu tertio pro asserenda, quam hactenus sum tutatus, sententia promo telum, haud paulo, uti confido, validius. Quodsi enim ex eo evinci queat, Deum in tota hac prophetia templum a Salomone primitus constructum, & postea a Zorobabele ejusque sociis e ruderibus excitatum denuo, non duarum loco censere ædium, sed pro una tantum eademque habere: ecquis eo procedet

Digitized by Google

cedet pervicaciæ, ut in dubium poſt hæc vocare audeat, voces הראשון & האחרון non cum voce הבית, ſed cum altera כבוד eſſe connectendas, adeoque non de duplici domo, ſed de gemina unius ejusdemque domus gloria hic verba haberi? At vero utramque ædem, ſi utramque vocare fas eſt, ut unam tantum a Deo ſpectari, tam clarum utique eſt, quam cælum lucet, cum maxime ſudum eſt. Age namque, inſpiciamus ipſa verba, & voces, in quibus momentum totius cauſæ poſitum eſt, excutiamus penitius. Loquitur Deus de domo, quam הבית הזה, domum iſthanc appellat, digitum quaſi exſertum in eam, quam Judæi e captivitate Babylonica reduces inſtaurabant, intendens. Huic domui adſcribit, propriamque dicat gloriam, quam oppoſite ad alteram, qua ſecuturis caput elatura erat ætatibus, הראשון priorem vocat. Prioris hujus gloriæ nomine haud aliam intelligit, quam qua inde a Salomonis temporibus ad excidium usque, quod a Nebucadnezare perpeſſa fuit, coruſcaverat. Ponit enim eandem a ſenioribus, qui ſalvi & incolumes ad patrios remeaverant lares, priusquam in captivitatem abſtraherentur, oculis ſubjectam fuiſſe: ideoque, quæ de præſenti illius forma animis ipſorum ſedeat ſententia, expromi ab illis expetit. Hinc quæſtionis hujusmodi verſu tertio illi ſubnaſcitur anſa.

מי

Digitized by Google

מי בכם הנשאר אשר ראהאת הבית הזה בכבודו הראשון ומה אתם ראים אתו עתה הלוא כמהו כאין בעיניכם : Ecquis vestrum superstes est qui vidit domum hanc in gloria sua priore? Qualis nunc videtur vobis forma illius? Annon nihili instar est in oculis vestris? Quid? tuam, Lector, obtestor fidem, annon clarissime ex hac elucet quæstione, utrumque, & Salomoneum, & Zorobabelicum templum, ut unum duntaxat a Deo spectatum fuisse? Quo enim pacto gloriam, quæ Salomonei, dudum eversi ac funditus deleti templi propria fuerat, in Zorobabelicum transmovere potuisset Deus, nisi utrumque unius solum modo habuisset loco? Aut nihil ego video, aut nihil usquam est, quod cum ratione huic opponi queat sententiæ. Quod si vero jam extra omnem dubitationis situm est aleam, Salomoneum ac Zorobabelicum templum, in hac quæstione, unius duntaxat ab ipso Deo censitum fuisse loco: dubio quoque, ni fallor, caret, quod nostro itidem loco non de duabus ædibus, sed de duplici ejusdem ædis gloria sermo instituatur, atque adeo voces האחרון & הראשון non ad vocem הבית, sed ad alteram כבוד referri oporteat. Quis enim, obsecro, tantæ Deum sapientissimum postularet inconstantiæ, ut, quas modo unius deputaverat loco, mox, quasi sui oblitus, ceu duas distinctas in scenam producat ædes?

Digitized by Google

Aut plurimum fallor, aut huic argumento tantum ineſt ponderis ac virium, ut, ſi vel cæteris deſtitueremur, conficiendo toti negotio unum abunde ſufficiat.

§. 11. Non parum tamen eidem accedet roboris, ſi idem alibi quoque non infrequens eſſe oſtenderimus. Non deſunt autem ſcripturæ loca, in quibus manifeſta ſatis hujusce rei deprehendere licet veſtigia. Unde enim, niſi ab hoc fonte manavit, quod, quæ Eſaias ac Jeremias de templo Salomoneo, nondum diruto ac in cineres redacto cecinerant, Chriſtus ei, quod a Zorobabele reſtitutum, & ab Herode magnificentiſſime reparatum, ſua etiamnum ſuperbiebat ætate, applicatuti videre licet Matthæi XXI. 13, collato cum Eſaiæ LVI. 7. Jeremiæ VII. 11. Unde, niſi ab hac ortum traxit cauſa, quod Stephanus Actor. VII. hiſtoriam populi Iſraelitici in brevi quaſi tabella exhibiturus, unius duntaxat templi, a Salomone conditi, mentionem facit? Maxime cum ſe a contumelia, quam templo tum ſtanti impegiſſe fictis arguebatur criminibus, purgare in animo haberet? Quin imo ipſi Judæi, qui, e Babylonica reduces captivitate, inſtaurando templo manus admoverant, cum apud Præfectos Darii in ſuſpicionem adducti eſſent, quaſi rebus novandis molirentur receptaculum, hique ex ipſis quærerent, cujus

Digitized by Google

jus jussu id facerent? memorante Esra capite quinto regesserunt: Se jussu regis Cyri ædem, multis retro annis, a potentissimo Israelitarum rege conditam & erectam, sed a Nebucadnezare ob horrenda parentum suorum crimina in cineres conversam, resuscitare; manifestissimo argumento, quod ædem a se instauratam, ab ea, quam Salomo quondam statuerat, diversam non agnoscerent.

§. 12. Nec vero adeo absonum est, ac prima forsan videtur fronte, ut templum a Salomone primum conditum, & a Zorobabele deinceps restitutum, unius tantum habeatur numero. Si enim Hierosolyma, supremi quondam Numinis æditua, ubique ut una tantum spectatur, licet a Nebucadnezare solo æquata, post septuaginta demum annorum intercapedinem e ruinis sit resuscitata. Si nusquam quod ego sciam, duæ memorantur Athenæ, quanquam hæc urbs gravissimum a rege Xerxe passa excidium, finito demum bello Persico, & hostibus terra marique fugatis ac fusis, sit restituta. Si ipsa urbs, urbium ac gentium quondam Domina, Roma, ab optimis dicendi artificibus perpetuo ut una tantum repræsentatur; quamvis a Gallis ferro ignique vastata, a Camillo denuo, cui idcirco alterius Romuli hæsit nomen, internecione deletis hostibus,

bus, e cineribus eruta ac resuscitata fuerit. Qui minus licet templum, ab eadem gente, eodem loco, eadem forma, in eundem finem exstructum ac restitutum unius duntaxat habere loco? quamvis illud a Salomone conditum, a Chaldæis eversum ac in cineres redactum, a Zorobabele, ac Josua, aliisque e captivitate reversis, sit reædificatum.

§. 13. Nescius equidem non sum, ipsum Esram Capite tertio, commate duodecimo templum a Salomone conditum, disertis verbis הבית הראשון, domum priorem nominare. At vero nostræ id causæ nec hilum officit, nedum nostram sententiam evertit. Neque enim vel nos negamus, templum, à Salomone primitus exstructum, & à Zorobabele deinceps restitutum commode, si cui ita visum fuerit, duorum instar spectari posse. Quin imo ultro illud ambabus, quod dici solet, largimur manibus. Id unum tantum contendimus, quod Deus eo, quem præ manibus habemus, loco utrumque templum unius duntaxat habeat numero. Id quod non solum ex ipso textu & versu tertio invictis, ut putamus, argumentis demonstravimus; sed commode quoque fieri potuisse cum auctoritate aliorum, a quibus idem factitatum esse vero admodum sit simile, confirmavimus; tum consimilibus cla-

Digitized by Google

clarissimis, uti prorsus confidimus, exemplis assertum dedimus.

V.

Conjectura

de שעירים ad illustranda loca ESAI. XIII: 21. & cap. XXXIV: 14.

Autore

H. J. F. T.

Argumentum.

Thes. 1. cautelæ in proferendis conjecturis observandæ. §. 2. Scopus Autoris & divisio dissertationis. §. 3. Ostenditur aliquot argumentis שעירים nullibi in S. Codice dæmones significare. §. 4. Levit. XVII: 7. & 2. Chronic. XI: 15. intelliguntur idolæ formam hirci repræsentantia. §. 5. Esai. XIII. & XXXII. hic dæmones, nec hirci sylvestres intelliguntur. §. 6. Esai. citat. locis possunt intelligi sacrificuli Zabii. Probatur 1. ex voce שעיר. 2. ex vestitu verorum & falsorum prophetarum. §. 7. 3. ex locis in quibus versantur שעירים & sacrificiis in sylvis oblatis. §. 8. 4. ex locis Levit. XVII: 7. §. 9. 5. ex saltatione των שעירים. §. 10. 6. ex convenientia cultus hircorum & Satyrorum, qui homines fuere teste Luciano. §. 11. & 12. Ostenditur probabiliorem esse opinionem nostram de origine Satyro-

Digitized by Google

tyrorum, quam aliorum, unde 7. accedit probabilitatis argumentum. §. 13. expenditur objectio cl. Vitringæ. §. 14. Ad Amici objectiones respondetur. §. 15. Cl. Clerici objectiones expenduntur, & finis imponitur dissertationi de moderatione hic tenenda.

§. 1.

MUlti ex iis, qui studiis, præsertim humanioribus vacant, sæpius hoc morbo laborare solent, ut opinionem quandam a se inventam, & vel levissima conjectura nixam non laudent tantum, & foveant, sed impugnatam etiam tanto ardore defendant, ut non de opinione aut conjectura amplius agi putares; sed de veritate vel certissimis argumentis suffulta, quæ agendi ratio innumeras rixas & logomachias peperit. Ne idem mihi accidat ab initio aperte statim dicam, me conjecturam, id est, opinionem quadam probabilitate instructam afferre; fumum ut non emere, sic nec vendere soleo. Si cui hæc nostra conjectura displiceat, ille meminerit nobis ipsis non satis certam de hac re sententiam esse, sed probabilem tantum. Si tamen omni probabilitate destituta est, cum cæteris opinionibus, quibus Eruditionis campus horret, feratur, h anc veniam petimusq; damusq; vicissim, quod si enim omnes opiniones levi tibicine suffultæ è libris eliminarentur, quot quæso

opera

Digitized by Google

opera Salſamentariis tradenda eſſent. Sed ad rem veniam.

§. 2. Ante omnia moneo, me prolixe de voce שעירים, ejusque diverſa ſignificatione acturum non eſſe, qui cuncta accurate & erudite hac de re dicta perlegere voluerit, is adeat omnium inſtar Bochartum & Spencerum, ſummos Philologos. Animus tantum eſt oſtendere nullibi per שעירים dæmones intelligi poſſe, locis autem Eſai. 13. & 14. SACRIFICULOS SABAEOS, quæ noſtra eſt conjectura, τυς שעירים denotare. Servabimus autem hunc ordinem ut 1. opiniones virorum doctorum de שעירים proponamus, & quid in iis deſideremus, adjungamus 2. noſtram conjecturam circa loca Eſaiæ ſupra citata prolixius explicemus 3. quasdam difficultates diluamus.

§. 3. Vocem שעיר piloſum, hircum, & denique idolum ad hirci formam fabrefactum denotare ab omnibus conceditur. Putamus autem Levit. XVII: 7. & 2. Chron. XI: 15. per τυς שעירים idola hircorum formam repræſentantia intelligi, cujus rei rationes infra dabimus, & primo loca Eſai. 13. & 34. conſiderabimus. Ibi per שעירים ὁι LXX. Chaldæus, Syrus & Arabs δαιμονια intelligunt, ipſe quin etiam Cl. Bochartus, Spencerus & alii magno numero τυς LXX. ſecuti, intelligunt, inconſpicuas quasdam naturas humana potentiores, generi humano inimi-

Digitized by Google

inimicas, hircorumque specie, sylvis inerrantes, miserisque mortalibus illudentes. Hanc autem opinionem propter sequentes rationes rejicio I. quod hæc interpretatio à proprietate verborum sine causa recedat, primaria autem vocis origine hirsutum, inde hircum denotare palam est, hinc ipse Aquila vertit ἐκ τειχιωντας, hinc quod infra prolixe ostendetur, nulla probabilis causa dari potest cur שעירים per δαιμονια LXX. interpretentur. II. maxime probabile est Alexandrinos ad opinionem, qua imbuti erant, interpretationem hanc accommodasse. Notum est Exemplo Aristobuli, Judæi Peripatetici Philosophi, scriptoris libri sapientiæ, Philonis Judæi, sectarumque judaicarum, Philosophiam Græcorum, Platonis præcipue, tum temporis à Judæis deamatam fuisse, hinc factum ut ὁι LXX. aliquando videantur in interpretationibus suis opiniones tum temporis receptas sequi, quod aliquot Exemplis ostendemus. Ps. 91. v. 6. verba hebraica.

מקטב ישוד צהרים per δαιμονιον μεσημβρινον reddidere, quæ versio opinioni Gentilium patrocinatur, putantium dæmones meridie quammaxime esse timendos, patet hoc ex hymno Callimachi in Lavacrum Palladis vs. 71. qui Deam describit cum Chariclone nympha lavantem, hisce verbis.

Digitized by Google

Ἴππω ἐπ κραναῳ ἐλικωνίδι καλα ῥεοισε
λωντι, μεσαμβρινα δ' εἰχ ὀφθαλμα
Ἀμφοτερης λωιτο, μεσαμβρινα δ ἐσαν ὠφελει
πολλα δ' ἀσυχια τηνο καθειχεν ὀφθ.

hinc factum, ut Tiresias per Heliconem tunc oberrans, Dea conspecta oculorum usum amiserit, locum jam adduxit, Cl. Clericus A. Crit. p. 1. C. 1. Alius locus est apud Theocritum Idyll. I. v. 123. sq.

Ω παν, παν, εἰτ ἐσσι καθ' ὠρεα μακεδηλυκαων,
Εἰπ τυ γ' ἀμφιπολεις μεγα μεναλον.

O Pan Pan, sive nunc es in monte alto lycæo,
Seu per magnum Mænalum obambulas.

Ita Exodi III: 14. ubi hebraica veritas אהיה אשר אהיה ex LXX. Ἐγω εἰμι Ὁ ὠν, probabili indicio eos hic Platonicorum mentem secutos esse, qui solum Deum ita dici posse credebant, unde etiam Patres Justinus M. Cl. Alexand. Eusebius aliique putarunt Platonem hæc è S. litteris surripuisse. Idem LXX. Deut. XXXII: 8. verba hebr. למספר בני ישראל juxta humerum Angelorum Dei transtulerunt sequentes opinionem veterum, nisi forsan, ut Capellus putat, pro ישראל LXX אל legerint, pluribus testimoniis opus non est, cum in locis Esajæ Syrenes & Centauros invenerint, quod clarissime ostendit eos hac in parte solas opiniones tum temporis receptas secutos esse, quis autem hoc

Digitized by Google

posito postulabit, ut hic τὰς LXX. sequamur? Chaldæos etiam Paraphrastas multis locis daimones, ubi nulli sunt, paraphrasi suæ immiscuisse multis iisque clarissimis exemplis ostendit Cl. V. DALEN Cap. 5. de *Origine Idololatriæ* 3. ideo LXX. versionem hic rejicio, quod nihil causæ videam, cur in desertis Idumeæ locis dæmones hircorum formam induti inter bestias sylvestres saltarent, sibique invicem acclamarent. 4. Nullibi Deus per Prophetas Judæis cultum malorum spirituum objicit, sed cultum אלילים sive הבלים i. e. vanitatum, idolorum arte fabricatorum, aures habentium, nec tamen audientium. 5. Jerem. X: 5. Esai. XLI: 23. expresse ait Deus Idola, nec bene, nec male facere posse, quod si autem ejusmodi mali dæmones sub forma animalium, quæ colebant, latebant, qua ratione dici posset, eos nocere non posse. Accedit quod Deus Ps. XCVI: 5. per Davidem dicat כל אלהי העמים אלילים id est, ut Paulus loquitur 1 Cor. 8. 6. tandem omnes interpretationis rationes, quas Judæi & Christiani afferunt, nullo niti videntur fundamento, AbenEzra ideo dæmones hircos dictos esse vult, quod maniaci eos videant in specie hircorum, vel ut Kimchius, quod sibi credentibus ita appareant, quam derivationis rationem ipse Cl. Bochartus sequitur. Non nego dæmones existere, & potentiam habere in hæc in-

Digitized by Google

inferiora, sed eos hominibus sub forma hirci visos esse ex nullo loco S.S. probari poterit. Affert quidem Cl. Bochartus Hieroz. T. 2. p. 828. locum Philostrati Lib. 6. cap. 13. quo dicitur, in vicum quendam venisse σατυρος φασμα id est, Diabolum, ut Bochartus interpretatur, sed nullam causam video cur hanc potestatem voci Satyri subjiciat Cl. Vir. Constat praeterea nugacissimum Autorem esse Philostratum, quod olim pluribus probabit Cl. MOSHEMIUS, in observationibus, quas in Philostratum promisit, nec locus Augustini ab eodem Bocharto allatus quicquam probat, verbo nulla possunt hujus rei Exempla dari, nisi hominum superstitione Gentilium imbutorum; nec dignum est refutatione Exemplum boni Antonii; quod affert Hieronymus, vide tamen quid de hoc viso dicat *Cl. Clericus* quæst. Hieronym. p. 272.

§. 4. Transeamus ad loca Levit. XVII: 7. & 2. Chronic. XI: 15. Priori loco prohibentur Israelitæ sacrificare שעירים, & 2. Chronic. XI. de Jeroboamo dicitur, quod fecerit sibi Sacerdotes לבמות ולשעירים ולעגלים quas duas ultimas voces i. LXX. per τοις εἰδωλοις και τοις μοσχοις reddidere, & quidem non multum refragante Cl. Bocharto, nec aliter quam de idolis, hircorum formam repræsentantibus intelligi potest, nisi statuamus & dæmones sub vitulorum forma ap-

Digitized by Google

apparuisse, unde tandem tot formas dæmonum statuere debebimus, quot sunt cultus Idololatrici objecta; Confirmant autem hanc explicationem multa loca a Bocharto & Spencero allata, ex quibus constat Ægyptios idola formam Hirci repræsentantia certe statuas animalium in templis habuisse docet Mela L. 1. cap. 8. Colunt effigies multorum animalium, atque ipsa magis animalia. Confirmat Strabo L. XVIII.

§. 5. Quemadmodum vero citata Levit. & Chronic. loca per שעירים idola ad formam hircorum fabrefacta intelligi debent; ita in utroque Esajæ loco aliam significationem necessario desiderant, cum autem supra ostenderimus frustra hic dæmones intelligi, Viri Cl. V. *Dalen*, *Bekkerus* & Jacobus *Basnage* hircos sylvestres intelligunt, partim significatione vocis שעיר nixi, partim quod illi שעירים cum aliis animalibus jungantur. Sed nec huic sententiæ album calculum adjicere potui, quia minus probabile, nec experientia confirmatum, hircos in locis arenosis, omnique pastu destitutis degere, jam autem è Scopo Prophetæ satis patet eum ostendere voluisse hæc loca fore summe desolata & deserta. 2. Illa saltatio & mutua acclamatio in locis desertis certas circumstantias significare videtur, quæ ad ritum quendam idololatricum tendunt, quod ex infra dicendis patebit, 3. non video qua-

re

re i. LXX. prorsus hic deserendi sint, quamvis enim in eo errent, quod dæmones hic inveniant, nihilominus tamen per traditionem eos sciviſſe puto idololatricum quendam cultum non satis iis cognitum in locis desertis locum habuiſſe, præsertim cum loca Levit. XVII. & 2. Chron. XI. huc manifeste tendant. Cum autem de idolis hircorum formam habentibus dici haud possit ea saltare, sibique invicem acclamare, tentandum est, utrum sensus quidam & proprietati linguæ & rei naturæ conveniens inveniri possit, quo hæc illustrentur. Et mea quidem opinione hoc fieri posset commode, si per שעירים sacrificulos Sabæos intelligeremus; quos nomine, ne quis mihi de antiquitate hujus Gentis controversiam moveat, antiquissimos Orientis Idololatras intelligo. Videamus autem quo fundamento hæc conjectura nitatur; per gradus autem & probabilium concursum hujus conjecturæ vim ostendemus. Quiescat interim paululum præjudicium Novitatis & Autoritatis.

§. 6. Observamus autem (1) vocem שעיר primaria significatione notare hirsutum, pilosum, ita Genes. XXVII: 11. Esavus dicitur איש שעיר idem de Elia dicitur 2. Reg. I: 8. 1. Reg. XIII: 19. (2) Prophetas V. T. ejusmodi vestitu hirsuto sæpius indutos fuisse constat ex Hebr XI: 37. ubi dicitur, quod περιηλθον ἐν μηλωταις ἐν αἰγειοις δερμασιν. Ita Esaias

Digitized by Google

Esaias juxta LXX. σακκω indutus esse dicitur, per quam vocem, vestem Cilicium intelligi debere, probabile est. Ita & Joannes Baptista in deserto ejusmodi veste indutus erat, σακκον ἠμπιχέλο ταπεινοφροσυνης ἐνδυμα ut loquitur Cl. Alexand. Op. Potteri T. I. p. 237. Hunc morem aliis ex principiis secuti sunt falsi Prophetæ; ut rigidi satellites virtutis esse viderentur, nam teste Juvenale

Hispida membra quidem & duræ per brachia setæ promittunt atrocem animum. Ita & accipio (verba sunt Cl. J. HASAEI nuper magno politioris litteraturæ damno morte nobis erepti in diss. Bibl. huj. Class. I. p. 704.) quod Christus dicit de pseudoprophetis Matth. VII, eos incedere ἐν ἐνδυμασι, προβατων non solum allegorice, sed & litteraliter allusione facta ad mores eorum, qui se prophetas tum temporis jactabant, eaque propter se ovium velleribus & caprarum circumvestire consueverant, ex veteris, verorum Prophetarum vestitus imitatione. Ita Zach. XIII: 4. ex κακοζηλια falsi Prophetæ induti erant אדרת שער δερρην τριχινην & notatu digna sunt verba ultima למען כחש. Fortassis ut putat Cl. Theologus Ultrajectinus, F. A. LAMPE in dissert. de *Esaja nudo* respexit Propheta ad morem vatum Gentilium, qui aut pelle induti incedebant, aut in pelle strati Oracula fundebant. Sic de Pythagora refert Porphyrius Ed. Kusteri pag. 20. eum, post-

Digitized by Google

postquam ad Idæos dactylos Cretam pervenisset, sacris initiatum, fuisse noctu παρα τα μαντεια μελανι & μαλλοις ἐσταλμενον, & additur εἰς δε το ἱδαιον καλυμενον ἀντρον καταβαν ἱερια ἐχων μελανα, unde constat Sacerdotes hoc vestitu indutos plebi illusisse. Hinc Bacchi comitibus Satyris, qui nostri שעירים sunt, teste Polluce L. IV. cap. 18. erat ἐνδυσις νεβριδος, αἰγη ἡν και ἰζανην (vel ut Casaubonus ἰσχνην) vel τραγην vocant, & Dionysius Halicarnass. L. VII. de indumentis satyrorum præter alia refert δορας τραγων, de qua re vide plura apud *Cuperum* observat. L. 2. c. XII. & Comment. Pollucis. Imo omnis ævi historia tradit Sacerdotes veri castique Dei cultus ignaros, externo corporis habitu ad austeritatem composito, singularis pietatis splendorem & famam affectasse. Jure igitur ejusmodi Sacerdotes villosis vestibus induti שעירים dici possunt.

§. 7. In citatis (c) Esaiæ locis de שעירים dicitur eos in desertis locis degere & ibi saltare, utrumque quam maxime convenit sacrificulis; constat ex 2. Chron. XI. 15. iis constitutos fuisse sacerdotes; confirmat id Diod. Sic. Lib. 2. dicens opportuisse τους Ἱερεις τους ἀφελαβοντας πατρικας ἱερωσυνας κατ' Αἰγυπτον τουτω τῳ Θεω (τον τραγον intelligit) πρωτον μυησθαι. In Sylvis præterea erant simulacra & aræ, quibus sacrificia offerebantur; quod omnis ævi testatur Antiquitas. Herodotus in

Digitized by Google

in Euterpe cap. 138. sic nobis Dianæ templum depingit ἐστι δε ἐσωθεν αὐλος δενδρεων μεγαλων πεφυτευμενων περι νηον μεγαν εν τω δη τεμενει. *Interius autem lucus est ingens maximarum arborum plantatarum circa templum, in quo simulacrum est.* Inibi jam multa sacrificia offerebantur, quis autem credat ab hircis vel Dæmonibus hæc comesta fuisse? Sane dubitandum non est, quin sacrificuli illi dæmones fuerint, hinc quod Porphyrius apud Eusebium præp. Evang. L. 4. sub finem de dæmonibus dixit, nos summo jure de sacrificulis dicere possumus, ὅτοι οι χαιρουτες λοιβη τε κνισσῃ τε δι ὠν αὐλων ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΟΝ παινεται. *Illi sunt qui nidore & libatione delectantur, quibus SPIRITUALE ipsorum corpus pingescit*; Historia sane sacerdotum Beli Sacrificiorum apud Oracula oblatorum Commessatio, & nota per omnia Secula Sacrificulorum Idololatrarum fraus satis ostendunt, non dæmones, sed Sacerdotes oblata sacrificia avidis dentibus rapta tartareo specu, ut elegantissimi Phædri verbis utar. Nihilominus tamen multi ex antiquis Ecclesiæ Patribus credidere malos dæmones nidore Sacrificiorum pasci. Athenag. Leg. pag. m. 109. Οι περι την ὑλην δαιμονες λιχνοι περι τας κνισσας και το των Ιερειων αιμα ὀντες, dæmones *illi materiis dediti, nidoris & sanguinis victimarum, avidi sunt.* Similiter Min. Felix p. 160. Ed. Davisii *nidore altarium & hostiis pecudum saginari, ait*, quos Origenes & Ter-

Digitized by Google

Tertullianus sequuntur. Mirum autem est eosdem risisse Gentiles, quod his cibis Deos vesci crederent, Arnob. lib. 7. *Date igitur quæso immortalibus Diis, bibant, scyphos, brias, pateras, & quoniam Tauris pinguibusque dapibus serciunt, ne quod in stomachi tramite male transvotatum subsiterit viscus, succurrite, properate Jovi O. M. merum ne præfocetur, date, cupit eructare, nec potis est; ac ni illa labatur & solvatur obstructio periculum maximum est, ne obliſus interrumpatur Spiritus, & viduatum remaneat, fine suis administratoribus cœlum.*

§. 8. (d) Accedit quod Levit. 17. 7. prohibeantur sacrificare שעירים addita causa אשר הם זנים אחריהם quæ non solum de idololatria, sed proprie intelligenda sunt; notum enim est abominandas lubidines in locis illis sacris commissas fuisse. Confirmat id historicus sacer 1. Reg. 14: 23. 24. & alibi pluribus locis; Imo, quod maxime notandum, erant scorta ejusmodi Idolo sacra, quæ קדשים & קדשות vocabantur: Jam autem sacrificulos in parum castis his lucis abominandis criminibus se contaminasse multis exemplis, si necesse esset, ostenderem. Vide si placet Herodotum Lib. 1. cap. 199. de more Babyloniorum, Strabonem Lib. 12. de Comana Cappadociæ & templo illic Deæ lunæ sacro, Epistolã Jeremiæ Baruco subnexam, nec mireris in lucis ejusmodi fraudes commissas esse, ejusmodi detestandus ritus vel hodiernos Indiæ Orientalis Idololatras invasit & ortum debet

Digitized by Google

sacrificulorum fraudibus. Vide Cl. la CROSE *histoire du Christianisme des Indes* Lib. 6. p. 488. Imo quod magis horum hominum audaciam ostendit in locis, ubi Oracula reddebantur nequissimi nebulones fœminas accedentes vitiarunt. Vide Herodot. Lib. 1. de turri in templo Babylonico Beli Joseph. Antiq. L. 18. p. 622. de Paulina ope Sacerdotum Isidis a juvene vitiata, Ruffini hist. Eccles. L. 2. cap. 25. quid ergo mirum si שעירים illi in sylvis degant? hinc puto etiam rationem petendam, cur minus Viri, sed solæ fœminæ in quibusdam templis pernoctare potuerint. Vide Macrob. L. 1. Saturnal. cap. 12. & Lipsium de Vesta cap. 3. sed pergendum.

§. 9. Dicuntur (e) nostri שעירים saltare ורקדו *& saltabunt*, plurimis in locis saltatio illa de sacrificulis adhibetur ita Hos. 10. 5. & de Israelitis Exod. 32. 6. dicitur ויקמו לצחק, quod non solum de comessationibus, sed tripudiis etiam intelligendum esse consentiunt Interpretes. Et notum est in festis præcipue Bacchi miras fuisse gesticulationes & saltationes, hinc Lucianus Tom. 1. p. 794. Ed. Grævii vocat institutum θειον καὶ μυστικον. Ita Thyades atticæ mulieres quotannis ad Bacchi Sacra Delphos proficiscentes per viam soliæ saltare, maxime ad Panopeum quam ideo καλλιχορον Homerus vocavit Odyss. XI. ut notat Pausanias in Phocicis, atque adeo antiquiores græcos in honorem Deorum choreas maxime.

Digitized by Google

me celebritatibus publicis agitare ſolitos ex infinitis Autoribus probatur, verba ſunt Cl. FEITHII Antiq. Hom. L. 4. cap. 5. hinc Satyri ſaltabundi finguntur, & ut verbo dicam tota de Satyris fabula ex antiquiſſimo שעירים cultu derivata eſſe videtur, quæ paululum conſiderabimus, & inde conjecturæ noſtræ robur addemus.

§. 10. Equidem 1. reſpectu derivationis non eſt conſenſus inter Eruditos. Satyrum Heinſius a סתר latere, Perizonius a Chald. סטר latus, Clericus ab Arabico שטר moleſtiam inferre derivat. Alii tamen non minus Eruditi Philologi a שעיר derivant, inter quos ut alios taceam referendus eſt Cl. *Vitringa* P. in Commentar. ad Eſai. 13. p. 414. ita dicens. *Ne longus ſim, certiſſime intelliguntur Satyri, gentilibus ſic dicti, eſtque nomen Satyr vel Satyrus ipſiſſimum Nomen hebræorum* שיער *vel* Sa-ir *littera* ת *interpoſita*, & *adſpirationem naturalem, quæ eſt in littera* Y *compenſante, ut adeo neceſſe non ſit comparare vocem cum hebraica minus recepta* צותרא *ut Buxtorfius apud Bochartum*; hactenus Vitringa. 2. conſtat Bacchi cultum in Ægypto ortum habuiſſe, v. Herodot. L. 2. cap. 49. Plutarchum de Iſide & Oſiride p. 355. ſq. & multis Bochartum in Phaleg & Hieroz. 3. Bacchus apud Euripidem & multis locis aliis ταυροµορφος deſcribitur:

Ἀλλ' ἡ πολ' ἤδη θηρ, τέλαυρωσαι γαρ εἶν.
Nunc fera factus tauri enim ſpeciem geris.

Digitized by Google

Alium locum Bochartus ex Plutarcho adducit, de mulieribus in Elide hunc hymnum Baccho canentibus Ἐλθεῖν Ἥρω Διόνυσε ἅλιον ἐς ναον, ἁγνον σὺν χαρίτεσσιν ἐς ναον, τῷ βοεῳ ποδὶ θυων ἄξιε Θαυρε ἄξιε Θαυρε. *Veni heros Bacche in sacrum Fanum maritimum cum gratiis in templum Bubulo pede ruens digne Taure, digne Taure.* 4. Satyri erant saltantes & salaces, hircus animal salacissimum 5. hujus Bacchi Comites erant Satyri, Sileni, Fauni, hi sine dubio primi illi erant, qui Bacchum rerum gestarum magnitudine celebrem post mortem in Deorum numerum retulerunt, cultumque ei instituerunt; homines autem fuisse Satyros illos testatur Lucianus Op. T. 2. p. 710. cujus verba prolixiora latine tantum dabo. *Generosissimus ille Bacchus semihomor nec materna stirpe græcus, sed mercatoris cujusdam Syrophœnicis, nempe Cadmi ex filia nepos, posteaquam immortalitate donatus est, qualis quidem ipse sit non dico, neque mitram, neque ebrietatem, neque incessum. Videtis enim opinor omnes, quam mollis sit & effeminatus natura, semi insanus statim a summo mane merum spirans. Hic sodalitium universum nobis adscivit & adducto choro adest, deosque fecit Pana Silenum & Satyros* NB. *agreses quospiam & caprarios multos, saltatores homines, & forma horribiles, quorum hic quidem cornutus, dimidiaque corporis inferioris parte capram referens, barbaque promissa parum a hirco differt &c.* confero elegantissimam gemmam hæc illustrantem, quam in libello de Poesi Satyr. attulit, o παυ Cas-

Digitized by Google

saubonus & junge Cl. Bibliothecæ hujus promi condi. Theod. HASÆI dissertat. Tom. XV. Hist. Criticæ Massonii insertam, in qua multa erudite congesta observabis; Cum autem constet antiquissimas gentes ejusmodi Satyros credidisse, originem vel ex eo quam maxime repetendam esse puto, quod Satyri illi primitus fuerint homines plebi illudentes, & sacrificiorum oblatione quæstum facientes, nec enim vel hircos solos, vel dæmones fuisse credi par est, hinc Lucianus Tom. I. p. 369. postquam narrasset Sophistas & Sacrificulos narrare Deos quosdam metu hostium territos in Ægyptum venisse, & inibi quasdam arietis, quasdam hirci formas induisse, ad finem colloquii hæc addit; hæc quæ ita a Vulgo creduntur mihi postulare videntur Τὰ μὴ ἐπιπιστευθῆ ἀδεῶς, Ἡρακλεῖτε δὲ τοῦ ἡ Δημοκρίτε.

§. 11. Hinc Viri docti, qui שעירים, aut hircos aut dæmones esse putant, nullam veri similem causam reddere possunt, qua ratione factum sit, ut tot diffitæ Gentes fabulæ de Satyris fidem habuerint, qui enim dicunt dæmones hircorum forma apparuisse, prudentioribus nunquam satisfacient, nec meliores sunt conjecturæ Cl. Casauboni & Vitringæ. Ille de Satyr. Poësi lib. 1. cap. 2. originem hujus rei ita pandit. *Mera sunt delirantium Poëtarum, deinde pictorum figmenta, in quibus nulla esse potest constantia; absit enim ut putemus extare ullos, aut*

Digitized by Google

extitisse unquam in rerum natura Satyros Silenosque, sed cum errans aut ludens natura, sicut ait Plinius, hominem aliquando produxisset in lucem cum cornibus aut alia deformitate contra consuetas ipsi leges notabilem, paulatim sibi persuasere mortales rerum imperiti, & naturali quadam inclinatione generis humani ad τερατολογιαν & rerum mirabilium fictionem justa proni, nasci in Sylvis & abruptis montium tale animalium genus, quod commentum pari levitate a posteris acceptum & varie concinnatum est atque a prioribus fuit excogitatum. Ita Casaubonus. Cl. vero Vitringa putat homines vidisse in Sylvis animalia εἰδωλοθηκοτε, similis caprinæ speciei similia, hinc putasse ea esse dæmonum speciem homini illudentem. Sed quis non videt longe petitas & parum verisimiles esse has conjecturas, quis enim credat totam antiquitatem & Ægyptios sapientissimam gentem, vel ex hoc solo ad cultum Satyrorum motos fuisse, quod aliquando hominem cornutum quis viderit, aut simias in Sylvis saltantes? cur non toties totiesque observare potuissent, in locis ubi magna horum copia erat, animalia tantum esse? Sane qui cultum idololatrarum omnium paulo penitius considerabit, maximam partem cuncta ad fraudem composita fuisse perspiciet, inibique sacrificulos maximam fabulæ partem egisse.

§. 12. (g) Putamus autem, nos stante hypothesi nostra rationem hujus rei longe proba-

Digitized by Google

babiliorem reique naturæ convenientiorem dare posse, quod denuo nostræ conjecturæ pondus aliquod adjicere posset. Ego rem ita concipio 1. credebant antiquissimi Idololatræ duo esse contraria æterna rerum Principia, Bonum & Malum quod ingenti testimoniorum farragine probare possem, nisi hic mihi otia fecisset Cl. Christoph. WOLFIUS in erudito libello de *Manichæismo ante Manichæos*. 2. credebant malum principium variis sub formis hominibus illudere, & præcipue in locis tesquis & desertis errare. 3. ad augendam & fovendam hanc superstitionem quam maxime accommodatæ erant sylvæ & luci. In lucis enim cultui profano consecratis inusitatæ proceritatis & vetustatis arbores, profunda silentia, sancta quædam & nativa ruditas, arborum densitate fugata dies, horrida spectacula, arbores Deorum imagines referentes, credulos homines ad superstitionem commoverunt, iisque procul dubio Numinis ibidem latentis fidem fecerunt, summamque reverentiam incusserunt. Ita Seneca lib. 5. epist. 41. *Si tibi occurrit vetustis arboribus & solitam altitudinem egressis frequens lucus, & conspectum cœli ramorum aliorum alias protegentium submovens, illa proceritas sylvæ densæ & continuæ fidem tibi Numinis facit.* Vide Eruditum Spenc. L. 2. cap. 6. 4. ut igitur Sacerdotes hanc superstitionem confirmarent, & in suos usus converterent, sine du-

Digitized by Google

bio fraude & malitia usi sunt, nempe hirsutis vestibus induti aut hircorum tergis contecti, promissa barba, voce tetra & lugubri, gesticulationibus variis per sylvas hinc inde errarunt, inibique plebem credulam & præjudiciis de malo principio captam confirmarunt, dari nempe in Sylvis malos dæmones hircorum specie apparentes, quantocius igitur sacrificia offerenda, eorumque iram placandam, aras igitur & idola tetras has dæmonas repræsentantia astuti confecerunt. Nec res hæc tum temporis difficulter ita componi potuit. Finge tibi hominem superstitiosum & timore dæmonum perculsum noctu per Sylvas euntem. Is si viderit Eremicolam quendam, aut lunæ lucem arborum foliis & ramis varie reflexam, statim dæmonis imaginem sibi præsentem sistet, & credulæ turbæ domum rediens, magna vocis titubatione, fronte mire ad metum composita, visum narrabit, quo facto certe integra familia in opinione confirmabitur. 5. Tandem cum sacrificuli sacrificulorum allatorum copia laute saginarentur & niterent, cærimonias multiplicarunt, mystas instituerunt & inde fabulam hanc longe lateque propagarunt, præprimis cum magnam plebs fidem habuerit semper sacerdotibus. Si quis objiciat multum me conjecturis hic tribuere, non abnuam. Sed nil hic finge quod non facillime fieri potuerit, qui detestabilem fraudem Sacerdotum in oraculis pro-

Digitized by Google

procudendis bene perpenderit, is, quam facile hæc fieri potuerunt, videbit: Et bone Deus quot fictas historias & ridenda miracula Romanenses sacrificuli plebi persuaserunt, quæ nec hodienum e multorum mentibus eradicari possunt. Si quis jam omnia argumenta, quæ pro nostra conjectura attulimus, simul jungat, is, ni fallor fatebitur probabile esse nostros שעירים SACRIFICULOS fuisse.

§. 13. Sed ut nihil omisisse videar, dissentientium objectiones audiendæ sunt. Prodeat 1. Cl. Vitringa in Commentar. ad Esai T. I. p. 414. ita, de iis qui hic dæmones videre non possunt, dicens. *Qui hoc Seculo nostro præ cæteris videri volunt sapere has & similes sententias adscribunt imbecillitati judicii superstitiosorum & meticulosorum hominum, & ego illos facile sibi & suis sapere patior, dum ita persuasus sum, vulgares illas sententias ita explicari & defendi posse ut nihil habeant absurdi, sed veri plurimum, media quædam via est inter superstitionem & δεισιδαιμονίαν illorum hominum, qui quarum rerum aut φαινομενων causas non vident, eas ipsis res aut φαινομενα fidenter negent, quod a meo ingenio alienum est. Ignorantia nostra & judicii imbecillitas modum non ponunt divinæ providentiæ ejus, quæ mirabilis est ad hanc normam exigere.* Hoc Cl. Theologi judicium in genere consideratum prudentissimum & modestissimum esse quis neget? Inconsulti illi sunt, qui omnes veterum opiniones a nostris hypothesibus abhorren-

Digitized by Google

rentes damnant, easque ad noſtros conceptus formari volunt; Sane bene ageretur cum Religione Chriſtiana, ſi illi qui S. S. interpretantur, ſimplicem ejus ſenſum ſequerentur, nec hypotheſes philoſophicas incertas ſæpe pro norma multarum Interpretationum haberent. In ſpecie imprudentes ſunt, qui ea negant, quorum inadæquatos minimeque perſpicuos conceptus habent, hinc nunquam Cl. Bekkeri opinionem ex natura Spirituum maxime, de eorum operationibus ratiocinantem amplecti potui, partim, quod tota noſtra de regno Spirituum cognitio obſcura & debilis ſit, partim, quod ſæpius contra bonæ interpretationis leges S. S. interpretur. Interim tamen prudens veritatis indagator non poſtulabit, ut inſolita fingamus, ubi nulla ſunt, aut, ut veterum opiniones ſine examine admittamus quascunque, vel ideo tantum, quod olim multa inſolita fieri potuerint. Non hoc quæritur inter me & diſſentientes, utrum exiſtant ſubſtantiæ quædam humana potentiores, generique humano inimicæ, nec utrum aliquam in hæc inferiora poteſtatem habeant, ſed utrum in explicatione quorundam locorum S. S. verſio τῶν LXX. nulla Autoritate & verſionis bonitate ſubnixa ſequenda ſit, vel potius ſenſus hebraico idiomati, & rei naturæ conformis quærendus; Nec ſequitur hic vel ille in quibusdam locis dæmones non videt, Ergo

Digitized by Google

pror-

prorsus eos negat. Scimus Cl. Theologum F. Junium per שעירים *scopes* intellexisse, nec ideo tamen temeritatis aut δεισιδαιμονίας crimen quisquam ei jure impinget.

§. 14. Transeo erga ad alia. Amicus, cui hanc meam conjecturam communicavi quædam contra eam monebat: ait ille Levit. 17:7. expresse dici Ægyptios sacrificasse τοις שעירים, jam autem sacrificia non offerri sacerdotibus, sed Diis, imo 2. Chronic. XI. aperte sacerdotes a τοις שעירים distingui. Sed hæc cum sententia mea pugnare non videntur; non nego duobus citatis locis de idolis agi & sacrificulos ab iis distingui, sed cum consentientibus omnibus diversa, voce שעיר significentur, ego argumentis adductus primariam vocis originem, qua hirsutum denotat, servavi, ideo quia Jesaiæ locis quam maxime convenire videtur. Pergit ille Ægyptii multa animalia, feles, bovem, canem &c. coluerunt, jam cultus hircorum similem originem habet, ergo Sacerdotes esse non possunt, cum idem respectu aliorum animalium dici deberet quod absonum. Sed si vel maxime rationem reddere non possem, qua ratione omnis hic Ægyptiorum cultus superstitiosus ortus sit, non inde sequeretur ergo cultus των שעירים non ea, qua dixi, ratione sciri potuit, in genere a Paulo discimus, quod δοξαν του Θεου ἀφθαρτου mutarint εν ὁμοιωματι φθαρτου ἀνθρωπου και πετεινων, και τετραποδων και

ἑρπε-

Digitized by Google

ἱκανὸν, hoc nobis sufficit, rationes autem singulares omnium hujus rei circumstantiarum nos latent; Interim cum fraudes sacerdotum gentilium perspectæ sint, nihilque absurdi in mea sententia inveniatur, ferenda est, usque dum certiora hic habeamus. Contra loca Esaj. 13. & 34. excipit ille. Cur Sacerdotes horrendis bestiis in sylvis degentibus jungantur? Sed hanc ipsam objectionem jam contra eos qui dæmones esse statuunt, retorsi, ut autem directe respondeam, dico hic ad scopum solummodo Prophetæ respiciendum esse, qui id tantum dicere vult, loca hæc fore summe desolata, hominibusque incussura horrorem, quod ipse Cl. Vitringa agnoscit, nec ultra igitur extendenda verba. Cum autem aliunde constet, sacrificulos solitos sylvis inerrare, inibique varia Idololatriæ Instrumenta fuisse, mirum non est, si hic cum bestiis in sylvis degentibus jungantur.

§. 15. Postquam hæc jam in chartam conjeci video Cl. CLERICUM Biblioth. Selectæ Tom. 3. quædam contra explicationem locorum Levit. 17. & 2. Cronic. X. monuisse. In explicatione locorum Jesaj. 13. & 34. mecum consentit, nullos hic dæmones intelligi debere. En effet ait ille, שעיר signifie proprement velu & se prend communement pour un boue. *Ce n'est qu'en suivant les idees des Payens, qui croyoient, que dans les deserts, il y avoit*

Digitized by Google

avoit des Pans & des Satires, que les Interpretes grecs ont traduit ici des demons; en quoi neanmoins ils ont ete suivis de plusieurs autres interpretes. Ces memes idees grecques leur ont fait trouver la des Sirenes & des Onocentaures qui sont des animaux fabuleux. Ad locum autem 2. Chron. XI. quem nos cum V. DALEN de idolis hircorum formam habentibus explicuimus, objicit Cl. Vir, quod cultus vitulorum expresse in SS. nominetur, de statua autem hirci a Jeroboamo posita altum esse silentium, jam autem minus probabile esse Deum hircorum cultum Jeroboamo non exprobratum fuisse, cum id fecerit respectu Vitulorum. Sed præterquam, quod ex silentio scripturæ hic non satis certo, argumentari possimus, hæc objectio ipsum ferit Cl. Clericum, si enim Jeroboamus dæmones quosdam malos æque sub forma hircorum ac Vitulorum coluit, quæ ratio esset, ut Deus unum exprobaret, de altero sileret? deinde haud improbabile est, velideo cultum vituli toties Jeroboamo objectum, quod Deus singulari quadam ratione Crimen Israelitarum olim commissum & iram contra intentatam in memoriam ei revocare voluerit. Instat tamen Cl. Vir, dicendo; Zabios sub forma hircorum inconspicuas quasdam naturas coluisse, hinc Judæos recte dicere posse eos dæmonibus malis sacrificasse, sed vellem 1. ut Cl. Vir expressum locum ex Antiquitate petitum attulisset, quo con-

Digitized by Google

constaret Ægyptios sub imagine hirci inconspicuas quasdam naturas coluisse, nec enim testimonia Maimonidis de Zabiis allata ipse Cl. Vir amplectitur, quod ex indice philologico ad *Stanlej.* Hist. philosophiæ Orientalis patet. 2. si vel maxime inconspicuas quasdam naturas coluissent Zabii, non inde tamen sequeretur eos eam de iisdem ideam habuisse ac nos de spiritibus malis, quod ipse alicubi ni in Arte Critica monet, hinc cum ipse supra moneat opinionem LXX. Interpretum de dæmonibus malis Satyrorum instar in Sylvis degentibus confictam esse ad opiniones græcorum, nescio qua ratione Esaiæ hanc mentem tribuere possit, præsertim cum quid Judæi tum temporis de dæmonibus malis senserint, non adeo apertum sit, tandem quemadmodum vox עגל semper aut vitulum aut idolum hujus form ,non inconspicuam quandam naturam notat, ita simili ego ratione puto, vocem שעיר hac in parte præter hircum hirsutum, vel idolum hirci nil significare. Certe hic exacte ratiocinari non licet, dum multa nobis incognita sint. Interim quicquid sit, hæc non impediunt, quo minus Conjecturis hic locus sit. Nec tamen cum quoquam hac de re litigare velim. In omnibus modeste dissentientes ferre possum. Contentiosos, quique omnem novam opinionem eamque innocuam detestantur, & invidioso consequentiarum συμμαν urgere so-

Digitized by Google

solent, indignos puto, quibuscum conferatur. Non agitur hic de Articulis Religionis cum salute connexis, sed de vocabuli Hebraici significatione. Per me ergo perinde est utrum per שעירים hircos, dæmones, scopes aut aliud quid intelligas, modo mihi permittas in citatis Esaiæ locis Zabios Sacrificulos intelligere, usque dum me deceptum fuisse videam.

VI.

J. C. HARENBERGII, Commentatiuncula de *Oratione per spiritum & veritatem* ad JOH. IV. 23. 24.

Conspectus §. 1. Oeconomia N. T. clarior. §. 2. Doctrina etiam de trinitate. §. 3. Christus est *veritas*. §. 4. Spiritus S. dicitur πνευμα. §. 5. Pericope nostra de oratione ad trinum Numen agit.

§. 1. Ve-

Digitized by Google

§. I.

VEtus Teſtamentum umbram exhibebat, N. Teſt. vero ipſum adumbratæ imaginis corpus. Summum bonum, Deus, in N. T. benignius delineatur & tranquillius. Felicitas ſempiterna potiſſime urgetur in fœdere novo, in veteri typus, Cananæa & exterior proſperitas. Media & adminicula ſalutis, meritum Meſſiæ & fides integra ac fructuoſa in illud defixa, clariori heic jubare radiant, ſublato cerimoniarum & mundi elementorum onere, cui nemo erat ferendo, quodque partim deſiderium Meſſiæ incendere liberatoris, partim inſtar plagoſi pædagogi ad libertatem anhelantes adducere debebat, Judæis ipſis omnia ſacrificia regno Meſſiæ denegantibus præter victimam gratiarum actionis & laudis, adeo ut tunc *ουκ ετι περι αμαρτιων απολειπεται θυσια*, *non amplius pro reatibus & culpis reſiduum ſit ſacrificium mactandum* Ebr. X. 26. Lex etiam naturæ jam ſplendidius coruſcat ablatis legibus forenſibus, ad terram certam tempusque definitum ſpectantibus, & cerimoniis multo copioſiſſimis diſſipatis, quibus univerſalis naturæ ſanctio multum obſcurabatur. Mortalium pauci ad internam animi integritatem adſpirabant; plurimi inexternis ſtatutis temere tantum deſudabant.

Quin

Digitized by Google

Quin etiam ipsum Numen erat magna ex parte בעלם occultum, & in tenebris habitabat, umbris typisque ad docendos pueros duros effrenatosque indulgens. Trinitatis mysterium quidem ita hic & ibi erat depictum, ut Judæi inde satis convinci possint, quorum etiam multa circumferuntur dicta, altius quiddam spirantia, quæ tamen, ne ludibrium hostibus debeamus, curate inspicienda & caute adhibenda sunt. At in N. T. tanta hujus doctrinæ lux effulget, ut mirandum sit, quomodo Socini, Arii & Episcopii quædam soboles ad illam caligare possint & velint.

§. 2. Joannes adeo vividis coloribus effigiavit dogma de *Trinitate*, ut Fanatici duræ videantur esse cervicis, qui tres personas in unica essentia negare queunt, & *vocem* inique exagitant. Ignatius, Polycarpus in rogo, Justinus Apol. 2. aliique patrum priorum pro Orthodoxis semper habiti, trinitatem venerati sunt. Conf. *Georgi Bulli Defensio fidei Nicænæ* & Jo. Jac. Lungershausen Progr. de *Doxologia patrum contra Whistonum Anglum* Mulhusæ 1716. 5. aliosque, quos dedit Zach. Grapius in *Theologia recens controversa*. Nec desunt scintillæ hujus æternæ veritatis in ipso Alcorano, licet ab auctore obscuratæ sint. Vid. *M. Matth. Georg. Schröderi Mubammed testis veritatis contra seipsum* c. 3. §. 25. Egregie ex Judæorum scriniis huc faciunt, quæ Celeberr. J. Andreas Danzius de *Tribus*

Digitized by Google

Elohim commentatus est, nec non P. Allixius von dem Zeugniß der alten Jüdischen Kirchen von der Heiligen Dreyeinigkeit.

§. 3. Christus dicitur αληθεια, αμην, Joh. XIV. 6. Ap. XXII. 20. I. 18. III. 14. אלוהי אמת Es. LXV. 16. quod est secundum Kimchium אל אמונת *Deus veritatis*. Φως το αληθινον Joh. I. 9. αληθινος θεος 1. Joh. V. 20. αρτος αληθινος Joh. VII. 38. ὁ αληθινος Ap. III. 7. πυρ και αληθινον v. 14. &c. nam θεος ζων και αληθης 1. Thess. I. 9. eum miserat, & πνευμα της αληθειας Jo. XVI. 13. & ipse erat plenus gratiæ & veritatis Joh. I. 14. testans ea, quæ erant veritas v. 33. nam verbo divino inest veritas XVII. 17. & in ipso est veritas theoretica & practica, quam in doctrinam quoque suam derivavit & a discipulis requirit Eph. IV. 21. ut enim veritas intellectus complectitur complexum innumerabilem notionum distinctissimarum rebusque omnibus adæquatarum; ita Christi intellectus est purissimus quia Deus est lux (i. e. ipsa cognitio omnium rerum simul præsens) & nulla caligo (ignorantia vel αγνοημοσυνη) in eo est 1. Joh. I. 5. Obstupescimus sane, si ea ponderemus, quæ pro admiranda intellectus divini amplitudine ac profunditate solide disputat Christianus Wolfius in *specimine Physicæ ad Theologiam naturalem applicatæ, quod sistit notionem intellectus divini per opera naturæ illustratam* & in *Metaphysica*

Digitized by Google

fica c. 6. §. 956. Quod si libeat per opera gratiæ Dei Christique intellectum infinitum demirari, nova non minoris ponderis sese offerent momenta. Licet enim gratiæ illa opera sint supra omnem numerum & commemorationem constituta, non tamen temere agit, qui pro amplificanda illa gratia argumenta collegit. Ponamus igitur cum Weigelio in Erdspiegel/ incolas orbis esse simul 1000000000. & intra 5000. annorum spatium orbem ita semper fuisse impletum, quod salvo errore fieri potest, si ceteros 700. annos negligamus pro Adami prima multiplicatione & Noachidarum fecunditate. Quodsi porro singulis centum annis mortales omnes ter interire novosque colonos succedere statuas, quod ob multorum parvulorum obitus fieri potest, homines habebis 15000000000000. Cogita singulorum hominum cogitationes esse 1000000000000. qui numerus facile est justo minor. Perpende singulorum gressus & motus, singulorum capillos singulos, quos Christus omnes novit & numeravit, actiones permultas, particularum humani corporis infinitam multitudinem, quarum singulæ, microscopia lævissima & curatissima fugientes, integrum faciunt systema, non necessario cum aliis combinatum, & præ innumerabilibus aliis possibilibus electum. Hæc omnia & singula ad Christi gratiam universalem, & curam ab

orbis exordio spectarunt. Adde ex regno gratiæ specialis omnes gemitus, lacrymas, verba precum & canticorum, omnes vias piorum singulorumque articulorum motus, quos Christus custodit, præterea etiam omnes particulas in resurrectione universali ad restituenda corpora necessarias pro tot hominibus, immo totius orbis conformationem ad actiones fidelium, in quo tot & tam innumerabilia sunt corpora corporumque particulæ. Valeant Cyrus, Themistocles, Franciscus I. aliique, quorum felicissimas memorias Hieron. Drexelius in *Aurifodina* prædicat. Christi intellectus & memoria sunt stupore potius digni, in quibus nullus error, σκοτος, sed lux purissima & distinctissima veritas. Præses judiciorum penes Ægyptios gestabat in collo simulacrum, ex aurea catena dependens, e lapillis pretiosissimis, cui *Veritas* nomen, teste Diodoro L. I. c. 75. Summus Pontifex Ebræorum in sincipite conspicuam præferebat laminam, cui קודש ליהוה *veracitas Dei veri* inscriptum. Nec carebant vates, & Judaici & fatidici Gentium, auctoritate veritatis; nequid de ἱερογραμματευσι, προφηταις, *scribis & prophetis* Ægyptiorum referam. Christus, cui omne judicium traditum est, verum fert judicium; Idem ἀρχιερευς singula novit & summa veracitate instructus est; Idem instar præclarissimorum prophetarum erat, futura certo prædi-

Digitized by Google

cens ac exſequens. Quare optimus Soſpitator ſummo ſuo promerito αληθεια & αληθινος dicitur.

§. 4. Nec eſt quod de eo dubitemus, quin Spiritus ſanctus nude & citra vocem additam vocetur *ſpiritus*, e. g. 1. Cor. XII: 4. 7. 8. 9. 11. Act. II: 4. &c. idque partim ob αγιον πνευμα, רוח מרחפת Gen. I: 1. Act. II: 2. per quem præſentiam ſuam diſtincte fecit teſtatam, partim ob aëris ventique ſtupendos ineffabilesque effectus, quorum ſub ſymbolo vehementiſſima lenitas *ſpiritus ſancti* adumbrari poteſt. Non eſt infitiandum, vocem רוח, πνευμα, ſæpius corporibus opponi, nunc omnibus, nunc tantum craſſis, & ab antiquiſimis Philoſophorum, Ægyptiis, Chaldæis, Thalete, ac Cabbaliſtis extraordinariam quamvis actuoſitatem ſpiritibus, non conſpicuis, tribui, adeo ut πνευμα, רוח, κατ' εξοχην ſumptum denotet *non apparentem extraordinarii motus auctorem.* Spiritus ſanctus vero α) non incurrit in oculos, niſi per opera β) extraordinarios edit motus in patrandis miraculis, emendandis hominum animis & conſervatione eccleſiæ γ) & ipſe princeps eſt ſpirituum.

§. 5. Nemo vero venerari recte novit patrem, niſi id fiat per filium ejusque reconciliationem Rom. III: 25. rurſusque Jeſum haud licet agnoſcere dominum, niſi per ſpiritum ſanctum 1. Cor. XII: 3. nam *per Chriſtum*

Digitized by Google

stum & Judæi & Ethnici converſi *aditum habemus in uno ſpiritu* ſancto, qui noſtros animos reddit concordes, *ad patrem* Eph. II: 18. adeo ut ſeriæ Deoque complacitæ preces ſimul ad patrem filiumque & Spiritum dirigendæ ac convertendæ ſint. Ubi igitur ſingulis vocibus ſuum pondus ineſt proprium, ad ſupervacuum Pleonaſmum haud eſt delabendum. Nonne vero Pleonasmus foret, ſi Chriſtus dixiſſet: *Veri adoratores patrem adorabunt in veritate?* Nam dum προσκυνητὰς vocat ἀληθινοὺς, nonne adoratores vere & ſincere adorantes jam intelligit? Liceat igitur Joh. IV: 23. 24. interpretari: *Sed ita inſtat tempus & jam preſto eſt, ut veri adoratores adorent Patrem per Spiritum* ſanctum & *Veritatem* ipſam Jeſum, *nam Pater delectatur ejusmodi cultoribus* ſui. *Deus eſt ſpiritus, & qui adorant eum, eos oportet eundem per Spiritum* intus operantem & *Veritatem* Jeſum redemptorem *adorare.* Adde quod de ſalute per Judæos fuerit ſermo v. 22. & N. T. ingenuum preces fundendi ritum ſolpitator optimus traditurus erat, ut liquet ex voculis: *Inſtat tempus.* Patrem, ſæpe cum integritate ſpiritus, hucusque adoraverant Judæi, ut ex omnibus eorum precibus liquet, & qui cum Daniele adjeciſſent paucula de Meſſia, erant pauciſſimi, & fere nulli. De Spiritu ſancto in Judaicis precibus altum erat ſilentium, & per eum prophetiam minoris gradus intelligebant.

VII.

Digitized by Google

VII.

Isebrandi Eilardi HARKENROTHII,

Periculum criticum,

quo

ΛΕΒΗΔΩΝ HESYCHII, aliaque ejus depravata loca explicantur.

§. 1.

QUamvis summi Viri certatim HESYCHIO, optimo Grammatico Græco, medicas contulerint manus ope Divæ Critices, extant tamen in illo adhuc loca plura vel intacta vel desperata iis, quæ inter duo selegit THEODORUS HASÆUS, cujus verba, quæ Class. VII. Fasc. II. hujus Bibliothecæ annexa sunt, adscribere non gravabor. „Locum quendam Arabiæ, ita describit „*Hesychius*; Λεβιδων, τοπος; ἐν ᾧ ἐθυσιαζον οἱ „κατα την Λιβαδησιαν Αραβιαν Μωαβιται. Ita „vulgo legitur. At hæc corrigenda dicas „ex *Glossario* MS. quod sub *Cyrilli* nomine in „*Bibliotheca* publica *Bremensi* exstat. Ubi ita „scriptum est. Λεβηδων, τοπος· ἐν ᾧ ἐθυσιαζον „οἱ κατα την Λιβανησιαν Αραβιαν Μωαβιται. Cui

 „etiam

Digitized by Google

„etiam conveniunt Lexicon MS. *Cyrilli* Ba„roccianum, quod *Oxonii* in *Bodlejana* asser„vatur, & *Phavorinus*, nisi quod apud hos „exigua variatione pro Ἀραβίαν legitur Ἀρία„βίαν. *Hesychius* paulo ante locum adductum „hæc quoque habet; Λεβηδων, πτ. των Λευι„τῶν ἐνθα ἐθυσιαζον. Cum nusquam apud „Geographos Veteres illius loci Λεβηδων di„ligenti invenire potui vestigia, haud exi„guam a me inibit gratiam, plura me de „illo, & simul, qui per illos *Hesychio* me„morati Λευιτας intelligendi sint, docere „placuerit.

§. 2. Præoccupent animum nostrum hæ ὑπολήψεις (I.) quod si vel ipso solis curru lustraret quis totum terrarum orbem, vel (ut ajunt) alatis draconibus cum Triptolemo per omnes gentes circumferretur, nullum inveniri posse Λεβηδων τόπον, nec usquam terrarum fuisse. Non enim huc pertinet *Lebedos* Joniæ Urbs *Herodoto*, aliisque memorata. (II.) Quemlibet scriptorem, etiam *Hesychium*, esse verborum suorum optimum Interpretem, foret adeoque supravacaneum aliorum operas sollicitare, cum ipse Grammaticus idoneam administret. (III.) Literas majusculas Λ & Δ sæpius incuria oscitantis vel nimium festinantis Librarii esse in textu *Hesychii* vitiose mutatas, vel quandoque in quibusdam Codd. exesas, injuria temporis: deinde amanuensem, ex ore dictantis qui

ex-

Digitized by Google

excepit, pronunciationem ε & αι affinem Alexandrinis quandoque fefelliſſe. Videbuntur in Criticis verſatiori ne quidem hæc prænonenda, cum toto & omni die exempla occurrant, quæ ita ſuadent ſentire, è re tamen mea fore duxi animum Lectoris hiſce præoccupare, ne in ſequentibus iis preſſius inhærendum eſſet.

§. 3. Jam ex ordine quæſiti præſcripto inſtituam facere periculum tractaturus *primum* illum locū, ΑΕΒΙΔΩΝ dicitur *locus, in quo Moabitæ ſacrificarunt*; quippe pro Μωαβίτην, in *Edit.* vitioſe quod habetur, etiam dudum ὁ Παυν *Salmaſius* Μωαβίται legendum cenſuit, cum quo ſentio, accedente adhuc auctoritate *Gloſſarii* MS. in *Bibliotheca* publica *Bremenſi* & *Lexici* MS. CYRILLI in *Bodlejana* ac *Phavorini* reſtituendum *Heſychio* noſtro Μωαβίται quisque videt. Statim in Moabitide hunc locum quæſivi, ſubiit enim animum meum conjectura, fuiſſe in eo ſedem religionis Moabitarum avitæ & aram poſitam, in quo gens hæc Diis ſuis ſacra rite faciebat olim, fluctuabat animus mihi, conſulebam Grammaticum, fere præſtrinxiſſent oculos meos illa *Heſychii*, ΜΩΑΒ ΛΕΒΗΣ ΤΗΣ ΕΛΠΙΔΟΣ ἔλων ἐθνῶν τὸ σύγημα διὰ τῆς τῦ Μωάβ προσηγορίας αἰνίτλεται. Θυσία ἀληθινή, τῷ πνεῦ τῦ θεῖ πνεύματος θερμαινομένη. Non dubitabam, quin Grammaticus in animo habuerit illa Poetæ ſacri, juxta verſionem ἰῶν ἑ Pſ. LX: 10.

Digitized by Google

CVIII: 9. מואב סיר רחצי Μωάβ λέβης τῆς ἐλπίδός μου nimirum Græci Interpretes verbum *ſpei* cenſuerunt ל רחץ, prout adhibetur *Dan.* III: 28. & à Chaldæo Paraphraſte pro בטח & חסה, quod Philologi dudum monuere; hærebam autem de iis, quæ ſequuntur θυσία ἀληθινὴ &c. nec hactenus ſum aſſecutus, aliquando inciderat hæc conjectura ad hunc noſtrum locum, quem tractamus, pertinere & pro ΑΕΒΗ ΔΩΝ eſſe reſtituendum Grammatico ΑΕΒΗΣ ΜΩΑΒ, non poteram ſenſu commodo explicare, adeoque rejeci illam, nec me hactenus pœnituit jacturæ.

§. 4. Deinde ex certioribus prædicatis cum ſit hujus loci notitia verior petenda, quæſivi in Moabitide & ubinam ſacra fecerint Moabitæ, ſuæque religionis poſuerint ſedem, ſuggerebat ipſe *Heſychius* locum, quem producam ΔΕΗΒΩΝ ῥύσις ἑρμηνεύεται. ἔστι δὲ πόλις ἐν Μωαβίτιδι ἱδρυται ἱερὸν Μωαβιτῶν, non Μωαβηλῶν ut in *Edit.* vitioſe legitur. *Sopingius*, Vir ſane eruditus, ſcribendum ΔΕΙΒΩΝ cenſuit & hujus fieri mentionem. *Num.* XXXII: 3. monuit, ſed quid ῥύσις? interrogat. An à ראב vel potius רב pro זב ut vult *Coccejus*, notante *Schrevelio*. Nondum huic immorabor, potius quæ è re mea forent, monebo. Intelligimus jam Templum Moabitarum fuiſſe in Δειβὼν vel Δειβὼν ex mente *Sopingii*. Unde autem *Heſychius* hauſerit Templum Moabitis

Digitized by Google

bitis sacra facturis fuisse in *Dibone* vel apud hanc urbem, inquiramus.

§. 5. Urbes à Rubenitis & Gaditis occupata Cananæa possessas & inhabitatas in regione Transjardenensi fuisse olim Moabiticas, non attinet dicere, quia notissimum. Sollicitabam operas *Eusebii* & *Hieronymi*, qui in Visione contra Moabitida *Jesaiæ* & *Hieremiæ* memorari Urbem hanc auctores fuere. Vide *Jer.* XLVIII: 22. & *Jes.* XV: 2. Posterior citatus Vir Divinus declamat sententiam gravem Dei prolatam de Moabo & hujus regione, incolis & Urbibus singulari judicio tremendo affligendis, quam hisce orditur. *Omnino nocte vastatus est Ar Moabi, excisus est. Certe nocte vastatus est Kir Moabi, excisus est. Ascendit* הבירה וּדיבן הבמות *in Templum & Diboni & ad excelsa*, vel *aras*. (Omnis enim *ara* vel sacra domus ædificata Deo alicui Gentium Mundi במה sæpius dicitur ex observatione plurimorum Eruditorum Virorum, cui non habeo quod addam.) Græci Interpretes vertunt ὠπολεῖται γὰρ ἡ Δηβὼν, καὶ ὁ βωμὸς ὑμῶν. Citante Summo Viro *Joh. Seldeno* de *Dis Syris* Syntagm. II. cap. 12. p. m. 265. LXX. Seniores Νεβων pro Δηβὼν. Omnino recte, Δεβων legendum conjecit & *Nebo* in hac urbe fuisse cultum numen videbatur ipsi, cui non adsentior, quippe *Camosch* solem Moabitæ summum Numen divino honore fuerunt prosecuti. Jam sumus assecuti, unde

Digitized by Google

de sumserit Grammaticus in ΔΕΗΒΩΝ quod in ea fanum Moabitarum fuisse referat.

§. 6. Jam verum hujusce Urbis situm definire deberem, si possem, nec subterfugio aliorum judicia æqua & recta, modo liceret hisce, quæ autem de situ hujus notata monebo, ubi evicero *Dibon* & *Dibon-Gad* Mosi *Num.* XXXII: 3. 34. XXXIII: 46. eandem esse urbem, vel villam, hoc sensu, ut statio castrametantis Israelis ad *Dibon* vel *Dibon-Gad* fuisse probetur, tam liquido, prout dabitur ex monumentis Historiæ Sacræ, non enim alicujus animum deberet suspensum tenere auctoritas *Eusebii* & ex eo *Hieronymi*, horum enim fides omnino laborare debet, quando major & dignior obstat Historiæ Sacræ: deinde dubium mihi non adeo Canaanæam urbibus & villis frequentem fuisse, ac constans fert summorum Geographiæ sacræ peritorum & de ea illustranda bene meritorum, quamvis Magni Nominis Virorum, traditio, persuasi, cujus rationem unam exponat hoc leve specimen. *Dibon* ad urbes Rubenitarum & Gaditarum regionis relata, inter *Atarotb* & *Jaërer* Mosi memoratur, *Num.* XXXII: 3. jungitur huic *Dibon* במות בעל ובית בעל מעון & *excelsa* Aræ *Baalis* & *Templum Baalis Maon* vel *Meon* (conf. *Jes.* XV: 2.) *Jos.* XIII: 8. hæc autem à Gaditis condita ac possessa. *Num.* XXXII: 34. adscisit nomen *Gad* & cognominatur *Dibon-Gad*, XXXIII: 46.

quam-

Digitized by Google

quamvis per περόλησιν sic dicta censeri debeat, sita inter עיי העברים *tumulos* Abarim *finium* & עלמן דבלתים *Almon Diblathaim.* vs. 46. (quasi *manipulus palatharum*) erat autem locus stationis עיי העברים *tumuli Abarim* in limite Moabitidos versus aquilonem, *Dibon Gad* in confinio regionis Rubeniticæ & Gaditicæ sita censeatur, nec erit, quod impediet. Obiter observandum duxi ad locum *Jes.* XV: 7. ubi describit Vates singulare Dei judicium exequendum erga Moabitas, *Ideo divitias* quas quisque *lucratus est & substantias illarum* על נחל הערבים *in vallem Arabim* portabunt, novi quid Interpretes & non ita pridem ὁ πανυ VITRINGA P. ad *h. l.* fuerit commentatus, an obstaret quidpiam, si conjecerim perinde ערבים & עברים indicare, ut intelligi deberet *vallis finium*, in tumulis Abarim? sola μεταθεσις literarum ר & ב non poterit impedire ac 2. *Sam.* XV: 28. XVII: 16. scribitur בעברות חמדבר legitur בערבות nec infrequens venit hæc literarum μεταθεσις in nominibus urbium & locorum propriis, & omnino observari debet, conducit enim Topographiæ Sacræ illustrandæ, cujus unum alterumve exemplum satis luculentum ὡς ἐν παροδῳ promam. Memoratur Josua, sepultus XXIV: 30. *in termino possessionis ejus* (conf. XIX: 50.) בתמנת סרח *in* Thimnath Serach, *quæ est in montano Ephraim.* Verum in Libro *Judicum* II: 9. בתמנת חרס *in* Timnath-Cheres

in

Digitized by Google

in montano Ephraim tumulo conditus refertur. Obſerves in nomine hujus urbis proprio transpoſitas literas סרח & חרס, eadem urbis *Thimnath Serach* & *Thimnath-Cheres*; nec poteſt quis in eo hærere. Huic liquido ſatis jungam aliud, quamvis non adeo obvium. *Gen.* X: 19. limites terræ, quam Canaanis filii & nepotes indigenæ poſſederunt, deſcribuntur, hiſce, *Et fuit terminus Canaanæorum à Tzidon dum venis Gerarah usque ad Azah, dum tendis Sodomah & Gomorrah & Adamah & Tzeboïm* עד־לשע *usque ad Laſcha.* ΛΑΣΑ *Euſebio* (non Λασὰν ut legitur in *Edit.*) ὅρων τῶν χαναναίων περὶ τὴν Σοδομῖτιν ut recte emendavit. Celeb. *Clericus*, qui de urbe hac ſententiam dixit. *Quæſt.* Hieronym. III. §. 16. Fallitur autem *Hieronymus*, cui *LASA*, *terminus Chananæorum circa Sidonem* dicitur. Sed *Sodomam* ſubſtitui debere, nos monuit Vir ſummus HADR. RELANDUS *Palæſtin. Illuſtrat.* Lib. III. p. m. 871. ש & ס cum ſint literæ ejudem organi, quid impediet סלע *Petram* intelligere ſitam in extremo limite auſtrali regionis tribus Judæ poſt diviſam terram. *Jud.* I: 36. 2. *Reg.* XIV: 7. & quidem in valle, quam lacus Aſphaltites alluit.

§. 7. Sita autem hæc *Dibon*, *Dimon*, *Dibon-Gad* in campeſtri regione fuit. *Joſ.* XIII: 9. non ita procul fluvio Arnone & urbe Chesbone ad euronotum, nimirum Chesbon ab Imoræis occupata & vaſtata ad *Dibo-*

Digitized by Google

nem

nem refertur. *Num* XXI: 30. quem ſitum ubi mecum revolvo, vix me abſtinere poſſum, quin credam לִדְבָר *Lidbir* dictam *Joſ.* XIII: 26. fuiſſe eandem urbem, vel huic proxime vicinam, peritiores, ſi velint, inquirant, jam *Dibon* & *Beth-Baal* (Templum Baalis) & *Bamoth-Baal* (Aræ-Baalis) non adeo longe invicem diſtitiſſe credas velim. Novimus olim Deo Tutelari & Domeſtico Populi vel Urbis ad portam Templum & Aras poſitas perhiberi poſſim, ut ſe hujus Numinis favore & præſidio tutos fore cives perſuaſerint. Ut autem uno exemplo probetur, promam illud, quod liquidum ſatis ex Libro *Judicum* VI. in Hiſtoria notabili illuſtris Gideonis, cui urbs natalis עָפְרָה *Ophrah* (a) in

(a) Hæc num adeo anixie veniat diſtinguenda ab illa Benjaminis valde dubito, quamvis ſummi Viri ſic ſentiant, ne autem quis absque idonea ratione me animum de ea ſuſpenſum tenere præſumeret, revolvat mecum, regionem dimidiæ Menaſſitidos fuiſſe in Ephraimitide, ſeu Ephraimitas è medio ſortis Menaſſen ſuas occupaſſe urbes *Joſ.* XVI: 9. adeoque unam regionem communem Ephraimitis & dimidiæ tribui Menaſſeh hæreditariam ceſſiſſe. XVI: 1. Jam hujus termini ſigillatim deſcripti non extant, quantum ſcio, limitem vero auſtralem regionis Ephraimitarum & dimidiæ Menaſſeh tribui communis incidiſſe in borealem tribus Benjaminis, à Jardene per aquas Hierichuntinas protenſum verſus *Bethel*, *Ataroth*, confinia *Beth-Choronis* inferioris & Gerer usque ad Mare Magnum patuiſſe le-

Digitized by Google

in Menaſſitide. vſ. 11. VIII: 27. extra hujus Urbis portam extructa Baali, Deo Tutelari, Ara luco circumſepta. *Jud.* VI: 25. 28. 30. avitæ religionis ſedes. Jam *Dibon*, *Bamoth-Baal*, *Beth-Baal Meon* (*Joſ.* XIII: 17.) ſeu *Beth-Meon* (*Jer.* XLVIII: 23.) *Baal-Meon* (*Jechezk.* XXV. 9.) urbes, villas contiguas, imo ad *Dibonem* pertinuiſſe crederem, fuiſſe in iis locum conventus Populi Moabitici, Camoſcho Deo ſuo Tutelari (ut videtur) ſacra facturi ritu ſolenni. Nec obſtat ſingulas villas à *Dibone* diverſas memorari & עיר urbem dici, quippe vel unum domicilium, una caſa in agro, vel cumulo aggeſtæ terræ vel ſepe, diſtincto hoc nomine venit. Conf. *Gen.* IV: 17. 2. *Sam.* V: 7. Intelligimus igitur pro Αιβαδηπαιαν penes *Heſychium* eſſe legendum Αιβαηπαιαν Αεχβιαν. Late quondam patebat Arabia, ex ſolo Grammatico nunc ſapiam! ARABIA, τόπος Συρίας & refert in ΣΤΡΙΟΙΣ ΚΤΒΟΙΣ Syriam λέγεσθαι γῆν τὴν ἀπὸ Φοινίκης μέχρι Βαβυλῶνος, regio ad ortum Jardenis tota ἐν πλάτει *Arabia* quondam dicelegimus quibus contiguas *Haavvim*, *Happârah*, עפרה & *Aphrah* ſeu *Ophrah* invenies in recenſione urbium Benjaminiticarum *Joſ.* XVIII: 23. Viden' Benjaminitidos limitem borealem, Ephraimitidos & dimidiæ Menaſſitidos auſtralem eundem, cur non & urbes in utriusque regionis limite easdem & עפרה *Aphrah Benjaminis & Ophrah* Menaſſeh eandem fuiſſe dicerem.

Digitized by Google

cebatur, ad Libanum protensa, Λιβανήσιος cognominatur.

§. 8. Nunc restat alter locus penes Grammaticum ΛΕΒΗΔΩΝ πάπω τῶν Λευιτῶν ἔνθα ἰδυσίαζον pro Μωαβιτῶν in præced. hoc in loco Λευίτων legitur, per me si staret Λευιτῶν esse lectionem mendosam, restituendam *Hesychio* Μωαβίτων dicerem. Ubi autem quis dixerit, hoc modo nodum secari, non solvi, nec videri Grammaticum haud multo postquam de loco quodam mentionem fecerat, statim de eo ipso expositionem iteraturum, quod si semel duntaxat feciſſet in ΛΕΒΗΔΩΝ rem acu tetigiſſem, qui autem *Hesychium* consuluerit, inveniet in *Glossario* sæpius repetitas interpretationes, vel bis quandoque verba vel nomina explicasse, non igitur in eo erit, quod remorabitur, num autem nimis severus in hoc restituendo Criticus videar, hæreo, non quod diffidam iis, quæ jam explicando & emendando loco huic hactenus sufficere putavi, sed quia ipse, in Criticis imperitior, non impetrare à me possu ut tam rigidum agam censorem, hæc autem mendo suo purgari non potuit alia opera, ac illa, nisi exercitatior suam adhiberet, qui nostram respuit, non erubescam nostras vires periclitari.

§. 9. Unde ΛΕΒΗΔΩΝ? si *Dibon* huc pertinet, ex ΔΑΙΒΗΔΩΝ. (Vide quæ anticipavi §. 3.) ita enim legebatur in MS. *Alexandrino*

Digitized by Google

Versionis *Græcæ* LXXViralis. *Jes.* XV: 2. in quo καὶ Δηβὼν videtur coaluisse. Nec adeo alienum cuipiam in criticis versato videbitur Δ exesa basi Λ referre, AI & E. *Alexandrinos* eodem fere sono pronunciasse, ac H & I quondam Græcos accepimus. Sic ex ΔΑΙΒΗΔΩΝ tandem post multas Librariorum curas erupit ΛΕΒΙΑΩΝ, vel ΛΕΒΗΔΩΝ.

§. 10. Merentur adhuc loca quædam ex Grammatici optimi Lexico sub incudem revocari, spectantia Τοπογραφίαν Sacram. ΓΑΛΑΑΔ πυλαιῶν ὄνομα, ἢ μέτοχος. Notavit in calce Libri, quo usus fuit Vir summus *Jac.* RHENFERDIUS. „Hic Oedipo opus „erit, ad divinandum sensum interpretatio„nis. Sed quid si saltem pro postremo le„gas μάρτυς? Quid si πόλεως ὄνομα? Optime ἔμοιγε κεῖται conjecit. Non enim toto cœlo ΠΟΛΕΩΣ quis dixerit distare à vitiosa in *Editis* ΠΑΛΑΙΩΝ, nec ΜΕΤΟΧΟΣ recepta quamvis lectio restituenda potius ΜΑΡΤΥΣ, si quid judico. Γαλααδ urbs memoratur *Eusebio* in tractu montano Libani, quam Galaad filius Machir nepos Menasseh ab Emoræo captam tenuit. *Hieronymo* citatur *Jer.* XXII: 6. Γαλααδ σὺ μοι ἀρχὴ τοῦ Λιβάνου. Si Deus vitam mihi dederit & vires distinctius de urbe hac ad *Eusebium* disseram. Subiit animum meum conjectura *Hesychium* respexisse *Hos.* XII: 11. Græcæ Versionis, ubi Γαλααδ גלעד me-

Digitized by Google

memoratur, & statim fit mentio *Galgalis*, sic penes nostrum sequitur mox

ΓΑΛΑΑΔ, πόλις ἔθνων. Ἀγαάλαλα περὶ χειρίδων nimis remotum videbitur, itaque emendes titulum cum *Sopingio*, qui sæpius in emendando textu Grammatici hujus feliciter versatus est, ΓΑΑΓΑΑΑ qui porro legendum conjecit πόλις ἐν ᾗ ἔθνων. Legitur *Hos.* XII: 11. ἐν Γαλγάλοις (juxta MS. Cod. *Barberini* & Edit. *Aldinam*) ἄρχοντες θυσιάζοντες. De hac autem Versione nihil addam, in Hebr. בגלגל שורים זבחו *in Galgal boves immolarunt.*

ΜΩΑΒ ΛΕΒΗΣ ΤΗΣ ΕΛΠΙΔΟΣ ὁλῶν ἐθνῶν τὸ σύσημα διὰ τῆς τῦ Μωαβ προσηγορίας κινίτεται. Vide supra §. 3. sed de hisce quæ sequuntur, θυσία ἀληθινὴ, τῷ πυρὶ τῷ θείῳ πνεύματι & θερμαινομένη, adhuc nihil ausim definire, nisi per conjecturam, mihi autem nunc perinde est, sive à manu *Hesychii* hæc profecta dixeris, sive ex Lexico quodam Vetustissimo *Origenis* inserta, sed quid hæc ad hunc titulum? Venit in mentem mihi צרק & ἀλήθειαν invicem quandoque juxta Versionem LXX. Seniorum respondere. Esset θυσία ἀληθινὴ זבח צרק sic זבחי צרק θυσίαι δικαιοσύνης memorantur. *Deut.* XXXIII: 19. Ps. IV: 6. LI: 20.

ΣΕΔΕΚ πόα Μωαβιτῶν, ἑρμηνεύεται δὲ μελέτησις. Cl. *Rhenferdius* notavit in calce libri, quo usus fuit. „*Sopingius* rectè quidem pro πόα le„gendum monet πόλις. Sed quid Sedek? an

 „forte

Digitized by Google

„forte Σέθεμ? Certe mox sequitur Σίθεν. Non inficiabor me quandoque de Ασέδεκ ficta Interpretibus Græcis *Jes.* XIX: 8. urbe in Ægypto cogitasse, sic A excidisset, & porro legeres πολις Αιγύπτου. Quamvis nihil definiam, nemo tamen regerat, qui Σεδεκ - - - ἐμηδένισε λαμ-μελέτησις, priusquam qui ΠΑΥΛΟΣ *Hesychio* θαυμαστος ἢ ἐκλεκτὸς σύμβολος dicatur vel dici possit, exposuerit & in eo forte hærebit. Sacrilegium duxerim supprimere conjecturam RHENFERDII. „Videtur „respicere illud *Jes.* 9. יען לא פלא. Sed hic loco motum est. Sed vide *Hieronymum* de *Nominibus Ebraicis.*

§. 12. Sunt autem adhuc loca plura, de quibus intactis exponant & Critici, si possint, quid sentiant, ABEAAON πεπεινόν. Videbatur ex *Abela vinearum* אבל כרמים Αβελα Αμπέλων ortum traxisse, perinde ac ABIAAION οἴνου intelligerem vinum ex contiguo tractu urbis hujus, de qua consulantur, *Eusebius* & *Hieronymus* aliique. Etiam nomen hoc *Abel* in *Abel-Mea, - Mecholah, - Hasschitsim*, unde derivaret RHENFERDIUS, legas in *Notit. Crit.* ad *Eusebium* &c. Opp. *Philol.* p. m. 813. Chaldæi autem אבל sæpe מישר *planitiem* reddunt. Sic Αβελλον πεπεινόν intelligimus, fuit & urbs *Abel*, quæ sita in planitie. 2. *Sam.* XX: 19. אבל בית מעכה 1. *Reg.* XV: 20. 2. *Sam.* XX: 14. nomen ex situ accepisse creditur.

Digitized by Google

ΑΔΑ ἡδονή, πηγὴ καὶ ὑπὸ Βαβυλωνίων ἡ Ἥρα παρὰ Τυρίοις δὲ ἡ Ἰτέα. Vide quæ dixi in *Diſſert.* de *Ænon* propo *Salim* §. 6. inſerta *Claſſ.* VII. Faſcic. II. *p. m.* 354.

ΑΖΩΤΟΣ ἔθνος Συρίας καὶ πόλις. Non poterit quis in eo hærere. Vide *Euſebium* & *Hieronymum* aliosque.

ΑΡΑΒΑ τόπος Συρίας καὶ κόσμος γυναικός. In *Editis* ΑΡΑΒΙΑ emendes ערבה (urbs tribus Benjamin. *Joſ.* XVIII: 18.) ΑΡΑΒΑ.

ΑΣΦΑΛΤΙΤΙΣ ἐρυθρὰ θάλασσα. Dicitur & *Epiphanio* Lib. II. adv. *Hæreſes* p. 397. & in *Anacephal.* p. 145. Quid ſi nomen *Epiphanii* exciderit, quem bis citavit *Heſychius* notante *Caſaubono* ad *Athenæum*, quibus autem in locis fugiebat *Pricæum*, unum in Μυῶ obſervavi.

ΒΑCAN αἰσχύνη ὃ ἐστι δρῦς. Non ΒΑCA mox infra ΒΑCAN αἰσχύνη. Referas ad בוש vel בש *pudore affici.* Deinde *quercus* in *Baſan* memorantur *Iſ.* II: 13.

ΒΗΡCΑΒΕΕ μυρὸν Σολομῶντος, καὶ τόπος περὶ τὴν ἐρημίαν τῆς Παλαιστίνης. Quæ ſequuntur in *Editis* cum *Fungero*, *Guieto*, *Meurſio*, *Pabuerio* referrem ad titulum proxime præcedentem. Pro μυρὸν legerent Μήτηρ, bene, ſic *Bathſebah* mater Salomonis ΒΗΘΣΑΒΕΕ in Cod. *Alex.* Græcæ Verſionis ΒΗCΑΒΕΕ in *Vatic.* & Edit. *Complut.* dicitur. 2. *Sam.* XII: 24. De *Berſeba* alibi ſæpius legimus, nec huic inhærebo.

ΒΕΘΗΛΑΟΝ οἶκος θεοῦ. Fere neglexiſſem, niſi

Digitized by Google

nisi quis mallet ΒΕΘΗΛΟΣ legere, quod mihi perrnde.

ΓΑΔΕΙΡΩΝ *χώρας ὄνομα.* Videtur *Γαδαρήνων γῆ* adsita mari Tiberiados *Marc.* V: 1. è regione Galilææ intelligenda. *Luc.* VIII: 26. quam terminat ab oriente, dicta an à *Γαδαρα* urbe? an quid humani passus *Hesychius* dubitas? *Γάδειρα τὰ περιφράγματα. Φοίνικες.* Grammaticus attendit Hebr. גדר.

ΓΑΛΙΛΑΙΑ *κατακυλισή.* Originem à גלל petas, גלילא *tractatu suo convoluta* regio Galilæa *Reiskio* redditur.

ΓΕΝΝΗΣΑΡΕΤ *πηγὴς ἀρχόντων.* Sic pro ΓΕΝΝΙΣΑΡΕΤ legerem, ex *Matth.* XIV: 34. *Luc.* V: 1. vel ΓΕΝΗΣΑΡΕΤ. Intelligit etymon nominis proprii Maris & Regionis (גני שרים *hortorum Principum*) Genesar.

ΔΑΝ *μακρὸν ἢ πολὺν χρόνον ἢ λεῖον καὶ χώρας περὶ Δαμασκὸν καὶ Σιδῶνα.* Sic fidenter restituendum censui, pro ΔΑΝ *μακρὸν ἢ πολὺν χρόνον ἠλᾶον καὶ* &c. *Palmerius* jam *μακρὸν* legendum monuit, *Λεῖον Hesychio - - - ὁμαλὸν.*

ΕΛΕΑΛΗ *Θεῦ ἀνάβασις ἐν ὑπερφανείᾳ.* Aeſi esset אל עלה memoratur עלעלה urbs condita à Rubenitis. *Num.* XXXII: 37. Vide *Eusebium* in ΕΛΕΑΛΕ.

ΕΣΕΒΩΝ *διαλογισμὸς καὶ ποταμὸς Μωαβιτικῆς χωρίας ἄκαρπος.* חשבון *λογισμὸς ratiocinium*, suadet etymon, sed pro *ποταμὸς* RELANDUS (Palæst. *Illustr.* Lib. III. p. m. 719.) *πόλις* substitueret, quem consulas, non ego

Sum-

Digitized by Google

Summi Viri conjecturam adeo rejicio, sed monere debui laudatas piscinas Chesbonis. *Cant.* VII: 5. forte receptam lectionem posse tueri, qui volet & poterit, litem dirimat.

ΘΑΒΩΡ ὄρος Συρίας. Situm hujus montis investigavi in *Diss.* de *Monte Sublimi*, in quo *Christus* à *Diabolo tentatus* perhibetur. (insert. *Biblioth.* Brem. *Cl.* VI. *Fasc.* V. p. m. 975. & seqq.) §. 7-10.

ΙΤΑΒΥΡΙΟΝ ὄρος ἔχον πηγὴν μίαν ὅθεν τὸ θηρία πίνει, ἔξι δὲ εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἐν Ἰεδδαίᾳ. Non ΙΤΑΒΗΡΙΟΝ amplius ut recte monuit dudum *Sopingius* ex *Jerem.* XLVI: 18. *Hos.* V: 1. Græcæ Versionis, qui mons *Tabor*, an fons *Ada*? inquiras.

ΙΔΟΥΜΑΙΑ τόπος, φησὶν γὰρ, ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐκτενῶ τὸ ὑπόδημά μου. τυτέστιν ἐπὶ τὴν ἐκλελειμμένην οἰκουμένην ποιήσομαι τὴν πορείαν. Respicit Versionem τῶν ο Ps. LX: 8. CVIII: 9. quod moneo, quia aliis intactum.

ΚΑΠΕΡΝΑΟΥΜ χωρίον παρακλήσεως. כפר נחום situm urbis *Eusebius* & *Hieronymus* aliique definiunt. (a)

ΚΗΔΑΡ πένθος. Referrem ad קדר, lugentes atra induti veste incedebant. Nomen regionis Arabiæ, *Cant.* I: 5. Jam ΑΙΒΑΝΟΣ ex consilio prætermitterem, & ΚΑΔΗΣ *Hesychio* ἁγιασμός, קדש respicit, & quod hisce præmisissem, si voluissem ΙΟΠΠΑ μισόδης.

(a) Vide sodes differt. nostram de *Naphthalitide* Apostolorum patria c. II. §. 11. 12. T. d. H.

Digitized by Google

ΜΑΓΔΩΛΟΣ οἰκοδόμημα π. מגדל turris. Μαγδωλῶ quid *Herodoto*, an *Megiddo*?

ΜΑΜΡΗ ἀπὸ ἐφέσεως. ממרא *Gen.* XIII: 18. XXXV: 27 sic legerem, quamvis non reluctarer si quis ΜΑΜΒΡΗ, in *Editis* quod habetur, adeo tueri velit, quia *Josepho*, *Philoni*, *Epiphanio* adhibetur.

ΜΑΡΙΒΩΘ ἀνταπολογίαι. Legerem non ΜΑΡΙΟΘ ἀντιλογία. Existimem indigitasse Versionem τῶν ὁ *Jecbezk.* XLVII: 19. מריבות *Symmachus* ἀντιλογίας reddit, fide *Hieronymi*, qua fretus *Eusebium* emendarem in ΜΑΡΙΒΩΘ.

ΝΑΒΑΤ ἐγκαθισμὸς. Respicit ἔτυμον nominis proprii montis *Nebo*.

ΡΑΜΑ ὑψηλή. Sic רמה passim *Chaldæo*, LXX. Senioribus vertitur, Vide *Dissert.* ad *Jer.* XXXI: 15.

ΣΑΤΤΙΝ ὄνομα τόπου. De quo ad *Eusebium* in Σατθειν vel ΣΑΤΤΙΝ differam distinctius & ΑΒΕΛΣΑΤΤΕΙΝ.

ΣΙΔΟΝΙΟΙ Φοίνικες, καὶ ὁι τὴν ἐρυθρὰν διαπλέοντες θάλασσαν. Num Mare Mediterraneum Sidonem alluebat, & dictum est rubrum?

ΣΙΚΗΜΑ ἡ Νέα πόλις ἡ ἀναβάσεως, ἤγουν ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία. An non ΣΙΚΙΜΑ? *Sichem* an non dicta Νεάπολις? num ne junctim ΣΙΚΙΜΑ ἡ Νεάπολις legerem? Vide præ aliis *Cellarium*, *Relandum*.

ΣΩΡΗΧ ἐκλεκτή. *Jes.* V: 2. שורק an nomen proprium loci tribus Dan, non ultra dimidium milliare à Valle Escol. *Jud.* XVI; 4. vel num

Digitized by Google

num appellativum? Consulamus τὸν Πάνυ *Bochartum* & C. VITRINGAM.

ΧΑΛΥΒΩΝΙΟΣ ΟΙΝΟΣ εἶδός οἴνου ἀπὸ πόπε τινὸς τῆς Συρίας. Videbatur OINOC titulo excidisse, quapropter restitutum volui: *Jechezk.* XXVII: 18. memoratur יין חלבון οἶνος ἐκ χελβών. Vinum hoc laudatur potui inservisse Persarum Regi *Posidonio*, qui agrum Damascenum Syriæ vini hujus feracem prodidit, fide *Athenæi* Dipnosoph. I. monitore *Sopingio*. Ex *Strabone*, *Suida*, *Eustathio* plura notavit ὁ Πάνυ *Bochartus*, qui consulatur.

ΩΒΩΜ πόλις Μωαβιτῶν. Sed qui in *Hesychii* Glossario evolvendo exercitatus censebit ΩΒΩΣ legendum, quippe supra ΕΒΩΒ πόλις Μωαβιτῶν ἡ καὶ Ωβώβ. Per me si staret ΩΒΩΘ in utroque loco scriberes, statio castrametantis Populi Israelitici perhibetur, אבת Ωβωθ *Num.* XXI: 10. XXXIII: 43. 44. Vide *Eusebium* & *Hieronymum*.

Digitized by Google

IIX.

Observatio (a) de aetate Gul. POSTELLI.

ON a extrèmement varié sur l'age, auquel est mort *Guillaume* POSTEL. Si son Testament, daté du 2. Decembre 1567. étoit véritablement de sa main, comme l'assuroit feu Mr. Baluze, qui connoissoit l'écriture de Postel, ce seroit une piéce décisive pour le fait dont il s'agit. Le Testateur dès les premières lignes dit que le 25. Mart de cette année 1567. il étoit entré dans le 57. de son age; D'ou il s'ensuivroit quétant mort l..6. Septembre 1581. il étoit n'a le 25. Mart 1510. & quil n'a par conséquent vécu que 71. ans, 5. mois, 12. jours. Ce qui est bien éloigné de ce quén écrit la Croix du Maine, dont le témoignage seroit pourtant profitable, si la citation quil produit d' Humbertus Monsmoretanus étoit reconnüe bien authentique. Elle consiste en deux distiques, prétendus faits à la louange de Postel dès l'an 1512. le premier desquels est ainsi conçü:

(a) Debetur haec viro nobilissimo Dn. DUCHAT, Metensi, ob professionem religionis sanctissimae é Gallia profugo, nunc supremae curiae Gallicanae Berolinensis consiliario, annotationibus suis in Confessionem Sancy, & nupera editione operum Rabelasii, aliisque scriptis satis noto.

Digitized by Google

Et jura & leges, noſtique, Guilielme, Poëtas,
Hisque viros unus tres ſuperare potes.

Voici le ſecond où les trois talens, qui font le ſujet de l'éloge, ſont mieux diſtingues.

Legistam ſi quis, ſi quis reperire Poëtam,
Philoſophumve cupit, te petat omnis homo, &c.

La Croix du Maine avoit raiſon de préſumer qu'un homme qui en 1512. étoit Poëte, Juriſconſulte, & Philoſophe, avoit alors tout au moins 25. ans, & que ce même homme mourant en 1581. pouvoit bien en avoir par conſéquent 94. ou 95. Aiant d'abord, qui plus eſt, à cauſe de cette grande habileté attribuée à Poſtel en 1512. cru, quil pouvoit étre né en 1475. il dévoit conſequemment lui donner en 1512. trent-ſept ans, & de là conclure que nén avoit pas moins de 106. étant mort l'an 1581. le grand point étoit de prouver qu'a c'etoit véritablement l'honneur de Poſtel qu'avoient éte faits en 1512. les diſtiques rapportés. L'ideé, ſoit de Poete, ſoit Juriſconſulte, ne lui convenoit nullement Auſſi n'eſt-ce pas lui quâvoit en vûe Humbert de Montmoret. On n'a pû, quelque recherche qu'on ait faite dans les plus nombreuſes Bibliotheques de Paris, trouver ni ſon Hervëide, ni ſon Poëme de la guerre de Ravenne, mais on en a deterré un troiſiéme intitule *Fratris Humberti Montmoretani Poetae, Oratoriſque Clariſſimi, Bellorum Britannicorum à Carolo Francorum Rege eo nomine* VII. *in Henricum Anglorum Regem felici ductu auſpice Puella Francia gestorum prima pars.* Au devant de ce livre, imprimé *in* 4. chès Badius le 27. Février 1512.

il y a diverſes Epigrammes : celle-ci entre autres, adreſſée à Guillaume non pas POSTEL, mais POTET, en ces termes:

Ad Magiſtrum Guillelmum POTET.

Floruit eloquio Ciceronis lingua Latino,
Floruit inſigni religione Numa.
Floruit eximii ſapientia ſumma Catonis,
Quod Numa, quod Cicero, quod Cato, ſolus habes.

Il eſt viſible que le prétendu Guillaume POSTEL de la Croix du Maine, homme tres ſujet à ſe tromper, néſt autre que le véritable Guillaume POTET, à qui ce quatrain eſt adreſſé. On y reconnoit le meme genie des diſtiques ci-deſſus allégués, dans esquels il y a lieu détre convaincu, que ſi jamais on parvient à voir les éditions que la Croix du Maine a citeés, on trouvera le nom de *Potet* bien imprimé. Il faut dont en revenir à l'époque marqueé dans le Teſtament. La piéce ſubſiſte. Elle eſt actuellément à la Bibliothéque Royale, où les manuſcrits de Mr. Baluze ont été transportés. ceſt uniquement ſur cette date que toutes les autres doivent étre rectifiées, & en particulier celle du Thevet ſuivie aveuglément par Dom Marrier en ſon Hiſtoire de S. Martin des Chams, & par Baillet en ſon Article de Guil. Poſtel. Baillet, Jugemens des Savans, Tom. 6. pag. 213. & 214. de l'édition commenteé par M. de la Monnoye, Paris, *in* 4. 1722.

QUAESTIO.

Quomodo *ros montis Chermonis* dici poteſt *deſcendiſſe in montes* Tzion Pſ. CXXXIII: 2. cum tamen ille a Sione tot locorum intervallis diſſitus ſuit?

BIBLIOTHECA

Historico-Philologico-

THEOLOGICA.

Classis *Octavae*

FASCICULUS TERTIUS.

BREMAE,

Sumptibus JOHANNIS ANDREÆ GRIMMII,

Typis HERMANNI BRAUERI, M D CC XXV.

Digitized by Google

VIRO

Celeberrimo, maxime reverendo, atque eruditissimo

OTHONI VERBRUGGE,

Sublimioris disciplinae Doctori, ejusque ut & linguarum Orientalium Professori in inclyta Academia Groningo-Omlandica Ordinario dignissimo, meritissimoque,

Omnis rarioris sublidiorisque doctrinae copiis instructissimo

Quin-

Digitized by Google

Quintum hunc ſupra *quadrageſimum*

BIBLIOTHECAE

HVJVS

FASCICVLVM

inſcriptum, conſecratumque eſſe vult, ut voluntatem illi ſuam declaret publice, ſitque ille perpetuum

animi obſequentis & impenſiſſime addicti pignus atque teſſera,

EDITOR.

Ecce

Digitized by Google

Ecce tibi, B. L. hujus fasciculi summam.

I. *Car. Friderici* KRUMBHOLTZII de nexu verborum ἐως ἐν τοπῳ ἁγιῳ Matth. XXIV: 15. exercitatio p. 361.

II. *Jo. Christ.* HARENBERGII Christus Galatis ob oculos delineatus Galat. III: 1. p. 386.

III. *Ejusdem* de cribratione, quam Satanas Apostolis paravit ad verba Christi Luc. XXII: 31. 32. meditatio p. 414.

IV. *Justini Martini* GLAESENERI de origine vocis MUSULMANNI conjecturae. pag. 441.

V. *Andreae* RITZII de Origine vocis Ostern/ qua Germani *Paschatos* festum indicant, cogitationes p. 449.

VI. *Theodori* HASAEI de Saxonum idolo OSTERA Observatio p. 475.

VII. *Irenaei* BIBLIOPHILI ad Theod. Hasaeum de quibusdam historiae de *Johanna Papissa* scriptoribus epistola p. 498.

VIII. Recensio libri Germanici Romae 1499. impressi, in quo cum alia memorabilia, tum testimonium notabile de *Johanna Papissa* occurrunt p. 526.

Digitized by Google

יהוה ברך עזרתינו:

I.

CAR. FRID. KRUMBHOLZII,

Exercitatio

de

Nexu verborum ἐςὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ

Matth. XXIV. 15.

adversus V. C.

GEORG. LUDOVIC. OEDERUM.

ARGUMENTUM.

Cel. Hombergii nec non Cl. Oederi circa nexum verborum ἐςὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ sententia singularis §. 1. Instituti ratio §. 2. Per τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως Romanorum innui exercitum Cl. Oe-

 derø

Digitized by Google

dero conceditur, & contra Cel. Lampium defenditur §. 3. Removentur, quas ille contra usitatam verborum dictorum cum antecedentibus, constructionem movet, difficultates §. 4. 5. 6. 7. τόπῳ ἁγίῳ universam denotare posse Judæam, & præpositionem ἐν hoc loco sumi pro πρὸς, *ad, juxta, prope*, probatur §. 8. Ἕως hic non est nominativus masculini; sed potius pro ἐγγύς §. 9. Verborum ועל כנף שקוצים משומם Dan. IX, 27 sensus genuinus. Christus huc, respiciens versionem LXX, ob oculos habuit §. 10. Quare quondam Romanorum exercitui nefas fuerit in terra Judæorum castra locare, ad solvendum dubium Marc. XIII, 14. petitum, indicatur §. 11. Adferuntur rationes, quæ obstant Oedero voces ἐως ἐν τόπῳ ἁγίῳ cum sequentibus copulanti §. 12. 13, 14. 15. 16. Scilicet ei obstare demonstratur interstitia verborum atque distinctiones §. 17. Usum eorundem ac significationem §. 18. Dicentis scopum & intentionem §. 19. Locum, Marc. XIII, 14. §. 20. Nec non Luc. XXI, 20. §. 21.

§. 1.

MAgno semper consensu, qui litteris sacris interpretandis suam addixere operam, verba ἐως ἐν τόπῳ ἁγίῳ *Matth. XXIV*, 15. ad antecedentia, & quidem ad τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως retulerunt, pro certo habentes, hoc sibi velle optimum Servatorem: fore aliquando, ut istud scilicet τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, juxta vaticinium DANIELIS *in loco* conspiciatur *sancto*. Primus,

Digitized by Google

mus, ni fallor, JO. FRID. HOMBERGIUS, Vir juris non modo, sed litterarum quoque græcarum Consultissimus, a communi & plerisque recepta huc usque sententia discessit. Ille nimirum (a) voces ἕως ἐν τόπῳ ἁγίῳ jungi posse putat vel cum proxime sequentibus ὁ ἀναγινώσκων νοείτω, ut sensus sit: *quicunque stat in loco sancto, & hæc legit, mentem advertat*; vel cum iis, quæ commate demum XVI. sequuntur; quasi hoc diceret Christus: *quando videritis abominandam illam vastationem, quæ dicta est à Daniele, propheta, tunc ille, qui stat in loco sancto, (lector mentem advertat!) & illi, qui sunt in Judæa, fugiant in montes*, cetera. Doctissimum HOMBERGIUM non ita pridem alia licet via sequutus fuit elegantis ingenii Vir, GEORG. LUDOV. OEDERUS qui non infelicem oraculorum divinorum se esse interpretem, variis in loca quædam utriusque fœderis difficiliora observationibus luculentis docte comprobavit. Hic scilicet (b) interpunctionem verborum atque distinctionem majori, quam par erat, audacia immutans, & dictiones ἕως ἐν τόπῳ ἁγίῳ cum proxime sequentibus ὁ ἀναγινώσκων νοείτω arcto nexu copulans, hanc nobis loci, de quo disceptamus, suppeditat explicationem: *quum videritis igitur abominabilem rem*

(a) *Pareng. sacr. p. 69. sq.*

(b) *Miscell. Lipsi. Tom. XII. Observ. CCXLI. §. 7. p. 122.*

Digitized by Google

desolantemque, de qua dictum est a Daniele, propheta, (qui in loco sancto stat lector animadvertat!) tunc, qui in Judæa sunt, fugiant ad montes, reliqua. De Judæorum vero lectoribus publicis, qui quondam singulis Sabbathi diebus Mosen atque prophetas populo prælegebant, sermonem esse credit Vir doctus, Isti nimirum ut ad vaticinii Danielis sensum probe attendentes de instanti gentis ac reipublicæ Judaicæ παντελεθρίᾳ auditores serio commonefacerent, servatorem velle defendit.

§. 2. Hautquaquam sane antiquitatis præjudicio, quod dicitur, ita sum occæcatus, ut cunctis veterum placita mordicitus defendere sustineam. At vero neque novitatis studium adeo meum occupavit animum, ut sententiam plurimorum, qui & ante nos vixerunt, & adhuc hodie vivunt, calculo adprobatam, temere ac sine caussa satis idonea deserendam esse censeam. Proinde, quum neque HOMBERGIUS neque OEDERUS magnas mihi ac necessarias caussas ab usitato vocum, quæ in controversiam veniunt, nexu recedendi, attulisse videantur: illi vero & alii viri eruditione præstantes, & inter eos maxime GOTTOFR. OLEARIUS vir laude mea major (c) se opposuerint, ejusque fortiter profligaverint copias; adversus hunc ego in aciem prodire, quæque mihi circa

(c) *Observat. ad Matth. Obs. LXXIII. p. 686. sq.*

Digitized by Google

circa novam ipsius verborum Christi constructionem juxta & interpretationem obortа fuerint dubia, candide jamjam ac simpliciter indicare decrevi. Quo minus autem inordinata sit acies, Viri non indocti, vestigia premens initio difficultates, quas iis, qui voces ἐφ' ὡ ἐν τόπῳ ἁγίῳ ad τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως respicere putant, obstare contendit, studiosius paullo atque curatius expendam, eas non admodum magni esse ponderis, ut omnibus manifestum fiat, operam daturus. Deinceps, quæ ipsius rationibus obsint, aut quare illud ἐφ' ὡ ἐν τόπῳ ἁγίῳ cum verbis proxime sequentibus conjungi nequeat, dilucide commonstrabo.

§. 3. Antea vero, quam OEDERUS noster sua nobis proponit dubia, quæ ipsi de communissima illa dictionum, de quibus omnis hæc lis est, connexione in mentem venerunt; illud, ceu dudum a multis iisque doctissimis viris abunde probatum, pro certo sumit: (d) τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, (id quod dicendi genere sacris atque profanis scriptoribus admodum familiari (e) posi-

(d) *l. c.* §. 1. *p.* 116.

(e) Scilicet sacri pariter & profani scriptores duo non raro inter se copulant substantiva, quorum alterum deinde adjectivi vicem sustinet; & quidem cum emphasi. Sacrorum scriptorum loca, in quibus istud dicendi genus occurrit, collegere SAL. GLASSIUS *Philol. Sacr. Lib. III. Tract. I. Can.*

Digitized by Google

tum pro ἐρημώσει βδελυκτῆ, rectius redderetur *devastatio abominanda*, die greuliche Verwüstung/) (f) *nihil aliud esse, quam exercitum Romanorum urbem sanctam obsidione cingentem.* Quamvis igitur ista non omnibus probetur sententia, nec pauci hic in diversum abeant; ego tamen eandem quam proxime ad verum accedere nunquam non credidi. Scilicet id ipsum; quod MATTHAEO est

Can. VIII. p. m. 398. sq. Edit. Jen. 1668. WOLFG. FRANZIUS de *Interpretat. Sacr. scripts. p. m. 778. Ed.* 1634. Profanos vero quod attinet, videri potest PFOCHENIUS de *puritate gr. linguae N. T.* §. 42.

(f) Equidem C. V. GERHARDUS OUTHOVIUS *Bibl. hujus Class. III. Fascic. IV. n. II. p.* 637. adversus HOMBERGIUM jam antea laudatum disputans, τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως *per ipsam desolationem horrendam totius Hierosolymae & templi* exponi posse negat; *quum signum desolationis hem distinguendum sit ab ipsa desolatione urbis & templi.* Verum haec nihil ad nos. Licet enim τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως per *devastationem abominandam* sive *horrendam* reddi debere contendam; minime tamen per eandem ipsam urbis ac templi deletionem, sed potius Romanorum intelligo exercitum. Hunc carissimus Servator βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, seu ἐρήμωσιν βδελυκτὴν, *devastationem horrendam* dicit ab *effectu*: quia certo certius fore praevidebat, ut iste totam terram Judaicam, ejusque inprimis caput ferro & incendiis horrendum in modum devastaret, ac solo penitus aequaret.

Digitized by Google

τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, divus LUCAS (g) τὰ σφαλόπεδα diserte dicit; argumento certissimo, per istud nil, nisi Romanorum innūi exercitum cuncta per totam terram Judaicam late vastantem. Libenter equidem istius argumenti vim enervaret Vir longe Celeberrimus, FRIDERICUS ADOLPHUS LAMPIUS; inde (h) nobis persuadere conatur, *salvatorem duo signa temporis, quo fugiendum erat ex urbe, conjunxisse, quorum unum, quod Judæos spectabat, a Daniele prædictum MATTHAEUS, alterum, quod magis ad gentes pertinebat, LUCAS scripto conservare voluerit.* Ipsi quidem id *tutius longe videtur statui posse, quum LUCAS in hac ipsa concione etiam alia apud MATTHAEUM memorata prætereat, & à MATTHAEO, prætermissa suppleat.* Verum enim vero ut taceam, non satis esse firmum, cui Vir cetera doctissimus innititur, fundamentum; in eo etiam fallitur ille, quod, (i) per obsidionem istam, de qua Christus apud LUCAM agit, non intelligi postremam Vespasiani, sed priorem Cestii, contendit. Optimus enim humani generis servator apud LUCAM, (id quod ex tota orationis serie, rebusque, quæ circumstant, omnibus perspicue patet,)

(g) *Cap. XXI. Com. XX.*
(h) *Bibl. hujus Class. III. Fasc. VI. n. II. §. XXXIX.* p. 1034.
(i) *l. c. §. XL.*

Digitized by Google

de signo excidium verbis proxime antecessuro verba facit. Sane profecto omnibus ac singulis in terra Judaica commorantibus, præcipue sectatoribus suis atque discipulis, non modo auctor est, ut eo conspecto in fugam se ocyus conjiciant; sed & fato mulierum, quæ tum temporis vel uteri gravitate, vel infantibus adhuc ubera sugentibus, impedirentur, quominus celerrima fuga imminentibus se subducere possent calamitatibus, graviter & ex animo ingemiscit. Exinde, si quid judico, liquet aperte, apud LUCAM quoque de signo, quod Hierosolymorum quam proxime anteveriteret excisionem, agere servatorem. Id vero neutiquam fuit prior Cestii obsidio; quippe quæ, ut ipse Cel. LAMPIUS (k) fatetur, illam Vespasiani, quam demum urbis ac templi ultimus interitus excepit, sex integros annos anteceſſit. Quid? quod Cestius ille, si quidem vera sunt, quæ JOSEPHUS (l) habet, ex una urbis parte alteram oppugnavit tantummodo; nequaquam vero justa eandem cinxit obsidione.

§. 4. Nullum proinde restat dubium, quin τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως sit Romanorum exercitus, qui sub Tito Vespasiano totam regionem Judaicam ferro & incendiis devastavit,

(k) *l. c. p. 1035.*
(l) *De bello Jud. Lib. II. Cap. XXIV. p. 819. seq. Edit. Colon. 1691.*

Digitized by Google

ſtavit, ejusque inprimis caput funditus delevit. Sed quid inde? Num forte iſtud idcirco cum verbis ἐως ἐν τόπῳ ἁγίῳ jungi nequit? Ita ſentit cum HOMBERGIO noſter OEDERUS. Cauſſam quæris? *Eſt*, inquit, (m) *ut arbitror, valde clarum, τόπον ἅγιον vel locum, ubi ſacri cœtus aguntur, e. g. templum aut ſynagogam, vel certe urbem Hieroſolymitanam denotare poſſe, minime vero univerſum Judæam.* Atqui neutiquam *tandiu fugam differre debebant pii, dum Romani in urbe expugnata aut in templo conſtitiſſent; ſed ſimul ac peti terræ Judaicæ metropolin obſidione obſervaſſent*, maturare eandem jubebantur. Eſt hæc prima difficultas, quam Vir doctus iis, qui τὸ βδέλυγμὰ τῆς ἐρημώσεως cum verbis ἐως ἐν τόπῳ ἁγίῳ cohærere ajunt, opponit. Sed eam ego levioris paullo ponderis eſſe cenſeo. Initio enim adhuc ſub judice lis eſt, utrum τόπος ἅγιος *templum* tantummodo aut *ſynagogam*, vel *urbem* duntaxat *Hieroſolymitanam* deſignet; & annon omnis illa terra, quam ſummi numinis juſſu Moſes ac Joſua Ebræorum genti diſtribuere per ſortem, eodem veniat nomine. Certe ſupremus DEI filius Joſuæ, Iſraelitarum duci, ſub hominis forma in confiniis urbis Hiericho adparens, cumque eo verba faciens, iſta quoque (n) *locum ſanctum* diſerte dicit. Quamvis etiam

(m) *l. c. §. 2. p. 117.*
(n) *Joſ. V, 15.*

Digitized by Google

alia terræ Israelis loca aliis haberent sanctiora veteres Judæi: totam tamen sanctam esse contendebant, reliquisque terris omnibus præferebant. (o) Idque non immerito, siquidem DEUS olim sanctissimus, in eadem peculiari quodam modo præsentem esse se, multis editis signis atque prodigiis luculente declarabat. Adparet igitur, non adeo clarum esse, veluti Vir non indoctus sibi persuadet, τόπον ἅγιον *templum* tantummodo *aut synagogam vel urbem* duntaxat *Hierosolymitanam denotare posse, minime vero universam Judæam.* Pone tamen, esse id ipsum oppido manifestum: receptæ quidem circa nexum verborum, quæ in controversia versantur, sententiæ hautquaquam fraudi erit. Etenim præpositio EN, uti Ebræorum particula ב (p) haut raro sumitur pro πρὸς, *ad, juxta, prope.* Sic Christus (q) non modo EN δεξιᾷ τῦ Θεῦ, *AD dextram DEI* sedere; sed & (r) leprosum quendam EN μιᾷ τῶν πόλεων, *AD seu prope unam*, non *IN una urbium* obviam habuisse dicitur. Nimirum ex legis præscripto (s) extra muros civitatum & ab hominum

(o) Vid. *Cod. Kelim Cap. I. §. 6. & Hieros. Sebekalim fol. 47. 4.*
(p) *Jos. V. 13. X. 10. Jud. XVIII. 2* Plura qui vult, adeat NOLDIUM in suo de *particulis Ebræorum* libro ad Litt. ב.
(q) *Coloss. III. 1. Ebr. I. 3.*
(r) *Luc. V. 12.*
(s) *Levit. XIII. 46.*

Digitized by Google

minum consortio remoti vivere cogebantur lepra infecti. Huc etiam egregie facit illud XENOPHONTIS: (t) Ἡττημένῳ μὲν EN Λακεδαίμονι σὺν πολλῷ ὁπλιτικῷ ὑπ' ὀλίγων, ἡττημένῳ δὲ EN Μαντινείᾳ ἱππομαχίᾳ, i.e. *Ad Lacedæmonem cum multo gravis armaturæ peditatu a paucis victus, iterum AD Mantineam equestri pugna superatus est.* Pluribus sane hujusmodi locis ista propositionis EN notio confirmari posset, si quidem id opus foret. Sed ex jamjam allatis liquido patet, eandem quandoque idem significare, quod περὶ, *ad, juxta, prope.* Atque hoc ipso in sensu etiam nostro in loco accipitur illa. Quum enim summus salutis nostræ auctor: ὅταν, inquit, ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, ἑστὼς EN τόπῳ ἁγίῳ, τότε κ.τ.λ. hoc ille vult dicere: *si quando videritis exercitum populatorem, AD locum sanctum, sive AD mœnia urbis Hierosolymitanæ castra locantem, tunc,* cetera. Hanc esse ipsissimam servatoris mentem, testis est omni exceptione major Divus LUCAS. Hic scilicet loco sæpius citato DEI filium suos de signo temporis, quo fugam capessere deberent, commonentem, ita loquentem inducit: ὅταν δὲ ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλήμ, τότε κ.τ.λ. *quando videritis Hierosolymam exercitibus cinctam*, sive quod idem est: *quando videritis exercitum quendam AD urbem Hierosolymitanam castra locare, ac mœnia ejusdem*

(t) Ἑλληνικ. *VII. p. 645.*

Digitized by Google

dem corona cingere, tunc reliqua. Exinde, nisi me omnia fallunt, sole meridiano clarius liquet, præpositionem ἐν apud MATTHAEUM in loco controverso non posse non reddi per *ad, juxta, prope.* Quod quum ita se habeat, cessat omnino difficultatum prima, quas nobis objecit Vir doctus.

§. 5. Age igitur, pergamus ad *decretorium*, quod dicit, *argumentum*, quodque ipsi *omnem exceptionem respuere videtur*, paullo curatius examinandum. Id vero illi *præbet ipsa vox* ἕως, *quæ, ni Grammaticos omnes de ponte dejicias, canonesque tam diuturna experientia firmatos convellere volupe sit, cum voce βδέλυγμα,* (si quidem ei (u) fidem habemus,) *profecto construi nequit.* Equidem non ignoro, HOMBERGIUM quoque, cujus jam antea cum laude meminimus, (x) in ea esse opinione, participium ἕως *ob difficultates grammaticas omnibus notas & manifestas* cum voce βδέλυγμα conjungi non posse: attamen subit mirari, Virum, qui ex muneris ratione in regulis grammaticis juventuti scholasticæ tradendis fere totus occupatur, in eundem incidisse errorem. Optime scilicet istud ἕως cum voce βδέλυγμα potest construi, nec opus est ideo, ut vel unus Grammaticorum de ponte dejiciatur, aut lex quædam grammatices abrogetur. Facili con-

(u) *l. c. §. 3. p. 117.*

(x) *Loco supra citato.*

Digitized by Google

conjectura adsequi possum, quid ad hæc OEDERUS noster sit dicturus. Quid ais? inquiet vultu ad severitatem composito. Nonne τὸ βδέλυγμα neutrius est generis; ἐσὼς vero masculini? Nonne τὸ βδέλυγμα positum est in casu adcusativo; ἐσὼς contra in nominativo? Quid ergo? Tunc dictiones istas & casu & genere diversissimas salvis Grammaticorum præceptis conjungi posse adfirmas? Abi, hominum ignarissime, teque pædagogo cuidam in disciplinam trade, ut prima grammatices elementa te doceat. Bona verba quæso! Voces quidem sæpius memoratæ nec genere, nec casu inter se differunt. Neque enim illud ἐσὼς hoc in loco est nominativus masculini, sed potius æque ac τὸ βδέλυγμα adcusativus neutrius generis, positus pro ἐσηκός. Quippe Jones, (id quod e PASORIS, WELLERI, aliorumque istiusmodi Cl. Virorum libellis constat grammaticis,) κ. inter duas collocatum vocales, maxime in præteritis in ηκα tollunt, atque penultimam corripiunt η mutando in α; in participiis vero deinceps Attici α & ο contrahunt in ω. Hinc est μεμὼς; μεμῶσα, μεμὼς, pro μεμηκὼς, μεμηκυῖα, μεμηκός, βεβὼς, βεβῶσα, βεβὼς, pro βεβηκὼς, βεβηκυῖα, βεβηκός, γεγὼς, γεγῶσα, γεγὼς, pro γεγηκὼς, γεγηκυῖα, γεγηκός. ἐσὼς, ἐσῶσα, ἐσὼς, pro ἐσηκὼς, ἐσηκυῖα, ἐσηκός. Ex istis, si recte rationem subduco, liquet aperte, dictionem ἐσὼς cum voce

Digitized by Google

voce βδέλυγμα salvis Grammaticorum legibus construi posse, adeoque *decretorium* illud *argumentum*, quod omnem OEDERO nostro exceptionem respuere videtur, plane nullum esse.

§. 6. Sed amplius instat Vir doctus, utque, voces ἐσὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ ad antecedentia neutiquam esse referendas, evincat; *abominationem desolationis in loco sancto conspicuam fore*, a DANIELE, propheta, prædictum esse (y) negat. Idque non sine omni veritatis specie. Nusquam scilicet apud eundem disertis id ipsum legitur verbis. Non quidem nescio, hæc ejus verba: על כנף שקוצים (z) משומם citare nonnullos, perinde ac si vates divinus per τὸ כנף *templum* designaret *Hierosolymitanum*. At enim non pensi habent sententiæ istius patroni, quod noster quoque OEDERUS recte observat, τὸ כנף hic non esse simpliciter & absolute positum; sed cum vocabulo שקוצים nexu arctissimo constructum. Quis vero crederet, per כנף שקוצים *alam abominationum* seu *abominandam* innui templum DEO T.O.M. sacrum. Equidem FRID. ADOLPHUS LAMPIUS, cujus supra honorificam fecimus mentionem, illud, utpote fœdissima, si eum audimus, idololatria inquinatum, (a) emphatice

(y) *l. c. §. 5. p. 119. seq.*
(z) Ex *cap. IX. comm. XXVII.*
(a) *l. c. §. XXXIII. p. 1026.*

Digitized by Google

tice *alam abominationum* vocari contendit. Sed fruſtra. Sub templo enim ſecundo, maxime, quum Chriſtus in hoc terrarum orbe verſaretur, Judæi non ſibi ſolum ſedulo cavebant, ne ſanctiſſimam DEI domum cultu profanarent idololatrico; verum etiam, quominus ab aliis id fieret, manibus pedibusque obnixe omnia faciebant, id quod ex ævi iſtius hiſtoria nullo probari poſſet negotio, ni quidem iſtud jam antea pleriſque notum eſſet & manifeſtum. Quod autem ad *myſticam*, de qua Cel. LAMPIUS (b) dicit, *idololatriam* attinet, a qua gentem Judaicam ſervatoris tempore non penitus fuiſſe immunem, ambabus largior: ea vero ſanctitatem templi neutiquam temerare potuit; quippe quæ rectis aut pravis Judæorum de DEO opinionibus, eorumque probitate vel improbitate neque ſtabat, neque cadebat. Hinc quoque templum Hieroſolymitanam titulo tam probroſo nunquam dedecorarunt viri divinitus acti, nec eo quidem tempore, quo ſuperſtitione non tantum, ſed & omni flagitiorum genere vel maxime contaminatus erat populus Judaicus. Certe vates divinus, de cujus verbis & pugna, etiam hoc ipſo in capite, de quo ſermo eſt, nunc מקדש *ſanctuarium*, nunc הקדש *ſanctum ipſum*; nusquam vero שקוצים נגף *alam abominandam*, illud adpel-

(b) *l. c. §. XXXIV. p. 1027. ſq.*

Digitized by Google

pellitat. Et qua quæso ratione Vir eruditissimus sibi persuadere potest per τὸ בְּנַף שִׁקּוּצִים *alam* sive *rem abominandam* in loco DANIELIS allegato templum intelligi Hierosolymitanum, quod ex ipsius sententia (c) optimus humani generis servator istud exponens quasi, τόπον ἅγιον, *locum sanctum* diserte dicit? Anne vero *locus sanctus* & *ala* seu *res abominanda* sunt unum idemque? Nonne toto inter se differunt cœlo? Rebus igitur omnibus rite ponderatis, rectius omnino sentire mihi videntur, qui de *alis* sive *legionibus Romanorum* Judæis ob idololatriam eorum atque sævitiam vel maxime abominandis, istud בְּנַף שִׁקּוּצִים accipientes, verba DANIELIS superius allegata cum JUNIO ac TREMELLIO hunc in modum interpretantur: *atque legionibus abominandis præerit*, ceu summus militiæ dux, *vastator*, Titus scilicet Vespasianus, qui totam regionem Judaicam ferro & incendiis late vastavit, ejusque inprimis caput funditus evertit. Id saltem ex hactenus dictis liquido adparet, non illud innuere memorata DANIELIS verba: *abominationem desolationis in loco sancto fore conspicuam*, adeoque nullum omnino restare locum, e quo, vatem divinum disertis id prædixisse verbis, ostendi queat. Quid igitur consilii? Hac scilicet ratione difficultas, quam nobis opponit

ODE-

(c) *l. c. §. XXXVI. p. 1029.*

Digitized by Google

OEDERUS noſter non tollitur, ſed potius augetur: & ille non ſine cauſſa ab iis, qui verba ἕως ὧν τόπῳ ἁγίῳ ad antecedentia referunt, diſceſſiſſe videtur. Sed ſalva res eſt. Quippe jam pridem excellentis doctrinæ Viri (d) obſervarunt, Chriſtum ejusque legatos dicta veteris inſtrumenti allegantes verſionem LXX. Senum, Judæis iſtius temporis, quibus lingua ebraica non amplius erat vernacula, valde familiarem, ob oculos ut plurimum habuiſſe. In eo quidem, de quo nunc controvertitur loco, id factum eſſe, res ipſa docet. Quando enim cariſſimus Servator ſuos de ſigno inſtantis excidii Hieroſolymorum commonefaciens: ὅταν, inquit, ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, ἕως ἐν τόπῳ ἁγίῳ, ipſiſſima interpretum Alexandrinorum verba ex parte repetit, quippe qui Dan. IX: 27. iisdem fere verbis: καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων ἥξει. Quamvis igitur hæc ita ſe habeant; minime tamen exiſtimare debemus, omnino non prædixiſſe DA-

(d) JOAN. LIGHTFOOT *Horis Ebr. & Talmud. ad Luc. II. 36. p. m. 755. Edit. Lipſ. 1675.* WOLFG. FRANZIUS *de Interpret. Script. S. p. m. 31.* JOAN. HENR. MAJUS *Exam. Hiſt. Crit. N. T. Cap. XX. §. 4. p. m. 259. ſqq. Ed. 1708.* IOAN. HENR. MICHAELIS *Diſſertat. de Uſu LXX. Interpretum in N. T. §. VI. & VII. p. 11. ſqq. Ed. 1709.* It. *Diſſertat. de Textu N. T. græco §. XXIX. p. 48. ſq.*

Digitized by Google

NIELEM, prophetam, *fore* aliquando, *ut devastatio abominanda* seu Romanorum exercitus *in loco conspiciatur sancto*. Quid enim? Nonne loco citato agit ille de παναγιεθείῳ urbis ac templi Hierosolymitani, quod *Sanctum καὶ' ἐξοχὴν* dicebatur? Nonne disertis commate XXVI. denunciat verbis: *Christo seu Messia sublato populum principis venturum urbemque ac sanctuarium funditus eversurum esse*? Quid ergo? Numquis amplius dubitari potest, a DANIELE, propheta, *devastationem abominandam in loco sancto* seu prope mœnia urbis Hierosolymitanæ quondam *fore conspicuam*, fuisse prædictum? Nolim credere. Enimvero necessum erat, ut ad mœnia urbis accederet, ibique castra collocaret antea Romanorum exercitus, a Servatore per *metonymiam effectus pro caussa* devastatio abominanda dictus, quam capere eandem ac solo æquare posset.

§. 7. His ita demonstratis venio tandem ad dubium ultimum, quod iis, qui voces ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ cum antecedentibus jungendas esse defendunt, movet vir doctus. Id ei suppeditat divus MARCUS, utpote qui (e) pro verbis ἐν τόπῳ ἁγίῳ, legit ὅπου δεῖ, *ubi non oportet*, *sive non decet*. Ista enim de Romanorum exercitu, (quem per τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως innui, ex supra dictis manifeste constat,) exponere velle, non satis ipsi

(e) *Cap. XIII. comm. XIV.*

Digitized by Google

ipsi commodum esse videtur & aptum eo, quod nullam adferri posse putat caussam idoneam, quare nefas fuerit isti stare in loco sancto seu terra Judæorum. *Eum vero*, inquit, (f) *in terra Judaica consistere cur non oportuit? An, quod Judæos Christicidas, & toties rebelles impugnare, domareque Romanis fas non esset, a quibus nefarie defecerant Judæi? Aut, quod DEUS perdi ac deleri populum scilicet suum, nequissimam gentem nollet?* Minime gentium. Nihil horum obstitit, quominus olim Romanorum copiis fas fuerit in regione gentis Judaicæ castra metari. Quam igitur ob rem id eis non licuit? Dicam TIBI, Vir Cl. si modo ignoras. Idolorum cultui quondam addicti erant Romani, gentium domini; unde in castris eorum aquilæ fulgebant & signa, Imperatorum aliorumque virorum principum in divos relatorum pictis distincta imaginibus ac simulacris, quæ milites ceu numina legionum Deosque bellorum adorabant, ac cultu prosequebantur religioso, id quod ex Suetonio, Tacito, aliisque auctoribus fide dignis egregie confirmat Vir summus, HUGO GROTIUS. (g) En TIBI, Vir Clarissime, caussam, eamque geminam, propter quam Romanorum exercitui olim minime fas fuit in terra Judaica, & quidem sub ipsis mœnibus urbis sanctæ

(f) *l. c. §. 10. p. 125. seq.*
(g) *Observat. ad Matth. XXIV. 15.*

Digitized by Google

ponere castra. Quippe nolebat omnium rerum præpotens DEUS, cui sacra erat tota Judæorum regio, ut in eadem imagines conspicerentur & simulacra, quibus pagani cultum exhibebant divinum. Inde (h) populo, quem sibi in peculium elegerat, terram patribus promissam occupaturo, injungebat, ut quascunque in illa offenderet imagines atque idola, eas aut igne combureret, aut alia quavis ratione deleret. Id quoque non nesciebant Judæi, legis Mosaicæ tum temporis ad superstitionem usque observantes; qua de caussa obstinate omnia faciebant quominus imaginibus atque idolis polluereturterra DEO sacrata. Certe quum Vitellius regi, Aretæ, bellum illaturus per Judæam exercitum ducere vellet, gentis primores, uti JOSEPHUS (i) refert, ei obviam facti fuere transitum deprecantes. Οὐ γὰρ ἀνεκτὸν εἶναι πατρίοις, ajebant, περιορᾶν εἰκόνας εἰς αὐτὴν φερομένας, πολλὰς δ' εἶναι σημαίας ἐπικειμένας. *neque enim patrios permittere ritus, in illam* (Judæam) *inferri imagines, cujusmodi in signis Romanorum militaribus permultæ conspicerentur.*

§. 8. Hactenus plane opinor demonstravi, nullas esse, quas Vir doctus iis, qui voces ἐκεῖ ἐν τόπῳ ἁγίῳ ad antecedentia referunt, opponit difficultates. Restat, ut, quæ ipsius rationi-

(h) *Num. XXXIII. 52. Deut. VII. 25.*
(i) *Antiquitat. Judaic. Lib. XVIII. Cap. VII. p. 627.*

Digitized by Google

rationibus obesse putem, quibusque de caussis verba dicta cum proxime sequentibus ὁ ἀναμένοντων νοείτω, jungi nequeant, paucis exponam. Initio igitur id mihi valde displicet, quod ille dictionum intervalla earumque distinctionem turbat atque penitus immutat. Nempe non modo *solon* post vocem ἀγίῳ citra ullius codicis auctoritatem tollit ac delet; verum quoque *parenthesin*, quæ juxta receptam lectionem a dictione ὁ ἀναμένοντων initium sumit, a verbo ἐγὼς inchoat. Libere nimis atque audacter. Quis enim hanc ei dedit potestatem? Aut qua nixus ratione tantum audet? Profecto licitum non modo, sed etiam necessarium esse nonnunquam, (si quidem gravior subsit caussa, & error librariorum dilucide ostendi queat,) ut ab usitata novi fœderis interpunctione recedamus, viri rei criticæ consultissimi (k) sapienter decernunt: at probe simul monent iidem, caute admodum in hoc negotio versandum, nec sine urgente

(k) BALTH. STOLBERGIUS de *Barbarismis & Solœcismis N. T. Exercitat. VII. §. 20. 21. p. m. 340.* IOAN. HENR. MAIUS *l. c. Cap. XXXIII. §. 6. p. m. 482. it. Introduct. ad studium philol. crit. & exeget. Cap. III. p. m. 27. sq.* IOAN. ALBERTUS FABRICIUS *Biblioth. Græc. Lib. IV. Cap. 5. §. 21. p. 221.* CHRISTOPH. AUG. HEUMANNUS *Dissertat. in Joan. V. 20. annexa ipsius parergis crit. §. XV. it. Miscell. Lipsi. Tom. XII. Obs. CCXLV. p. 173. sq.*

Digitized by Google

necessitate aliquid temere innovandum esse. Quænam vero, quæso te, quisquis hæc legis, in loco controverso nos urget necessitas, ut antiquam & huc usque receptam verborum Christi distinctionem immutemus? Plane nulla, id quod ex ante dictis, ni fallor, satis perspicue patet.

§. 9. Quemadmodum itaque, quam OEDERUS sæpe laudatus animo concepit sententiam, interstitia verborum atque distinctiones neutiquam admittunt; sic quoque usus istorum ac significatio eidem minime respondet. Equidem τὸ ἀναγινώσκειν de lectione codicis sacri sæpius usurpari, quod ille (1) locis quibusdam in medium allatis probare annititur, nemo temere ibit inficias. Verum enim vero hæc neutiquam res est, de qua disputamus; id potius quæritur: utrum participium ὁ ἀναγινώσκων de *lectoribus publicis* Judæorum, qui quondam singulis Sabbathi diebus Mosen atque prophetas populo prælegebant, quandoque dicatur. Vel unico Vir doctus id comprobet exemplo, & erit mihi magnus Apollo.

§. 10. Scopus quoque & intentio dicentis OEDERO nostro adversatur. Optimo scilicet hominum Liberatori, (id quod ex tota orationis serie manifesto liquet,) his neutiquam sermo est cum publicis Judæorum doctoribus, quorum opera in sacrarum lit-

(1) *l. c. §. 8. p. 123.*

Digitized by Google

litterarum pandectis populo enarrandis versabatur; sed potius cum discipulis suis atque piis sectatoribus. Hosce, quid ipsis agendum sit, si quidem imminentes Judæorum genti calamitates extremas effugere velint, instruit; non vero istis, qua ratione mandato munere rite fungantur, præcipit.

§. 11. Ea præter divus MARCUS loco, quem supra jam indicavi, pro verbis ἐν πᾶσι εἰμὶ, legit ἔστι δεῖ, *ubi non debet*, seu *ubi non licet*; quæ quidem cum ea, quam Cl. OEDERUS amplectitur, sententia nulla prorsus ratione conciliari possunt. Quid igitur? Iis ne, quorum hoc olim proprium munus erat, ut singulis sabbathi diebus codicem sacrum populo exponerent Judaico, nefas fuit atque illicitum in loco versari sancto, suique officii partes ibidem explere? Nemo sane id mihi persuadebit, quamvis Cicerone ipso eloquentior foret. Probe hujus argumenti vim atque robur pro eo, quo pollet ingenii acumine, perspexit noster OEDERUS. Hinc (m) ubi *lectores Judaici populi ignaros*, *stupidos*, *perversos*, *cœcos* (cujusmodi tum temporis fuisse plurimos, lubens concedo,) intelligere se monuerat; servatoris verba: ἐκεῖ ἔστι δεῖ, non aliter, ac si sententia foret *infinita* sive *potentialis*, interpretatur. Scilicet hoc eum dicere velle

(m) *l. c. §. 11. p. 127.*

Digitized by Google

contendit: *talem lectorem*, ignarum nempe, ſtupidum, perverſum, cœcum, *ſtare in loco ſancto, ubi non deberet*, i. e. a quo ipſum ob inſcitiam juxta & impietatem procul abeſſe multum præſtaret. Eo quidem pacto MARCUM in partes trahere ſtudet Vir doctus; Sed fruſtra omnem inſumit operam. Neque enim DEI filius apud eundem: ἑστὼς, ait, ὅπου οὐ δεῖ, *ſtans ubi non deberet*, in *Conjunctivo*; ſed potius: ἑστὼς ὅπου οὐ δεῖ, *ſtans ubi non debet*, in *Indicativo*, ut adeo, ſententiam eſſe *finitam* ſeu *certam*; non vero *infinitam*, ſive *potentialem*, cuivis attento lectori ſtatim in oculos incurrat.

§. 12. Denique hautquaquam cum proxime ſequentibus, ἃ οὐ ναγινώσκων νοείτω, quæ eſt ſententia Viri ſæpius a nobis laudati; ſed potius cum antecedentibus, τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, jungendas eſſe voces ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ, ex Luc. XXI: 20. ceu loco parallelo; eſt oppido manifeſtum. Hic ſcilicet optimus ſalutis noſtræ auctor de ſigno temporis, quo fugiendum eſſet ex urbe, ſuos commonefaciens: ὅταν, inquit, ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλὴμ, τότε κ.τ.λ. *quando videritis urbem Hieroſolymitanam exercitibus cinctam*, ſeu *quando videritis exercitum Romanorum urbem Hieroſolymitanam obſidione cingentem*, *tunc* reliqua. Nonne vero hoc idem eſt, quod ille in eo dicit loco, de quo diſputamus, ubi:

ὅταν

Digitized by Google

ὅταν, ait, ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ, *quando videritis devastationem abominandam stantem ad seu juxta locum sanctum?* Uti enim per τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, *devastationem abominandam* sive *horrendam* Romanorum intelligi exercitum ipse Cl. OEDERUS pro certo ponit; ita Hierosolymam *urbem* vocari sanctam, inter omnes, qui sacris in litteris non omnino sunt hospites, planissime constat. Ipso igitur LUCA interprete certo jam scimus, voces ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ neutiquam ad consequentia, ὁ ἀναγινώσκων νοείτω; sed potius ad antecedentia, & quidem ad τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως; esse referendas, I. Q. E. D.

Digitized by Google

II.

Christus Imperator, libertatis auctor, *ante delineatus Galatis ob oculos*, (in loco Gal. III; 1.) pie consideratus.

à

Jo. Christoph. HARENBERGIO.

ARGUMENTUM.

§. 1. προγεγραφθαι, κατ' ὀφθαλμους. §. 2. *Momenta emphaseos eruendæ indicantur.* α) *Figura e re honesta est deprompta:* β) *Galatis debuit esse familiaris:* γ) *res ipsa delineata, figuram exhibens, debuit esse maxime illustris & in oculos valdopere incidens:* δ) *ad Christum debet quadrare cum pondere:* ε) *ad delineationem quandam:* ζ) *ad solicitationem blanditiarum & πειθους;* §. 3. *De demonstrationibus veterum Mathematicorum per figuras scriptas.* §. 4. *Inde figura non videtur deprompta* α) *quia Galatæ bellis, non litteris, vacabant.* β) *quia docti tum plerique solebant evangelio oblatrare.* §. 5. *An respiciatur ad frontes litteratas servorum Græcorum ac Romanorum.* §. 6. *Quod negatur.* §. 7. *Nec ad epistolam, ante scriptam Galatis, respicitur, nec figuram a præscripto scriptura alicujus desumtam.* §. 8. *Sed ad imagines in vexillis Romanorum,* α) *quia Galatæ in armis:* β) *Paulus istam figuram crebro inculcat.* §. 9. γ)

Digitized by Google

& quia cetera momenta huic expositioni apte conveniunt.

§. 1.

ATtentionem merentur Pauli verba, quibus nervose ac pio cum fervore in Galatas invehitur: ὦ ανοητοι Γαλαται, τις ὑμας εβασκανε τη αληθεια μη πειθεσθαι; οις κατ' οφθαλμους Ιησους χριστος προεγεγραπτο, εν ὑμιν εσταυρωμενος. *O inconsiderati Galatæ, quis vos blanditiis velut fascino adlexit, quo minus veritate penitus persuadeamini; quibus ob oculos Jesus Christus ante delineatus est, qui pro vobis est cruci adfixus.* Miratur jure, quod veritati non dent manus victas, nec de ea sint persuasissimi, nec eam sequantur & obedientia amplectantur, immo non vereantur, Judaizantes audire ac sequi pseudapostolos. Causam admirationis subdit eam, quod ante a se Galatis genuina Christi doctrina sit clarissime exposita, Christusque eis vividissimo modo ob oculos positus & præscriptus. Ne vero Christi, & Judaizantium, voluntatem putarent optime simul posse consistere, ideo addit memoriam Christi in crucem sublati, ut tacite innueret, hunc pro nobis maledictioni fuisse subjectum, ut jugum infinitum ceremoniarum tolleret, cui non inerat επαγγελια πνευματος *promissio spiritus* animique, sed *carnis*, Christi nascituri Jo. I, 14. *per carnem*, victimas deglubendas, inspiciendas, dis-

Digitized by Google

ſecandas, comburandas, *tanquam umbram* ejus, quod eventurum erat, εν ὑμιν eſt בכם, ubi ב eſt *pro*, ut ſæpius. Juvat in præſens ad Chriſtum unice reſpicere προεγραφθη τα' οφθαλμους Γαλατας, *præſcriptum Galatis & ante delineatum ob oculos.* Προγραφειν eſt 1) *ante ſcribere* Eph. III, 3. ſed non hoc loco, quia ante hanc epiſtolam nullam Paulus dedit ad Galatas: 2) proſcribere & publicare bona, quod huc itidem non quadrat: 3) præſcribere & conſcribere ſimpliciter, quod ſi proprie ſpectes, in Paulum non quadrat, qui indicat prædicationem Evangelii a ſeſe apud Galatas factam Gal. I, 6. 9. 11. non ſcriptionem: 4) metaphorice *ante delineare*, indicare, ſignificare, quod huc adprime facit. κατ' οφθαλμους eſt *ob oculos*, ut κατ' οφθαλμους τινι λεγειν *ob oculos*, in faciem alicui dicere, tritiſſimo Græciſmo.

§. 2. Si ad metaphoræ iſtius plenam evolutionem contendere animus eſt, momenta quædam ſunt præmittenda. Reſpicitur indubie ad delineationem & ſignificationem a re notiſſima, tunc equidem, petitam eamq; turpitudinis per ſeſe expertem. Nam quis puriſſimam evangelii annunciationem cum reviſſima & turpi conlaturus eſſet, vel cum ea ignota? Si reſpiceretur ad ritum Galatis non perſpicuum & familiarem, ecquis, quæſo, mentem Pauli, quæ intelligenda erat, intellexiſſet? Modus ille ritus, unde hæc phraſis decerpta eſt, debuit præterea maxi-

me

Digitized by Google

me esse inlustris, ponderosus & pellucidus, petitus a re, quæ ob oculos statuebatur. Ad hæc res illa ob oculos posita debuit esse apta ad Christum delineandum, ut adfuerit similitudo & comparatio accurata. Res illa etiam tandem debuit involvere delineationem & significationem, ob vocem πεογραφειν. Adduntur solicitatio per blanditias & πειθειν *suasionibus dare locum*, *obtemperare*, quæ ob cohærentiam simul sunt respicienda, quantum fieri potest, ut oratio sit lucida, sibi constans & apta.

§. 3. Occurrunt heic animo indaganti varia Veterum indicia, variique modi rem quandam ob oculos ponendi. Tritissimus est modus Veterum Mathematicorum & Doctorum, quo res alioquin obscuras figuris delineabant & demonstrabant. Arithmeticæ & Geometriæ αποδειξεις εναγειν επειρατο επ' αμβακος ποιουμενος την διδασκων παντος σχηματος, ἐστι δια γραμματος Pythagoras, teste Jamblicho de vita Pythagoræ c. V. (a) i. e. *demonstrationes instillare tentabat, in abaco faciens & docens omnem figuram, quod est per scripturam.* Idem testantur Aristotelis figuræ ad syllogismum exprimendum adhibitæ, Euclidis, Archimedis, Heronis, aliorumque libri Veteres. Debemus industriæ Caroli du Fresne, Domini du Cange, *Syllogen notarum antiquarum*, quam Glossario suo ad Scriptores

(a) p. 39. edit. Commelin. 1598. 4.

Digitized by Google

ptores mediæ & infimæ Græcitatis adjecit, & in ea conlectionem notarum, (b) quibus priſci Mathematici utebantur in deſignandis Planetis ſignisque Zodiaci, earumque non tantum vulgarium, ſed & minus tritarum, quibus Aſtronomorum pleni ſunt ſcripti præſertim Codices. Inde adfulget dictis meis lux uberrima. De figuris Aſtronomicis Plinius: (c) *Adjuvat rerum ordo, deſcripto circulo, qui ſignifer vocatur in XII. animalium effigies; & per illas ſolis curſu congruens tot ſæculis ratio.* Ope figurarū ac numerorum primus Græcorum omnium Thales Mileſius Olympiadis XLVIII. anno quarto, prædicto ſolis defectu claruit, qui ſub Aſtyage rege factus eſt. Inde utriusque ſideris, ſolis lunæque, curſum & defectus in ſexcentos annos præcinuit Hipparchus. (d) Mos iſte mundum deſcribendi per figuras eſt uſitatiſſimus. Homerus refert in Achyllis clypeo κοσμον μιμημα eſſe inſculptum. (e) In Oſymanduæ, regis Aegyptii, monimento aureus erat circulus 365. cubitorum ambitu, craſſitie cubitali, inſcriptique & diviſi erant in ſingulos cubi-

(b) De Notis Aſtronomicis, Chymicis, iatricis aliisque agit conciſe, ſed docte D. Bernard de Montfaucon *Palæographiæ Græcæ* L. V. c. 6. p. 373. ſq.

(c) H. N. L. I. c. 4. Conf. Claudian. de *Conſulatu Mallii Theodori* v. 274. 275.

(d) l. c. c. 12.

(e) *Iliad.* II. v. 478. ſq.

Digitized by Google

cubitos anni dies, cum notatione ortus & occasus stellarum naturalis & significationum, quas Aegyptii Astrologi ab illis effici docent. Hic circulus a Cambyse & Persis abripiebatur, quando in ejus potestatem Aegyptus perveniebat. (f) Sphæram primus composuit Atlas, testibus Diodoro (g) & Plinio, (h) vel Musæus. (i) Obliquitatem circuli signiferi intellexisse, hoc est, fores aperuisse Anaximander Milesius traditur, Olymp. LVIII. (k) Signa, teste eodem Plinio l. c., in eo adjunxit Cleostratus & primum arietis ac sagittarii. Alii porro alias excogitarunt figuras, quibus cœlum ob oculos proposuerunt, (l) donec Veteres tandem ad eam peritiam ope figurarum pervenerunt, quam ostendunt Hyginus Manilius, Aratus, alii. Similiter Græci, Aegyptii ac Latini composuerunt tabulas Geographicas & pictos edidicerunt mundos. (m) Taceo hieroglyphicas litteras, (n) quibus Aegyptii arca-

(f) Diodorus Siculus L. I. c. 49.
(g) L. III.
(h) H. N. L. II. c. 8.
(i) Laertius in *Proœmio*.
(k) Plin. l. c. c. 8.
(l) Vid. Jo. Albert. Fabricius *Biblioth. Gr.* L. IV. c. 4. §. 16. p. 456. sq. & ex eo Jac. Frid. Reimannus in *Idea Systematis antiquitatis litterariæ* Sect. V. n. XXVI. p. 372. sq.
(m) Fabricius l. c. c. 2. §. 2. §. 10. p. 38. in notis.
(n) Tac. L. V. Hist. p. 617. 618.

Digitized by Google

arcanas veritates involvebant, quod institutum Salomon in templo, Pythagoras aliique videntur æmulati.

§. IV. At præsto sunt, quæ obstant, quo minus verisimile fiat, Paulum ad figuras istas, quibus inconspicua oculis clare proponuntur, respexisse seu adlusisse. Nam Galatarum mentes bellicosæ ac feroces ad tantam rerum mathematicarum peritiam ac effigiationem(o) non adspirare solebant. Gallorum philosophi, seu Theologi, Druides dicti erant potius aruspicinæ ac victimarum spectatores, quam tabularum cœlestium vel terrestrium. Nec enixe mihi scrutanti occurrit locus, unde eruditionem Mathematicam, figuris declaratam, eis adtribuere liceat. Strabo potius de Gallis commemorat, (p) eos Martis studio & animorum ardere impetu, conserendæ pugnæ alacritate impigros, alioqui simplices esse. Quare Galatas,(q) Gallorum progeniem, eodem Martis furore tinctos fuisse, suspicor, & de eo certiores nos reddunt monimenta litterarum. Pontici

(o) Er. Schmidius h. l. *Christus ante-depictus*, quasi pictura. Sed ex sequenti ratione versio illa est infirma.

(p) L. IV. pag. 355. T. I. ed. Jansson. Amstelod. 1652. 8.

(q) Hi Ἀγνῶτες, indocti, Paphlagonum successores & vicini, illiterati. conf. Ez. Spanheim. *in Notis ad Callimachum* p. 440.

Digitized by Google

tici vicini a Mathematicis figuris non abhorrebant, Billari enim sphæra, Sinopensium decus, a Lucullo ablata (r) & Sidenenses Mathematici, Demetrius Rhateni & Dionysiodorus eodem nomine quo Hicenes geometra, (s) id satis loquuntur. Galatarum vero omne studium erat effusum in bella. Nam *neque reges Orientis sine mercenario Gallorum exercitu ulla bella gesserunt, neque pulsi regno ad alios quam ad Gallos confugerunt. Tantus terror erat Gallici nominis, sive armorum invicta felicitas, ut aliter neque majestatem suam tutam neque amissam recuperare se posse sine Gallica virtute arbitrarentur.* (t) Consul Romanus ideo olim milites contra Gallogræcos euntes ita adlocutus est: *Non me* (u) *præterit milites, omnium, quæ Asiam colunt, gentium, Gallos fama belli præstare. Inter mitissimum genus hominum ferox natio pervagata bello prope orbem terrarum, sedem cepit, procera corpora, promisse & rutilatæ comæ, vasta scuta, prælongi gladii: ad hoc cantus ineuntium prælium, & ululatus & tripudia, & quatientium scuta in patrium morem horrendus armorum crepitus: omnia de industria composita ad terrorem.* Licet vero tum a Romanis fuerint aliquoties victi ac fugati, (x) nihilo

(r) Strabo L. XII. p. 179. T. II.
(s) l. c. p. 182.
(t) Justinus L. XXV. c. 2.
(u) Livius *Decad.* IV. L. VIII. p. 396. *Basil.* 1554. 8.
(x) Florus L. II. c. 11.

Digitized by Google

hilo tamen ſecius virtuti bellicæ continenter ſe manciparunt. Pars Galatiæ, Pontica Comana, floruit proventu Moaphernis, qui Luculli nutu regnum Comanum evertit, & caſtella ad defectionem perduxit. (y) Archelaus, quem Pompejus, Luculli in Aſia ſucceſſor, ſacerdotio Comano & ſervis ſacris, qui erant 6000. præfecerat, bellum Parthicum cum Gabinio Syriæ præſide ſuſcipere avebat, &, cum ſenatus bellum illud non decreviſſet, trajecit in Aegyptum, ibique loco fugientis Ptolemæi ſex menſes regnavit, quod imperium armis tuturus, a Gabinio in prælio interemtus eſt. (z) Quid Adiatorigem commemorem, quem ferociter refragatum Auguſtus cum uxore & filiis triumphatum, ne quid inpoſterum formidinis excitaret, interemit? (a) Quid enumerem virtutem feminarum Galaticarum? Orgiagontis regis uxor a centurione ſtuprum paſſa, cuſtodiam evaſit revulſumque militis caput ad maritum ſuum retulit? (b) Cæſaris ævo Deiotarus Aſiæ minoris partem Armeniamque minorem tenebat adminiſtrandam, qui Galaticas duas legiones ad Cæſarem Alexandrinos oppugnantem miſit equitesque centum, quos diſciplina atque arma-

(y) Strabo L. XII. p. 198. T. II.
(z) l. c. p. 199.
(a) l. c. p. 200.
(b) Florus l. c.

Digitized by Google

armatura Romana complures annus constitutas habebat. (c) Nec id mirum est, si reputemus, Galatas Bellonam, fano ac sacerdotio Comano inlustrem, belli Deam coluisse, & ne quid muliebre ipsis videretur, sacerdotes illos voluisse exsectos, (d) & festa Deæ duo, *exitus* dixisse, quasi in memoriam eductionis militum, quæ quovis anno in calidioribus regionibus interrumpenda est fervente æstate, & deinde resumenda. Amyntas ultimus fuit Galatarum rex, quo defuncto eos Augustus in provinciam redegit, (e) anno urbis conditæ 729. annis LXXV. ante epistolam ad Galatas scriptam, si a. v. c. 749. Christus est natus, &, inclusis duobus annis ab Epocha Vulgari exsulantibus, Paulus ad Galatas scripsit a. Aeræ Vulg. 53. quod alibi curatius exponam. Nec posthac Gallogræci illico facti sunt mulieres, blenni ac fungi. ἡ Γαλατια μετα της Λυκαονιας Ῥωμαιων ἀρχοντα ἐσχε: *Galatia cum Lycaonia Romanum habere præfectum cœpit.* (f) At illorum præfectorum erat, sibi continuo

(c) Hirtius de *Bell. Alex.* c. 34.

(d) Conf. Strabo L. XII. p. 200. 197. &c. Valerius Flaccus L. VII. v. 636. Hirtius de *bello Alexandrino* c. 66. Dio Cassius L. XXXV. p. 5. Pausanias in *Laconicis* p. 249.

(e) Dio Cassius L. LIII. p. 514. edit. Hanov. 1606. fol.

(f) Dio l. c.

Digitized by Google

a Parthis metuere & Sauromatis. Illorum rex Bardanes, Pauli ætate, Romanis grave minabatur bellum, tentassetque, ni sui eum cecidissent. (g) Horum reges a Romanis dati sub Claudio, a suis, Bosphoranis scilicet seu Sauromatis, expellebantur. conf. Dio Cassius L. LX. p. 670. Tacitus L. XII. Ann. c. 15. Non est consuetudini gentium conforme, fortitudinis patriæ avitæque semina intra septuaginta annos exuere, eandemque simul venerari Bellonam. Polybius de suo tempore Hist. L. II. c. 23. *Romanorum animis terror pristinus nominis Gallici adhuc insidet.* Et c. 35. *Metus Gallorum non solum majorum temporibus, sed memoria etiam nostra Græcos sæpius sollicitos habuit.* Monere hæc fusius visum fuit, tam ut Galatis sublimiora studia denegarem rectius, quia inter arma silent Musæ, quam ad viam in secuturis momentis veræ expositioni sternendam. Nam insulsum plane fuisset, a re ignota, vel pauciss imis cognita orationis lumina mutuari. Judæi docti, quales Ancyris vel in Gallo-Græcia tum exstitisse non omnino infitior, non solebant Mathematicis penetralibus sese immergere, sed Platonis sectam secuti (h) ritibus suis servandis erant impense dediti. Adde

(g) Josephus Ant. XX. c. 2. Tacitus Annal. L. XI. c. 8.

(h) Patet hoc ex Philone & amore Platonis, quem Judæi secum consentire nugabantur.

Digitized by Google

Adde quod nulli magis quam potentiores & doctiores evangelio repugnaverint, tum ob ambitionem utrisque communem (i) tum ob teporem in interno pietatis cultu. *Hoc enim certum*, (k) *summa eruditio proximus est gradus ad Atheismum. Hic est acerrimus eruditorum hostis, cum quo quotidie conflictandum.* Hoc æque valet de philosophia seu pansophia sectaria, quæ ambitionem & contentionem gignit, & quam tunc omnes in ore & amore habebant. Interim scientia vera est via ad revelationem & Deum. Ex hisce conligi posse puto, quare eruditiores oblatraverint evangelio, & cur Paulus ad eos, si forte unus & alter inter Galatas exstitit, non respexerit, præcipue quum ab omnibus se voluerit intelligi. Ad Ezechielis Tav abludi, olim putavi, quod utique fuit cruciforme, (l) nisi hæc eadem obstitisset ratio.

§. 5. Sunt quidam in ea sententia, quod Paulus ad scripturas & stigmata in frontibus servorum gentilium respexerit. Id quidem negari nequit, servorum multitudine & sacrorum & profanorum laborasse Galatiam.

(i) Utraque in Hadriano conjuncta, ridendos dedit effectus.

(k) Verba sunt B. G. Struvii ex *Introductione in notitiam rei litterariæ* c. 9. §. 41. p. 481.

(l) Montfaucon in *Palæographia Græca* L. II. c. 1. p. 119. sqq.

Digitized by Google

At ſervorum omnium frontes prómiſcue non ſignabantur, ſed ſcelere inſignium. Deinde ſymbolum ſervitutis plane a libertate evangelica abludere videtur, quæ eſt immunitas a ſervitute peccati & cerimoniarum Judaicarum. Servi in fronte ſignati dicebantur *litterati* (m) id eſt, *litteris inſcripti.* (n) Hæc erat pœna calumniæ (o) vel nota malignæ fugæ & criminis (p) in ſervos Romanos & Græcos, & delicium quorumdam barbarorum. (q) *Longam litteram faciebant* ſervi, in furcam ſuſpenſi vel crucem. Omnia enim dura in ſervos expromebantur. Illi feriebantur palma compreſſa & porrecta promiſcue in malam pugnisque cædebantur. (r) Sophocles de captivis (qui erant ſervi) in *Ajace flagellante* v. 300. 301.

- - - τυς δε δεσμιυς
Ηκιζεθ' ὡς τε φῶτας - - -
- - - *Alias* (pecudes) *ceu captivos*
Flagris cædebat. conf. v. 65. 110. 111.

Ari-

(m) Plautus *Caſinæ* Act. II. ſc. 6. v. 49.
(n) Ut idem vocem explicat in *Rudente* Act. IV. ſc. 4. v. 112. ſq.
(o) Cicero pro Roſcio Amerino n. 57. Gothofredus in l. ff. ad Turpilianum. Roſinus *Antiqu. Rom.* L. IX. c. 25.
(p) Idem Roſinus l. c. L. I. c. 20. p. 174.
(q) Herod. L. V. p. m. 144. Cicero offic. L. II. n. 25. S. Empiricus L. III.
(r) Plautus Caſinæ l. c. v. 53. ſq.

Digitized by Google

Aristophanes: (s)

Οἶον σε δήσω τῷ ξύλῳ
ἡ βυρσα σε θρανευσεται - -
Solum adligabo te ligno i. e. cruci (t) - -
Cutis tua dilatabitur.

Servus servo minatur pœnas apud Plautum: (u)

O carnificum cribrum, quod credo fore: (te)
Ita te perforabunt patibulatum per vias
Stimulis, si huc reveniat servus.

De eadem pœna alibi (x) idem:

At ego te pendentem fodiam stimulis triginta dies.

Cum ejusmodi servo in patibulum rapto, antea pugnis cæso, & a carnifice misere vexato se confert Paulus 2. Cor. XII: 7. Hæc obiter.

§. 6. Non reor, a servili vel barbara καὶ' ὀφθαλμὸς inustione heic translationem esse arcessitam. Namque illa compunctio, rasio (y) vel inustio velut inhumana, Numini

 displi-

(s) In ἱππευσι p. m. 292.
(t) Ut 1. Pet. II: 24.
(u) In *Mostellaria Act. I. sc. 1. v. 52.* sq.
(x) In *Menæchmis Act. V. sc. 5. v. 48.* conf. Rosinus in *Antiqq. Romanis* L. IX. c. 31. p. 1500. sq.
(y) Conf. Spencerus in *Legibus Ebræorum ritualibus* L. II. c. 25. p. 429. sq.

Digitized by Google

displicet, quare eam detestatur per Mosen. (z) Inscriptio illa litterata plerumque domini nomen præferebat, ne aufugerent, vel, si aufugissent, facile possent dignosci & vindicari mancipia. (a) At libertatis & manumissionis symbolum in redemptos & libertati adscriptos Christianos quadrat. Inprimis memorabile est, quod Paulus Mosaizantium conatus κατα δουλωσιν vocet, conditionem vero genuinam Christianorum appellet ελευθεριαν ην εχομεν εν χριστω Ιησου. (b) Judæi nil differebant à servis, quippe ii erant ὑπο επιτροπους ἡσαν οἰκονομους αχρι της προθεσμιας του πατρος, & ὑπο τα στοιχεια του κοσμου δεδουλωμενοι; (c) Gentiles vero ἐδουλευσαν τοις μη φυσει ουσι θεοις, *serviebant Diis* ex constitutione humana, *non natura, talibus*. (d) Mosaizantes Galatas subigere tentabant, ut servilem Judaicam conditionem simul cum Christianismo reciperent, & redirent ad umbras, quibus denuo servos sese addicerent. (e) Ex quo factum est, ut Paulus omnes vires contendat ad excutiendam illam servitutem, quam Chri-

(z) Levit. XIX: 28.
(a) Vid. Hadrianus Turnebus in *Adversariis* L. XIV. c. 12. Cœlius Rhodiginus *Antiquitatum* L. IV. c. 3. Lipsius *Electorum* L. II. c. 15.
(b) Gal. II: 4.
(c) Gal. IV: 1. 2. 3.
(d) v. 8.
(e) v. 9.

Digitized by Google

Christus pretio interposito sustulerat, idque inde deducit α) quod simus filii & heredes Dei per Christum: (f) β) quod simus non ancillæ filii, sed liberæ. (g) Libertatem ubique inculcat Paulus, servitutem damnat. Conf. V. 1. 13. Namque ad manumissionem conditio Christianorum quadrat, non ad servitutem, id quod clarius patebit, si olim ritus manumissionis apud Romanos & Græcos usitatæ cum nostræ libertatis ratione comparaverimus, quod fiet alias.

§. 7. Nec respicit Paulus ad scriptam antea Galatis epistolam, quia dixerat & *annunciaverat* tantum eis olim evangelium Gal. I: 9. IV: 13. 14. & de pluribus ad Galatas Pauli litteris tacet omnis antiquitas. Quare etiam non existimatur adlusio esse facta ad incisas fixasque leges, quas variis variæ materiæ infixit ac insculpsit gentium antiquarum industria. (h) Dio Cassius de Claudio (i) Ἀρκεῖ εἰναι φησὶς, ἐν τοῖς στήλαις αὐτὰς (λόγους Αὐγούστου καὶ Τιβερίου) ἐγγεγράφθαι, *satis esse dicens, in columnis illas* (orationes Apostoli & Tiberii) *incidi*. Præterea tabulæ & columnæ illæ, legibus & sermonibus sapientissimis inscriptæ, non erant ubique ante oculos positæ, sed reconditæ, ut Mosaicæ, X. & XII.

(f) v. 7.
(g) v. 31.
(h) Conf. *J. C. Wichmanshausen* in *Diss. de Tabulis fœderis prioribus Sect. I.*
(i) LX. p. 671.

Digitized by Google

tabulæ & leges juſſu Caligulæ inſculptæ, quæ ab oculis erant remotiſſimæ, quippein ſublime in fixæ. Pergamus igitur ad ritum, cui omnia momenta ſua ſponte & apte conveniunt.

§. 8. Quodſi fecerimus, oculis Galatarum perſpicue oppoſita deprehendimus vexilla militaria, & imagines Auguſtorum vel Imperatorum in eis. *Vexilla* Romanorum, Galatis quotidie obvia & cognitiſſima, erant vel *legionum*, vel *manipulorum* & *cohortium*. Aquila legionum erat ſignum. De ea Plinius: (k) *Romanis eam legionibus.* (*Marius in ſecundo conſulatu ſuo proprie dicavit. Erat & antea prima cum quatuor aliis, lupis, minotauris* (tauris,) *equis, apris, qui ſingulos ordines anteibant. Paucis ante annis ſola in acie portari cœperat, reliquæ in caſtris relinquebantur. Marius in totum ea abdicavit. Ex eo notatum, non fere apud legiones unquam bibernatum eſſe in caſtris, ubi aquilarum non ſit jugum.* Illæ inſiſtebant ſummæ haſtæ ex auro vel ex argento, & fulmen ſæpe unguibus tenebat, quaſi jaculatura, pinnas extendenti ſimilis, ut ex nummis conſtat. Dio Caſſius: (l) ὁ αετος αυτοματος (εξι γαρ μικραι και εν αυτῳ αετοι χρυσοι ενιδρυται, καθηνται τε εν πασαις ταις εκ της καταλογης στρατιωτιδοις, και κδαμοσε εκ των χειμαδιων, πλην οπου συμπας ὁ στρατος εξιοι, κινειται. και αυ-

(k) L. X. c. 4. H. N.
(l) L. XL. p. 128. ſq.

Digitized by Google

αυτων εἰς αὐτὴς ἐπὶ δορατος μακρὸς ἐς ὀξὺ τὸν σφυρὸν ἀπηγμένος, ὡστε καὶ ἐς τὸ δαπεδον κατωπεγνυσθαι, φερει.) τῶν δὲ ἀετῶν εἰς μὲν ἡδονὴν τὸν Εὐφράτην ποτὲ συνδιαβῆναι, ἀλλὰ ἐν τῇ γῇ ἐνεχεῖλο, ὥσπερ ἐμπεφυκώς. πρὶν δὲ πολλοὶ περιφανεῖς βίῳ αὐτὸν ἀνεσπάσαν. καὶ ὁ μὲν καὶ ἀκων ἐπηκολουθησε. σημεῖον δὲ τι τῶν μεγάλων τοῖς ἰδιοις ἐοικότων, καὶ φοινικᾶ γράμματα ἐπ' αὐτῆς πρὸς δήλωσιν τοῦ τε κρατεῖν καὶ τοῦ κρατηθῆναι σφῶν τοῦ αὐτοκράτορος ἐχόντων, ἐς τὸν ποταμὸν ἀπὸ τῆς γεφύρας πεσεῖν ἐνέπεσε. *Aquila dicta (exigua quædam est sacelli effigies, inque ea aurea aquila est conlocata: constituitur autem in omnibus legionibus Romanis: neque prius hibernaculis effertur, quam universus exercitus egrediatur. Eam aquilam hastæ sublimi impositam unus vir portat, cujus hastæ pars infima in acutam cuspidem desinit, ut in solum defigi possit. Hujusmodi ex aquilis una noluit cum Crasso Euphraten transire, sed perinde ac si terræ adnata esset; ita infixa hæsit, donec tandem a multis circumstantibus vi evulsa fuit, invitaque comitata est suos. Vexillum præterea quoddam ex eorum numero, quæ magna velorumque similia sunt, inscriptum puniceis litteris, ad notitiam exercitus imperatorisque faciendam, inversum, a ponte in flumen decidit.* Idem in prodigiis S. Pompeji, prælium Mundense antegressis: (m) οἱ δὲ δὴ ἀετοὶ τῶν στρατοπέδων αὐτὼ, τὰς τε πλευρὰς σπασαντες καὶ τὰς περαυνὰς, ἃς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν πρὸς χρυσὸς ἐφερον, ἐκβαλεν-

(m) L. XLIII. p. 231.

Digitized by Google

λοντες, ἐκεινῳ τε το κακον ἀντιχρυς ἐνεσκηπτον, και αὐτοι πρὸς τον Καισαρα ἀπεπελοντο. *Verum aquilæ exercitus Pompejani, alas suas concutientes, fulminoque, quæ aurea nonnullæ pedibus gestabant, projicientes, Pompejo exitium palam abnuntiabant ipsæque ad Cesarem* (vento ferente) *avolabant.* Sacellum illud erat ad prætorium locus in castris; ærarium seu templum Saturni Romæ. (n) Dionysius Halicarnass.: *Hæc locutus, juratusque, se legibus animadversurum in detrectantes imperium, signa templis proferri jussit.* Manipulorum signum olim fuerat manipulus fœni straminisve, (o) at, agresti more mox cessante, hastæ apici transversum ligneolum, in modum crucis infigebatur. Infra crucem in numis & lapidibus orbiculi quidam vel clypeoli hastæ adnexi adparent, qui ex argento vel auro imagines primum Deorum, deinde & Imperatorum atque ducum præferebant. Isidorus magnopere errat, dum exordia horum orbiculorum Augusto tribuit: (p) *Pilam in signa constituisse fertur Augustus, propter nationes sibi in cuncto orbe subjectas, ut malis figuram orbis ostenderet.* Sed pilæ illæ seu orbiculi conspiciuntur in numis Romanis ante principatum. Id tamen novum est, Augusti ima-

(n) I. Lipsius de *Militia Romana* L. IV. *Dial.* V. p. 166. 167.
(o) *Antiqu. Rom.* L. X. c. 21. p. m. 616.
(p) Ovid. *Fast.* L. III. v. 115. sq.

Digitized by Google

imaginem fuisse inditam & populisse Deos. (q) Tacitus: (r) *Tua, dive Auguste, cœlo recepta mens, tua, pater Druse, imago*: Suetonius de Tiberio: (s) *Quædam munera Syriacis legionibus* largitus est, *quod solæ nullam Seiani imaginem inter signa coluissent.* Color argenteus, rarius aureus, perspicuitatem & fulgorem imaginum illarum mirifice circumfudit. Plinius: (t) *Color argento clarior est, magisque diei similis: & ideo militaribus signis familiarior, quoniam is longius fulget.* Hastæ semper erant argentatæ, vexilla tamen interdum etiam aurea, ut ex Arriani *Dissertat. Epicteti* docet Lipsius. Vexillis porro nomina ducum bellicorum erant inscripta. Sufficiat unum alterumque locum indicasse, ne fide destituamur. Tacitus: (u) *Quid reliquum nisi ut caperent ferrum? & quorum imagines pro vexillis secuti forent, duces imperatoresque deligerent?* Suetonius: (x) *Assensere cuncti no-*

(q) L. XX. c. 7.

(r) Uberius id ostendi in *Progr.* 1721. 4. de *Pomi crucigeri Imperialis Origine & fatis præcipuis*, quod 1724. Vitembergæ recudi fecit, ut ex Novellis litt. Lips. 1723. p. 1021. liquet, A. F. de Zanthier, meus quondam discipulus, præfixo suo nomine, quod ipsi non invideo, dolens interim, Sphalmata esse retenta & aucta, nihilque novi, quod rem spectaret ipsam, fuisse adjectum.

(s) Annal. L. I. c. 43.

(t) Cap. 48.

(u) H. N. L. XXXIII. c. 12.

(x) l. c. p. 168.

Digitized by Google

nomenque ejus vexillis omnibus sine mora inscripserunt. (y) Ob illa heroum ducumque nomina & imperia veneranda, civilis quædam adoratio Romanis militibus ingerebatur. Suetonius: (z) *Artabanus transgressus Euphratem, aquilas & signa Romana Cæsarumque imagines adoravit.* Claudianus de ipso Arcadio, Imperatore Christiano: (a) *Augustum veneranda prior vexilla salutat.* Germanicus, contra Cheruscos prælians, exclamabat ad milites Romanos: (b) *Irent, sequerentur Romanas aves, propria legionum numina.* De aquilis equidem ista perhibentur. At idem vexillorum enitebat honos. Idem Tacitus alibi: (c) *Agmina legionum stetere fulgentibus aquilis, signisque & simulacris, Deum in modum templi. Medio tribunali sedem curulem & sedes effigiem Neronis sustinebat.* Modum huic plerosque Imperatores excessisse, & honores plusquam humanos non respuisse, verissimum est, nam, ut aliquando honores divinos recipere noluerunt, (d) id tamen rarissime factum est. Namque Roma (e) & Augusti, con-

(y) L. V. *Annal.* c. 4.
(z) In *Vespasiano* c. 6.
(a) Conf. Lipsius l. c. Dempsterus in *Paralipomenis* ad Rosini L. X. p. 1717. sq. Lipsius in *Notis ad Tacitum* p. 506. 507. qui hæc fuse.
(b) In Caligula c. 14.
(c) L. II. in Rufinum p. 59. Ed. Plantin. 1561. 12.
(d) L. II. *Ann.* Tacit. c. 18.
(e) *Annal.* L. XV. p. 357 ed. Lipsi. qui videatur in *Notis* p. 407-409.

Digitized by Google

conjunctim primo ad leniendam invidiam (f), postea hi separatim templa, sacerdotes, divinitatisque honores usurparunt. Globus ille seu malum in vexillis manipulorum Romanorum fastum, quo imperium orbis terrarum complexi erant, indicabat abunde, unde solerter retinuerunt in more & amore illud symbolum. P. Jobertus id apte exprimit; (g) *Un globe pour marquer, qu'ils sont les Maîtres du monde. Ce globe est quelquefois surmonté par une victoire ailée, qui presente une Couronne, afin de faire connoitre, que c'est à sa faveur le Prince doit l'Empire du monde.* Vexillorum adhæc majestas inde etiam amplificabatur, quod per illa juraretur inviolate. Ut omittam Livii aliorumque loca, id ipsum clare testantia, Tertulliani elegantissimum facit documentum, quod geminum fundit usum. *Religio* (h) ait ille, *tota castrensis Romanorum signa jurat, signa veneratur, signa omnibus Diis præponit, omnes illi imaginum suggestus insignes monilia crucium sunt, sipara vexillorum & cantabrorum, stipites crucium sunt. Laudo diligentiam, qua soletis nudas & incultas cruces consecrare.* Imaginarii dicebantur vel Imaginiferi, qui imagines imperatoris, vexilla ista, portabant, ut ex Vegetio docuit Lipsius.

(f) Conf. Tacitus Ann. L. IV. c. 37.
(g) Vellejus L. I. p. 18. *ed. Lipsi.* Liv. L. XLIII. c. 6. Tac. L. III. c. 63. Annal.
(h) Lipsius in Notis ad Tacitum p. 208.

Digitized by Google

us. Reſtarent equidem diſpicienda cohortium ſigna, niſi dracones illorum eſſent infra Pauli ætatem. Non infitior tamen, apud Tacitum, Livium & Cæſarem occurrere loca, quæ ſigna cohortibus tribuere videantur. Roſinus ea admiſit: Lipſius ſolide dubitavit, & veroſimilius ſtatuit, vexilla ac ſigna manipulorum intelligi, qui fecerint ſcilicet Cohortem. (i) Siquis figuram diſtincti iſtius vexilli ex ævi Auguſtei numis, lapidibus ac ſcriptis adtuliſſet, quod nemo fecit, nec, opinor, præſtabit, non laboraremus. Quare tandem ad rem ipſam veniamus, &, omiſſa aquila, ad vexilla reſpiciamus manipulorum. Quodſi fecerimus, Pauli dictio erit nitidiſſima cogitatu, ſenſu ornatiſſima, cohærentia ſingulorum verborum uberrima. Vexilla ejúsmodi cognitiſſima erant Galatis, bellicoſis antea nationibus, quibus jam milites Romani fere quotidie ante oculos erant, & qui inde ab Auguſto in morem Romanum in hoc genere Martis tranſierant, ut ex §. IV. conſtat. Quoniam quoque Paulus *hominem Chriſtianum inſtar militis* crebro repræſentat, (k) & vitam in modum militiæ depingit, atque vitam æternam cum præmio bellico confert, coronæ ſcilicet; ideo propter notio ejusmodi ſymboli-

(i) Dans *la Science des Médailles* p. 209.
(k) *Apolog.* c. 16.

Digitized by Google

bolica, si cetera momenta conspirent, evolutione est dignissima.

§. 9. Dux summus, cujus ad nutum militibus Christianis vivendum est, censendus est almus sospitator, qui nobiscum est ad exitum sæculi, & summam fidem ac integerrimum exemplum in devincendo Satana præstitit. Imaginiferi ejusdem sunt Apostoli, Pastores & Doctores, non insuper habendi, nec negligentius tractandi ob eum, quem præferunt & demonstrant, Christum. Nos autem omnes sumus milites & commilitones, mutua fide læti, mutuo amore flagrantes, eumdem scopum anhelantes, simul consistentes, ad nutum ducis intenti & parati. O miseros illos, qui vexillum, Christum, deserunt & ante victoriam torpent! Ad exitum prælii militibus est perseverandum, & honesta mors turpi fugæ præponitur. Væ illis, qui respiciunt & cum Dema caducam pertenuemque voluptatis mundanæ crustam suo amore dignantur. Nemo erit salvus & corolla dignandus, nisi qui constantiam extremam ostenderit. Et quid æquius est, quam sacramentum militare, nomen Christi in crucem acti, continuo venerari, quo ad vexillum tam sacrum sumus jurato obstricti & devincti? Qui vexilla derelinquebant vel hosti ignominiose prodebant, vel tradebant, quavis ignominia & pœna adficiebantur. Ita apostatæ & qui in odium

Digitized by Google

Christianæ vitæ vel doctrinæ delabuntur, Christumque dehonorant & hostibus evangelii ludibrio exponunt, exquisitissimis æternisque plectendi erunt pœnis. Honos erat vexillo præstandus & sæpius plusquam humanus, licet illud ipsum vexillo vel illi ritui non sit tribuendum, sed adulatoribus vel adulationem præscribentibus: Christus æterno divinoque honore suscipiendus est, ejusque imago, menti infixa, intemerata veneratione fulgeat, necesse est. Adoratio tribuenda est Christo summa ejusque dignitas intacta est servanda. Crux blandissimum ejus majestatis agnoscendæ est incitamentum, quare etiam Paulus significanter addidit Christum ἐσταυρωμένον, confirmans vexilli symbolum. Ei est imperium orbis, corporum & spirituum, quod multis parasangis post sese relinquit imperium orbis terrarum, quod Romani jactitabant & malo seu orbiculo designabant. Delineatio vexillo imprimebat auream vel argenteam ducum imaginem, ut dies & perspicuitas exprimeretur. Annunciatio & scriptura de Jesu plusquam metallicam animo nostro ingerit figuram, nunquam merito oblitterandam, ut dies, lux, vita, & opera clarissima e nostris actionibus exsplendescant & lætæ mansuetudine effulgeant. O imaginem Servatoris pretiosissimam, blandam, patientem, humanam ac mansuetam, victricem omni-

Digitized by Google

omnium incommodorum! Ille me in manibus suis impressit, (l) ut memoriam mei nunquam deponeret. Non tergo, non pulveri me inscripsit facile turbando, ventique ludibrio. Imprimam eum vicissim animo meo. Hic erit sacerdotii mei spiritualis character indelebilis, quem nulla vetustas exedat, vel ætas mutilet. Huic meo Imperatori oportet πειθεσθαι *obtemperare*, quia est & Deus meus & Dominus meus. Milites sæpe ab hoste solicitabantur, ut transfugerent, (m) æmulatoribus & invidis (qui βασκανοντες dicuntur (n)) victoriam contrariam insidiose expetentibus. Sunt & nobis, qui βασκαινειν fascinare, blande adlicere & solicitare in adversam partem student. Falsi ac perversi Christiani, caro nostra & Satanas incontinenter ad sua castra impellere & deducere conantur, quibus ne momentum quidem cedere fas est. (o) Qui vexillo suo potentissimo contemto vilissimis ac infractis

(l) Es. XLIX. 16.
(m) Justinus L. XIV. c. 2. XIII. 4. &c.
(n) Dio Cassius L. XXXVI. p. 14.
(o) βασκαινειν est *excantare*, & simul respicitur ad morem Numina & genios urbium, coetuum & exercituum evocandi; quem hostes frequentare solebant, ut incantationibus & diris nocerent, milites redderent pigros & obstinatos, Deos aversos. Videatur Lamb. Bos in h. l. de significatu, & de reipsa Jo. Gu. Berger in *Diss.* I. & II. de *Evocatione Deorum ex Oppidis obsessis* 1714. Vitemb. & 1715. 4.

Digitized by Google

hostibus, servitio æterno addictis, sese adsociat, non potest simul stare cum Christo. Hic est vexillum illud, de quo Esaias: (p) נשא נס לגוים ואסף נדחי ישראל ופרצות יהודה יקבץ מארבע כנפות הארץ DOMINUS *statuet vexillum gentibus & conliget adtenuatos Israëlitas & rupturas Jehudæ congregabit ex quatuor plagis terræ.*. Leo erat inscriptus vexillo Judæ invictissimi, symbolum robustissimi victoris Christi, leonis de tribu Judæ. (q) Nil igitur est desperandum tali duce & auspice tanto. Transfugæ, si interciperentur a suis, capiebantur ac captivorum ignominiosissime habendorum pœna adficiebantur, patibulis & scrobibus. Caveat igitur quisque, ne fiat transfuga, & scrobem, sulphure ac bitumine refertam, cum Satana pro supplicio reportet. Apud Romanos loco decessisse, aut omnino stationem fuga deseruisse capitale erat. (r) Quanto magis erit capitale & supplicii plenum, Deum odisse, ejusque nutu posthabito (s) illecebras hostium Dei sequi. Hoc sane est in viscera sua sævire & sempiterno se componere cruciatui. Erat Romanis militibus stipendiorum numerus, quo exacto ad quietem dimittebantur carpendam & fatigata mem-

(p) XI. v. 12. conf. 18.
(q) Apoc. V. 5.
(r) Tacit. L. I. Annal. c. 61. Polyb. L. I. c. 70.
(s) Polyb. L. I. c. 17.

Digitized by Google

membra refocillanda. (t) Instat etiam terminus militiæ nostræ, quem præmatura ac inexspectata sæpius mors nobis figit, quo accedente, si vexillo firmiter adhæserimus, quies & gaudium exoritur, laus egregiæ fidei, & corona æternumque ornamentum. (u)

Vexillum, tu Christe, meum roburque fuisti
Adsiduo, tua crux languida corda beat.
Orbem Tu nectis tecum: En sum pars quoque mundi.
Immo TUI sum pars. Me quoque junge Tibi.
Præcellens fulgor, nec non tua suavis imago
Et ducis & regis, nutus itemque tuus,
Sæpe mihi ob mentis sitientis lumen oberrant,
Et mortis tenebras ipse nitore fugas.
Da, queso, vires, tibi queis constanter adhærens
Perstem, ac obveniat pulcra corolla mihi.
Non fuerat licitum, servos quoque bella ciere,
Id velut insuetum Martia Roma stupet.
Tu me fecisti civem, ne servus in armis
Nequitiæ bellem, maxime Christe, cave.
In cœlo fulgent mea civica jura reposta:
Fac ut eo veniam lætitiaque fruar.

(t) Conf. Lipf. de *Militia Romana* L. V. *Dial.* 18. p. 339. sq.
(u) Tac. L. I. Ann. c. 26.

Digitized by Google

III.

Jo. Christoph. HARENBERGII,

De CRIBRATIONE,

quam Satanas Apostolis paravit

ad verba Christi LUC. XXII, 31. 32.

MEDITATIO.

SUMMARIA.

§. 1. *Christus ex obviis occasionem adripit doctrinæ suæ symbolis illustrandæ.* §. 2. *Indicatur tempus, quo Jesus hoc incisum protulit.* § 3. *Ex cribratione Christi cribratio Apostolorum plenius & tristius pernoscitur.* §. 4. *Mandatum divinum de metendo Omer & faciendâ inde farinâ Lev. XXIII. 10. Manipulus fuit hordeaceus. Quid* עמר. §. 5. *Manipulus typus Christi α) in agitatione & adductione β) quia initium anni designabatur. Lucerna media exstincta illucent. Christo per passionem, quæ fuerat typus.* §. 6. γ) *quia alios consecrabat fructus:* δ) *quia petendus erat ex sola terra sancta:* ε) *Manipulus erat primum & optimum messis:* ζ) *quia ritus demetendi ac cribrandi &c. mysteriosus: trans Kedronem metebantur, publiceque emebatur manipulus.* §. 7. *Quis ille error hæreticus & Jo. XII. 24.* §. 8. *Apostoli cribrati.*

§. 1.

Digitized by Google

§. 1.

SI Christi, divini oratoris, mellitissimos sermones inspicimus, sæpius ex momento temporis & rei, quæ tum agebatur, via nobis sternitur ad pondera & vim vocum penetrandi. Ita omnia, seu auribus ingererentur, seu oculis essent obvia, a suavissimo Jesu in usum ac emendationem animarum convertebantur, rebusque divinis, quas sub manibus habebat, accommodabantur, ut venerari cogamur eam sapientiam, quæ vel ex tenuissimis minutissimisque rerum temporumque circumstantiis medicinam confirmationemque mortalibus ægris parare ac adferre studet. In monte providentiam firmat ex obviis floribus liliisque: contemplatus vitem in templo, vitem veram ac spiritualem monstrat, ejusque palmites: hordei instantem messem conspicatus messis spiritualis necessitatem ejusque promovendæ gratia exoptandos messores ob oculos ponit: quum in festo tabernaculorum libamen aquæ celebraretur, aquam animæ, mentisque perustæ optimam recreationem demonstrat. Exemplo hæc nobis sunto, ut quævis occasio ad salubritatem animæ nostræ a nobis adhibeatur. *Schriverii* (Gottholds) *ZUFAELLIGE GEDANCKEN* est liber optimus, attamen cogitationes illiusmodi beatius frequen-

Digitized by Google

ter penſitando ac Deum, ſummum bonum, reſpiciendo cogitantur, quam ſcribuntur. In præſens arbitror, me eandem dulciſſimi Jeſu conſuetudinem deprehendiſſe, quæ, quum mihi aliquoties inſtar roſæ ſuaviſſimum odorem præbuerit, jam cum aliis communicanda videtur, ſeu uti recolant ſenſum odoris ejusdem olim percepti, ſeu uti ab integro ſuaveolentem fragrantiam ex dictis a Jeſu, immo vel ex uno verbulo capiant.

§. 2. Repetendum eſt, ne obſcuritatis vitio accuſer, verba ſupra adlata, a Jeſu eſſe Petro ingeſta, quum cœna Paſchalis foret finita. Dies ille erat decimus quintus Niſan, ſi more Judaico a veſpera diem ordimur. Eodem die Chriſtus cruci adfixus eſt, ſed de die, eoque jam exeunte. Ineunte illo XV. die menſis Niſan Chriſtus, non proprio, ſed communi Judæorum more, agno Paſchali comedendo interfuit. Namque celebravit cœnam Paſchalem, quum ηλθε ἡ ἡμερα των ἀζυμων, εν ᾗ ἐδει θυεσθαι το πασχα *veniſſet dies azymorum, quo fas erat, mactari agnum Paſchalem* v. 7. Accedit quod hoſpes Hieroſolymitanus pro more diſcipulis conceſſerit dederitque locum adparandæ cœnæ, citra ullam contradictionem, & Jeſus, ὅτε ἐγενετο ἡ ὡρα, ἀνεπεσε *diſcubuerit, quum eſſet juſtum tempus* v. 14. nec Judæi Chriſtum ob ruptam agni Paſchalis legem accuſaverint Græci qui-

Digitized by Google

quidam (a) Abulpharagius, (b) Jo. Gerh. Voſſius (c) Hieronymus Vecchietus, Pontificius (d) aliique nonnulli non tantæ auctoritatis immerito exiſtimarunt, Chriſtum uno die anticipaſſe agni Paſchalis mactationem, quod hinc apertiſſime elucet. Sunt tamen arietes doctiſſimorum virorum recentiorum prima fronte tam validi, ut multorum ex improviſo mentes ſubigere queant, quare conſulenda ſunt illa, quæ docte & ſolide reſponſa ſunt eisdem a Joanne Friſchmutho (e) Hadr. Relando (f) aliisque.

§. 3. Adpetebat dies XVI. menſis Niſan, quum Chriſtus in cruce moreretur, & aderat, quum humo mandaretur. Sabbatum celebraverat Deus creator, ceſſans a creatione, quæ jam peracta erat. Idem facit Dei filius, finito redemtionis ac novæ creatio-

(a) THOM. SMITH *de Græca Eccleſia hodierno ſtatu* p. 103. *ed. Traj. ad Rhen* 1698. 8.

(b) In HISTORIA DYNASTIARUM p. 72. (113.) *Illud* (Paſcha) *comedit Salvator cum diſcipulis ſuis nocte feriæ ſextæ, quum illud perficere tempore ſuo non poſſet, ideo quod die Veneris crucifixus ſit.*

(c) In Tr. de *Paſſione Domin.*

(d) Janus Nicius Erythræus in *Pinacotheca* p. 196. ed. Lipſ. 1712. 8.

(e) In *Diſſ. de Quæſtione vexata, utrum agnum Paſchalem Salvator noſter eodem die cum Judæis comederit*, Jenæ 1674. Lipſ 1712. 4.

(f) In *Antiquitatibus ſacris veterum Ebræorum* P. IV c. 3. §. II. p. m. 407.

Digitized by Google

tionis opere mirabili, quod verbulo πληρωσαι Jo. XIX, 30. obsignaverat. Nocte ipsa ingruente, a qua dies XVI. initium capiebat, & qua Christus S. pulcro erat inlatus, manipulus hordeaceus metebatur, torrebatur ac cribrabatur. Totus ille ritus est maxime typicus & in Christo capto, divexato, ac Numini pro sanctificandis nobis, veluti reliquis frumenti manipulis tradito & immolato, ad vivum expressus. Ut igitur videamus, quomodo discipuli Christi, tanquam pars corporis Christi mystici, similitudine passionis Christi adfecti sint, pulcrum ac decorum erit, ad fontem & caput, Jesum, recurrere. Hic, quod satisfactionem pro nobis adtinet, solus calcavit torcular iræ divinæ; at quatenus est caput ecclesiæ, reliqua membra, id est, fideles, debent, ad ejus formam & normam, tam adflictionis quam gloriæ fieri participes, ὁτι ὁς προεγνω, και προωρισεν συμμορφους της εικονος του υἱου αυτου, *nam quos ante agnovit, Deus* (ut suos) *eos etiam antea definivit, ut essent participes formæ imaginis filii sui* Rom. VIII. 29. ut paterentur, excitarentur, resurgerent & cum Christo ad gloriam eveherentur Eph. II. 5. 6. 2. Tim. II. 10. 11. 12. Inde est, quod exemplo Christi quivis pius libentissime ea sufferre debeat, quæ cedunt ad salutem membrorum corporis Christi, ἱνα και αυτοι σωτηριας τυχωσι της εν Χριστω Ιησου, μετα δοξης αιωνιου conf. Col. I. 24.

Digitized by Google

24. Non enim ſervus eſt præſtantior domino ſuo Jo. XV. 20. Repoſuit Jeſus *theſaurum perpeſſionum* ſaluberrimarum in corpus ſuum myſticum, cujus partem ſingula ſentiunt membra, unumquodque deſtinatam proportionem, ut acera ac paleæ expurgentur ac diffugiant. At *theſaurus ſatisfactionis & indulgentiarum* a ſolo Chriſto acquiſitus eſt, & ab eo ſolo confertur. *Caput verum*, unicumque diſpenſat ac diſtribuit theſaurum perpeſſionum, ſuſtinendarum a piis: *Caput falſo ſic dictum* impiis etiam theſaurum ſatisfactionis ex Chriſto & ſanctis plena manu admetitur in gaudium carnale & ſecuritatem, quæ paleas non abigit, ſed contrahit.

§. 4. Præcedat igitur magiſter, ſummusque confeſſor & protomartyr. Sequantur diſcipuli, cruenti Jeſu confeſſores cruenti. Typi imaginem potiſſime tribuo Servatori, partem vero diſcipulis, quos Satanas, quum magiſtri fodicando calcaneo inſidiaretur, ſubruere ac tentatos ſupprimere non intermittebat. At de quo typo loquimur? Loquimur de typo demeſſi, expurgati ac oblati manipuli primitiarum hordeacearum, cujus grana toſta, commolita, cribrata, perpurgata ac debite Numini agitata & adducta reliquam meſſem ſacrabant. Moſes breviter illum ritum præſcribit Lev. XXIII. 10. ſq. cujus verba dabo ex verſione Santis Pagnini: *Quum ingreſſi fueritis terram, quam ego do vo-*

Digitized by Google

vobis, & messueritis messem ejus, tunc offeretis omer primitias messis vestræ ad sacerdotem. Qui offeret omer coram Jehova, ut sit acceptum pro vobis, in crastino sabbati offeret illud sacerdos (qui est XVI. Nisan, quia tunc offerebatur omer elevationis, & ex eo die septem hebdomades plenæ ad Pentecosten erant dinumerandæ.) *Facietisque die, quo offeretis omer, agnum perfectum anniculum, in holocaustum Jehovæ. Et minham* (fertum) *ejus, duas decimas similæ permistæ oleo, oblationem ignitam Jehovæ, in odorem quietis* (suavis fragrantiæ) *& libamen ejus vini, quartam partem Hin. Panem vero & polentam & spicam plenam non comedetis usque ad hunc ipsum diem, donec obtuleritis oblationem Dei vestri.* מחרת השבת est dies crastinus festi feriati, quo fertum offerebatur, scilicet ratione habita ad præcedentem vesperam, qua manipulus erat demessus. (g) Ille dies crastinus putatur σαββατον δευτεροπρωτον, *secundus* respectu præcedentis diei, primique in festo Paschali, *primus* ratione sequentium hebdomadum, quæ erant exinde ad Pentecosten septem, nullo die dempto. Verum σαββατον δευτεροπρωτον est mensis *secundi* ljar sabbatum *primum*, ubi triticum maturescere incipiebat, uti egregie ad

(g) Abarbanel in h. l. fol. ריג col. 1. ed. Hanov. *Indicat* מחרת השבת, ריוצה לומר ביום חשני מחג הפסח *diem secundum ex festo Paschali.* Ouskolos: מָבָּתַר יוֹמָא טָבָא *die secundo festi.*

Digitized by Google

ad liquidum deduxit D. Salomon van Til. (h) Primitiæ erant *bordeaceæ*, quia triticum tum nondum ierat in culmos, & hordeum erat præcox frumentum; triticum vero serum, quod, licet primo sereretur, ultimo metebatur. AbenEsra ad h. l. הוא ראשית קציר שעורי *Ipsæ sunt primitiæ messis hordei.* Ita non minus ceteri Judæi messem hordeaceam ad diem manipuli adligant. Prodeat in scenam Josephus, qui hoc Antiquitatum (i) Judaicarum palmarium momentum non neglexit. Τῇ δὲ δευτέρᾳ τῶν Ἀζύμων ἡμέρᾳ, ἥτις δ' ἐστὶν αὐτῇ ἡμὴ δεκάτη, τῶν καρπῶν ἀπὸ ἐθέρισαν, ἀπάρχονται πρότερον αὐτῶν, μεταλαμβάνειν. Καὶ τὸν Θεὸν ἡγούμενοι πρώτων ἀγαθῶν αἴτιον εἶναι τοῦτον, παρ' οὗ τῆς εὐπορίας ταύτης ἐτύγχανον, τὰς ἀπαρχὰς αὐτῷ τῆς κριθῆς ἐπιφέρουσι πρῶτον τοῦτον. ῥύξαντες τῶν στάχυων τὸ δράγμα καὶ πιπράσαντες καὶ κατάρας πρὸ ἀλέσεων τὰς κριθὰς ποιησάντες, τῷ βωμῷ ἀσκάρωνα προσάγουσι τῷ Θεῷ. Καὶ μικρὰν ἐξ αὐτῆς δράκα ἐπιβάλλοντες, τὸ λοιπὸν ἀφιᾶσιν εἰς χρῆσιν τοῖς ἱερεῦσι. *Secunda Azymorum die, quæ est mensis hujus Nisan decima sexta, frugibus demessis, & hactenus intactis, incipiunt frui: æquum rati, Deum hujus ubertatis autorem per gratitudinem honorari, Hordei primitias adferunt in hunc modum. Spicarum manipulum igni torrent, hordeum deinde pinsunt, atque ita in alicæ mo-*

(h) In Diss. de *Sabbati Deuteroproti vero & justo tempore* Lugd. Bat. 1708. 4.
(i) Ant. Jud. L. III. c. 10.

Digitized by Google

modum fracti aſſaronem ad aram offerunt : inde pugillo uno in eam injecto, reliquum Sacerdotum uſui cedit. Sotah: (k) -- מנחת העומר באה מן השעורין: *Oblatio manipuli ex hordeo parabatur.* Accedit quod meſſis triticea demum ad Pentecoſtale feſtum referatur Exod. XXXIV. 22. Namque Palæſtinæ natura haud multum abluſit ab habitudine Aegypti conterminæ. Sub menſem Niſan lædebatur in Aegypto hordeum a grandine, at triticum inviolatum perſiſtebat Ex. IX. 31, 32. quia nec culmi nec ariſtæ ei fuerunt. Plinius idem confirmat (l) ſcribens: *In Aegypto ſexto a ſatu menſe hordeum, frumenta ſeptimo metuntur.* Targumiſta initium ſementis faciendæ docet nos, in interpretatione Eccl. XI. 2. הַב חוּלַק טָב מִן זַרְעָא לְחַקְלָךְ בְּתִשְׁרֵי וְלָא תְחַמְנָע מִלְּמִזְרַע אַף בְּכִסְלֵיו אֲרוּם לָא תְּנַדַּע מָה יְהֵי בִּישָׁא עַלְמֵי אַרְעָא *Dato* (ſerito) *partem bonam ex ſemine agro tuo in Tiſri nec ceſſato ſeminare vel in Chasleu, nam ignoras, quid mali futurum ſit ſuper terram.* Sufficit oſtendiſſe, quod oblatio manipuli fuerit ex hordeo, & quod hordeum elapſo Tabernaculorum feſto vel circa illud, & poſtea ad menſem usque Chasleu fuerit ſatum, in menſe vero Niſan demeſſum. Manipulo addebatur agnus

(k) C. 2. *Miſchna* 1. Abarbanel in *Exordio in Leviticum* c. 2. p. 255. *apud de Veil* &c. 3. p. 303.
(l) *Hiſt. Nat.* L. XVIII. c. 7.

Digitized by Google

agnus anniculus, in sacrificium offerendus, qualis semper anno primo mactari debebat, nec legitimus erat, si vel unica hora excederet annum primum, teste Maimonide. (m) Namque optima erant Deo offerenda & in quibus naturæ vires quidem valebant, sed ad senectutem nondum inclinabant. (n) קלי est, ut porro quædam obscuriora illustremus, *farina facta ex frugibus, spicis in furno exsiccatis, & tostis ac mox molitis*, unde etiam est apud Targumistam (o) קמח קלי *farina tosta*. Raschius (p) illud ipsum comprobat, dum infit: קלי קמח עשוי מכרמל ויד שמיבשין אותו בתנור *Kali est farina facta ex spica molli, quam arefecerunt in furno*. Lutherus plerumque *Sangen*, sed non satis adæquate, quia *Sangen* notant fasciculum spicarum conlectum, non tamen simul explicant farinam inde extritam. Cetera sunt clariora, quam ut prolixius debeant discuti. Nondum tamen ad rem ipsam satis accessimus, quare lector tandem arcem mecum invadat & cardinem rei; ut, dum hucusque mecum per criticas quasdam circui-

(m) De *Oblat.* c. I. §. 13.
(n) Abarbanel in *Comment. exordio super Leviticum* c. 2. p. 242. apud Ludovicum de Compiegne de Veil post Tr. *Maimonidis de Sacrificiis Londini* 1683. 4.
(o) Ruth. II. 14.
(p) Ad Lev. XXIII. 14.

Digitized by Google

cuitiones exſpatiari non gravatus eſt, jam mecum ex Jeſu, *antitypo manipuli* (q) (*Omer*,) tranquillitatem ſentiat ſempiternam.

§. 5. Tempus, quo manipulus ex hordeo delectus eſt, incidit fere cum paſſi crucique ſuffixi Jeſu extremis cruciatibus; & dicebatur יום הנף *dies agitationis*. Succah: (r) התקין רבן יוחנן בן זכאי שיהא לולב ניטל במדינה שכעה זכר למקדש ושיהא יום הנף כולו אסור *Conſtituit doctor Talmudicus Jochanan filius Saccai, ut rami palmarum* (quales in ſcenopegiæ feſto Judæi ſolent geſtare) *levarentur in altum in urbe ſeptem diebus in memoriam ſanctuarii* (intra quod per ſeptiduum tollebant ac jactabant ejusmodi ramos) & *ut ſit dies agitationis* (s) *totus ille prohibitus* (ſublata ac prohibita agitatione manipuli per excidium templi.) Idem tempus Paſchale erat tempus, quo απαρχη, primitiæ noſtræ, Chriſtus agitationem ſubiit. *Agitatio* erat rei ſacræ elatio in altum, reductio deorſum, indeque motio, dextrorſum & ſiniſtrorſum.

(q) Conferri cum his utiq; meretur elegans & demorſos ungues ſapiens diſſ. celebratiſſimi Herbornenſium Theologi *J.* Henr. SCHRAMMII, quam de *manipulo Hordeaceo ejusque myſterio* vulgavit Francofurti propter Oderam a. 1706. T. d. H.

(r) C. III. *Miſchnah* 13. & *Roſch haſchanah* cap. IV. m. 3.

(s) Vocatur etiam ita in *Megachoth* c. X. m. 5.

Digitized by Google

sum. (t) Crucis figuram exprimebat agitatio. Primus ejus actus nude factus dicitur *adductio*, qua res sacra in altum tollebatur è regione sancti sanctorum & altaris holocaustorum ex altero latere, eum in finem, ut externo signo videretur Numini esse dicata ac consecrata, cujus שכינה providentia specialis in adyto sanctissimo præsto erat. Tempus, quo Christus resacrandis hominibus sese patri in cruce consecrabat, fulgebat efficacia ac agitatione Christi Patri suo sacrati, atque amore, qui omni intelligentia major est, & ad omnes tractus & latera penetrat qui est πλατος, και μηκος, και βαθος και ὑψος Eph. III: 18. 19. Adductio erat exaltatio in crucem, uti ipse indicat Jo. XII: 32. 33. *Et ego, si adductus fuero in altum à terra, omnes traham ad me. Hoc vero dicebat* (addit Joannes) *indicans, quali morte exstinguendus esset.* II. Manipuli Paschalis tanta est veneratio in animis priscorum Judæorum, ut diem XVI. mensis Nisan *initium anni* (u) dicant: עשור בניסן ראש השנה לעומר *Decimus sextus dies in mense Nisan est initium anni ob manipulum*, respiciendo scilicet ad initium messis & proventus. Redemtionis complementum est adeo memorabile, ut novum annum novamque temporis periodum inchoaverit. De priori Mosaico corpore ejusque valore

(t) Abarbanel in *Pentat. f.* רכט col. 1. ed. Ham.
(u) *Gemara Rosch haschanah*, 7. 2.

Digitized by Google

& fine perhibet Christus: πτυλεσαι finitum est. Velum utrumque in templo scissum, & lux potioris lychni in candelabro aureo, tunc violenter exstincta, (x) fœderis antiqui veterisque anni finem novamque fœderis periodum adesse, liquido ostendebant. Lucerna, medio stipiti infixa, præcipue Christum, lucem mundi, adumbraverat, ꝛc) nam sex reliquæ ellychnia sua obvertebant mediæ,

(x) Velum utrumque; ad minimum anterius scissum est, Christo in crucem acto, & jamjam mortuo Matth. XXVII. 46. 50. 51. Tum σεισμος, maximus motus ventusque ortus est, qui terram quassavit, petrasque in vicinia rupit, ipsumque velum discidit. Signum iræ divinæ 1. Reg. XIX. 11. *Fores delubri repente expassæ & audita major humana vox, excedere deos* (אלהים tres personas, quæ hucusque ibi habuerant שכינה) *simul ingens motus excedentium*, Josepho & Tacito memorantur. Fores illæ sunt velæ interioris templi. Tac. L. V. Hist. p. 575. *Templum, intimis clausum ad FORES tantum Judæo aditus: limine, præter sacerdotes, arcebantur.* Circiter XL. annis ante excidium fores discissæ, i. e. Christo moriente. Lampas occidentalis tum vento vehementi patuit, & synagogæ jura tum interiere per πτυλεσαι, quorum firmitatem lux immotæ istius lampadis indicaverat. Sol, lampas melior, tum citra eclipsin obscuratus, & dies exstinctus. Quid igitur probabilius, quam solem, inter sex planetas interdiu obscuros lucentem, in adyto fuisse exstinctum? Circa dimidium decimæ horæ sacerdos eum rursus accendit, pro more תמיד c. III 9.

Digitized by Google

die, ex ſtipite prodeunti Exod. XXV: 37. 8) ſex reliquæ prodibant ex media v. 32. ita veri doctores, *lumina mundi* Matth. V: 14. Jo. V: 35., à Jeſu prodeunt, juſſi ac miſſi Jo. I: 33. Matth. XXVIII: 19. 20. ſuamque doctrinam unice ad Chriſtum referunt ac dirigunt Act. VIII: 37. IX: 22. X: 43. XIII: 39. Gal. VI: 14. Ebr. XII: 2. 9) Lampas porro media ſuum ellychnium obvertebat occidenti, ſeu ſancto ſanctorum, quum reliquæ inter aquilonem & auſtrum verſus latitudinem eſſent collocatæ. Maimonides de *domo electa* c. III. §. 8) Lucerna media perpetuo lucebat, licet interdum aliquæ ex reliquis ex improviſo, etiam non deficiente oleo, exſtinguerentur. Kimchi ad 1. Sam. III: 3. תנרו היו דולקי מערב עד בקר אעפ שפעמים היו כבות מקצתן בלילה ושמן היו נותנין בהן במדה שהיו דולקי מערב עד בקר ובריב פעמים היו דולקין עד הבקר ונר מערבי בכל זמן היו מוצאי אותו דולק *Lucernæ ardent a veſpera usque ad tempus matutinum, licet ſæpius fuerint exſtinctæ ex parte de nocte, ubi oleum indidiſſent illis ſecundum menſuram, ut arderent a veſpera ad mane. Et plurimis vicibus arſerunt* (a veſpera) *ad mane. Verum lucernam occidentalem ſemper deprehendebant ardentem.* Baal Hatturim ad Exod. XXVII: 20. ודות ויו מכבין

Digitized by Google

מכבין אותם אבל נר מערבי דולק לעולם:
Lucernæ sex exstinguuntur, sed lucerna occidentalis ardet in æternum. Christus totus ad voluntatem patris sanctissimi respiciebat, & adyta cœlorum nobis recludenda. Ipse est lux æterna, exstingui unquam nescia. Agnus est lucerna templi æterni Ap. XXI: 23. ε) Lucerna perennis tenebras sancti dispellebat: Christus tenebras V. T. & ignorantiæ ethnicæ dissipavit. ζ) Lucerna perennis lucebat ad SSrum: Christus nobis prælucet viam in cœlum. η) Lucerna media dicebatur præfigurare nomen Dei essentiale ,, ipsamque denotare gloriæ divinæ inhabitationem in templo (y) (שכינה) quæ licet ad res deperditas sub templo altero annumeraretur, aliqua tamen ratione ibi adfuit. (z) Christus, lux mundi, est *Jehovah*, de quo agit Jer. XXIII: 6. testante R. Saadia Haggaon (a) & שכינה majestatis divinæ fulgor Ebr. II: 3. Ipse Christus est in medio duorum vel trium in timore Dei congregatorum Matth. XVIII: 20. ideo ipse est שכינה proprio testimonio. Namque pervulgata erat inter Judæos sententia: שנים שיושבין ויש ביניה דברי תורה שכינה שרויה ביניהם *Ubi duo vel tres sedent, & de rebus legis* (sacris) *con-*

(y) Eliesor Germanus *in Legem* fol. 156. Abraham Aria in *Sebilte gibborim* fol. 101.
(z) Buxtorf. in *Lexico Talmudico* p. 2398.
(a) *Ad Dan.* VII. 13.

Digitized by Google

conloquuntur, ibi Schechinah HABITAT inter illos. (b) Ἰδὲ ἡ ΣΚΗΝΗ τȣ θεȣ μετα των ανθρωπων Ap. XXI: 3. Hæc est δοξα μονογενȣς παρα πατρȣ, λογȣ ὡς ΕΣΚΗΝΩΣΕΝ εν ἡμιν Jo. I: 14. 3) Candelabrum loco non erat movendum, sed sacerdoti erat ad illud adscendendum tribus gradibus, (c) ne lampas occidentalis, versus Sanctum Sanctorum prospectans, locum mutaret & hinc cultus Leviticus mutaretur. (d) Caute lux Evangelii est adhibenda nec in abusum convertenda, ne doctrina Christi aliorsum transferatur. Nota bene, quid Christus dicat Ap. II: 5. Ἐρχομαι σοι ταχυ και κινησω την λυχνιαν σȣ εκ τȣ τοπȣ αὐτης, ἐαν μη μετανοησης. *Venio tibi cito & movebo candelabrum tuum e loco suo, nisi emendaveris animum.* ι) Lucerna denique media illa & occidentalis erat prima & ultima, quia ac illa incensionem lucernarum incipiebat & in eandem desinebat: (e) Christus est primus & ultimus i. e. Deus, Ap. I: 8. fidei caput & finis nostræ Ebr. XII: 2. κ) Reliquæ autem lucernæ a media incendebantur, media signabatur litera. ℵ (f) Omnis nostra cognitio desumpta est ex abundantia Christi Jo.

(b) פרקי אבות c. III. m. 2.
(c) תמיד c. III. m. 9
(d) Maimonid. in *Librum Miscbn. de jugi sacrificio* cap. 6.
(e) Maimonid. de *Pontifice* S. c. III. §. 16. Tamid. c. III. m. 1.
(f) Maimon. in *L. Miscbn.* תמיד c. VI. §. 1.

Digitized by Google

1:16. 2. Cor. III: 18. Col. II: 9. ex lumine ejus videmus lumen, & illuminatio ac accensio fidei noſtræ tota eſt ex illo. Ipſe eſt Alpha, principium & dux. λ) Lucerna illa erat ex toto ac puro auro. Chriſtus eſt pretioſiſſimus: λυτρον ejus pro mundi redemptione eſt longe maximum: Ipſe eſt viaticum & commeatus noſter. Ceſſavit igitur, Deo curante, typus, ut veneraremur unicum antitypum.

§. 6. Pergendum ac redeundum eſt tandem ad manipulum. III. Ille conſecrabat reliquos fructus & permittebat novum proventum (g) in urbe. Chriſtus conſecravit ſua oblatione mundum Eph. V: 25. 26. & permittit iis uti, quibus lex Judaica interdicebat Rom. XIV: 17. IV. Manipulus hordeaceus ex ſola terra ſancta, non ex Syria, multo minus e terris gentium, erat petenda. Miſchnah: (h) כל קרבנות חצבור והיחיד באים מן הארץ ומחוצה לארץ מן החדש ומן הישן חוץ מן העומר ושתי הלחם *Omnes oblationes ſive publicæ ſive privatæ peti poſſunt ex hac terra* (Iſraelis) *& ex terris extra Iſraëlitidem ſitis, tam ex novo quam ex veteri, excepto manipulo & duobus panibus* (Pentecoſtalibus.) Chriſtus ex Judæa ortus eſt, & extra fines ejus non venit. V. Manipulus Paſchalis erat ראשית

(g) *Menachoth* c. X. m. 6.
(h) מנחות c. VIII. m. 1.

Digitized by Google

ראשית קציר primum & optimum messis Lev. XXIII: 11. Mischnah: (i) חמשה דברים חייבין בחלה החטים והשעורים והכוסמים ושבולת שועל ושיפון הרי אלו חייבין בחלה ומצטרפין זה עם זה ואסורין בחדש מלפני הפסח ומלקצור מלפני העומר ואם השרישו קודם לעומר מתירין ואם לאו אסורין עד שיבא העומר הבא *Quinque res debent componere placentam, triticum, hordeum, spelta, avena & secalis: Ecce hæc concurrere debent ad placentam & conjungi unum cum altero, verum sunt interdicta in mense ante Pascha, & quidem, quod demessionem attinet, ante manipulum* (oblatum.) *Si tamen eradicaverint* (evulserint) *ante manipulum, manipulus ea reddit licita; at si non sint evulsa, illegitima sunt, usque dum venerit manipulus futurus* (in templum ad oblationem.) Christus est ἀκακος, peccati expers; ipse Deus, πρωτοτοκος πασης κτισεως Col. I: 15. (ratione dignitatis & prærogativæ,) ἀρχη V. 18. εν πασιν αυτος πρωτευων *in omnibus principatum tenens* (l. c.,) nosque æque homines suæque naturæ participes, consecrat v. 22. VI. Attendamus potissimum, quæso, ad ritum petendi ac demetendi manipuli. Mischnah: (k) כיצד היו עושין שלוחי בית דין יוצאים מעריב יום טוב ועושים אותו כריפות במחובר לקרקע כדי שיהא נוח לקצור ושל העיירות

(i) חלה c. I. m. 1. מנחות c. X. m. 7. conf. פסחים c. III. §. 5.
(k) מנחות c. X. m. 3.

Digitized by Google

תעירות חסמוכות לשם מתכנסות לשם כדי שיהא נקצר בעפק גדול כיון שמחשכה אומר להם בא השמש אומרים הין בא השמש אומרים הין גגל זו אומרים הין מגל זו אומרים הין קופת זו אומרים הן קופה זו אומרים הין בשבת אומר להם שבת זו אומרים הין שבת זו אומרים הן אקצור והם אומרים לו קצור שלושה פעמים על כל דבר והם אומרים לו הין הין כל כך למה מפנו הביתוסי שהיו אומרים אין קצירת העומר במוצאי יום טוב (1) כצריהו ונתנוהו בקופות הביאוהו לעזרה היו מהבהבין אותו באור כדי לקיים בו מצות קלי דברי רבי מאיר וחכמים אומרים בקנום ובקליחות הטבטים אותו כדישלא יחמיץ נתנוהו לאבוב ואבוב היה מנוקב כדי שיהא האור שולט בכולו שמחוהו בעזרה והדוש מנשבת בו נתנוהו ברחים של גרוסות והוציאו ממנו עשרון שהוא ונאכל לכל אדם וחייב בחלה ופטור מן המעשרחכ רבי עקיבא מחייב בחלה ג"כ נפה והשאר נפדה ובמעשרות בא לו לעשרון ונתן שמנו ולבונתו יצק ובלל הניף והגיש קמץ והקטיר והשאר נאכל להכהנים *Quomodo faciunt? Delegati a synedrio magno exeunt* א) *VESPERE DIEI festi Paschalis*, ב) *FACIUNT SIBI LIGAMINA ex eo quod conjunctum est solo, ut fit quies messioni*, ג *omnes civitates finitimæ*

(1) מ. 4.

Digitized by Google

time propter eas, qui coibant, eum in finem ut messio institueretur diligentia magna (quia instituebatur cum rixa magna cum Sadducæis, qui XIX. demum die Nisan metebant.) *NOCTE IPSA INGRUENTE, aliquis ex iis rogabat: occiditne sol? cui alii respondebant. Ita est. Repetebat: occiditne sol? respondebant: Ita est* (Et ita tertia etiam vice.) *Dein: an hac falce? respondebant: Omnino* (ter similiter.) *Pergebant: An hoc corbe? Respondebant: utique* (Etiam ter.) *Pergebant: an etiam in sabbato? ז) respondebant: Ita est.* (Ter) *Dein: METAMNE? Respondebant: Mete*, (Ter) *tribus vicibus ad singulas interrogationes, & ipsi respondebant: Ita est. Ita est. Ita est. Omnia hoc modo. Quare? Propter Baithosæos, qui dicebant: Non est legitima messio manipuli in fine diei festi. ק) DEMETUNT illum & inserunt illum corbibus, ADDUCUNT ר) illum IN ATRIUM* (sacerdotale) *exponuntque illum luci ad stabiliendum eo ipso præceptum de spicea farina. Verba R. Meir & sapientum. Hi dicunt: In ק) CONCEPTACULIS & LEBETIBUS EXCUTIUNT illum. Ne comprimat* (sich brenne) *se, induunt illum vasi undique perforato, אבוב dicto, ut vento totus sit pervius, & expandunt illum in atrio, & ventus eum perflet. Porro eum INSERUNT MOLAE ש) eorum qui fabas molunt & extrahunt inde decimam partem Ephæ ת) quæ CRIBRATA erit א) XIII. VICIBUS sed reliquum redimitur & EDITUR A QUOVIS HOMINE,*

Digitized by Google

κ) & *ille obstrictus est ad placentam, sed liberatus a decimis. Rabbi Akiba devincit eum ad placentam & decimas* (reddendas inde sacerdotibus) *Accedit decimæ parti Ephæ OLEUM suum ac THUS suum* λ) *cui admiscetur, AGITATUR ac ADDUCITUR pugillus & COMBURITUR* (in altari.) *Reliquum comedunt sacerdotes.* Addi potest, immo debet, quod manipulus meti & adduci deberet *ex vicinia* מן הקרוב (m) ideoque ex templo descendere solerent delegati, ac, torrente Kedron trajecto, in proximo agro messem sacram facerent. Tandem etiam illud attentione nostra haud indignum est, quod pars agri aere publico emenda esset, לוקחין בתרומה (n) - - - - העומר. *Sumunt ex Trumah publica manipulum* i. e. numos pro manipulo emendo. Jam demum pergimus ad antitypum, Christum captum, passum & resurgentem, in quo potiora momenta ad liquidum repræsentata animadvertimus, α) Synedrium, Principes sacerdotum, & Karaei delegabant Judæum Judam Luc. XXII: 2. 4. & deinde cum eo ministros suos publicos Matth. XXVI: 47. β) instructos ferris, hastis ac funalibus, vinculisque l. c. Luc. XXII: 50. γ) nocte ingruente. immo intempesta ac obducta Matth. XXVI: 31. Tria signa & quasi interrogationes comprehensionem præcede-

(m) *Mevachoth* X. m. 2.

(n) שקלים c. IV. m. 1.

Digitized by Google

debant, Judæ oſculum ſalutationi junctum, acceſſus & receſſus ad παρρησιαν Chriſti, & ultima Chriſti verba, poſt comprehenſio ipſa Jo. XVIII: 4. 6. 7. 8. δ) Tollebatur Chriſtus a turba inimica de loco ſuo & deducebatur in urbem v. 12. 13. ε) & quidem ad Hannam v. 13. ε) in atrium ſummi ſacerdotis v. 15. ζ) Inde contumeliarum cumulus in innoxium Jeſum. Excuſſerunt & percuſſerunt eum, quaſi tormenta & ignes debuiſſent Judæi canes & carnifices in eum expromere

(o) *Et ſævis gens læta ruunt, tormentaque portant.*
Non ignes, caudensque chalybs, non verbera paſſim
Idibus innumeris lacerum ſcindentia corpus,
Carnifices que manus, penitusve infuſa medullis
Peſtis & in medio lucentes vulnere flammæ
Ceſſavere: ferum viſu dictuque: per artus
Sevitiæ, extenti quantum tormenta jubebant
Creverunt artus, atque omni ſanguine rupto
Oſſa liquefactis fumarunt fervida membris.
Mens intacta manet, ſuperat ridetque dolores.

Alapa in vultum dirigebatur ad majorem ignominiam. Nam qui homini, qualis Chriſtus erat, colaphum infringebat ſive qui pugno eum percutiebat in cervicem, pœnæ loco ſolvebat ſiclum unum, qui autem pugno per-

(o) *Silius Italicus* L. I. v. 170. ſq.

Digitized by Google

percutiebat faciem ejus, solvebat XIII. siclos. *Mischnaioth*: (p) *Percutiens socium suum, dat ipsi siclum.* התוקע לחברו נותן לו סלע Quodsi quis honore efflageret, ei pro inflicta alapa solvebantur quinquaginta sicli. (q) Qui alterum conspuebat & vestes ipsi detrahebat, reus erat 400. drachmarum. רקק והגיע בו ורוקו העביר סליתו ממנו . . . נותן ארבע מאות זוז *Qui alterum conspuit, & adtingit ipsum sputo suo, & qui detrahit vestem ejus ab eo, solvit 400. drachmas.* (r) Taceo pœnas in patricidam, inque eum, qui patrem verberassset, gravissimas. Taceo ignominiam fustium, baculorum & lororum in insontem. Quantas igitur pœnas Judæi non luunt merito suo, qui patrem suum æternum, (אבי עולם) magistrum, prophetam & innoxium agnum percusserunt ignominiosissime! En antitypum excussionis & percussionis. (s) Pergebant Christum veluti commolere, falsis testimoniis, baculis omnique perpessione iniqua, coarctare. Judæi alioqui testari non debuerunt ea in re, unde utilitatem caperent. (s) At ex Christo interfecto utilitatem, incolumtatem redituum & discipulorum Christi defectionem sperabant Pharisæi. Qui in criminalibus testaturus erat, debebat rem

(p) בבא קמא c. VIII. §. 6.
(q) Maimonides de *Lasione proximi* c. 2.
(r) *Baba kama* l. c.
(s) Maimon. de *Testibus* c. 5.

Digitized by Google

rem vidisse, non audivisse saltem. (t) Testes falsi heic contra Jesum audita testantur, immo mentiuntur, non visa. Denique duo testes simul testari non poterant, sed quisque seorsim testari debebat. (u) At contra Jesum duo simul testabantur. Tanti erat, quem semel odio habebant, odiosum & excarnificandum dare, ne gloria & lucrum, pertenues crustæ fragilitates, ad spatium brevissimum ruerent. Ita hodie multi multos permolunt, quos, quia tollere avent, probris fictis ac speciem pietatis ementitis infestant ex quacunque occasione. ϑ) Crebertime & citissime Christum agitabant ac veluti cribrabant, quasi ipse, non illi ipsi paleis fuisset infectus. At inscientes Deo parabant frumentum purissimum. ι) A Hanna ad Caipham, inde ad Pilatum, ad Herodem, rursusque ad Pilatum, iterum ad præsides Judæorum, tandemque ad Pilatum ducebant ac reducebant Christum, ut satis cribrarent. κ) Quæ Christo detrahebantur, tandem etiam tunica, adripiebantur *a quovis homine*; Judæis & ethnicis, utpote in quem omnes sæviebant instar leonum & canum devorandi rabie grassantium. λ) Oleum Sp. S. aderat Jesu, qui in ipsis vinculis de judicio futuro vaticinabatur: Præsto ei erant thura precum, pro imprudenden-

(t) l. c. c. 9.
(u) l. c. c. 17.

Digitized by Google

dentibus & inſcienter peccantibus. *Agitatio* erat evectio in crucem ibique *adducebatur* patri ut hoſtia puriſſima. Ita Chriſtus παρεδωκεν ὑπερ ἡμων προσφορὰν τῳ Θεῳ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας Eph. II: 2. Adde quod delegati torrentem Kedron, ut eum adducerent, tranſirent, Judæque pro eo ſolverent XXX. ſiclos, pretium ſervi.

§. 7. Hæ erant illæ primitiæ, nos conſecraturæ. Niſi illud granum frumenti cadens in terram mortuum eſſet, non tuliſſet fructum multum, ut Soſpitator Optimus, reſpiciens ad manipulum hordeaceum, prædixerat Jo. XII: 24. Σιτος enim non præciſe eſt triticum, ſed quodvis frumentum, (x) pro momentis rerum circumſtantium determinandum. Non equidem infitior, ſimul reſpici ad duos triticeos panes, primitias Pentecoſtales, ſed non ſolum nec determinate. Ignatii locus de ſeſe, tanquam frumento, dentibus beſtiarum commolendo, hinc etiam lucem feneratur. (y)

§. 8. Hinc intelligimus, quomodo ad exemplum perpeſſionum Chriſti Apoſtoli eſſent

(x) Syrus quidem ܚܛܐ habet, quod hordeo opponitur 1. Cor. XV, 37. licet hordeum abſit a Græco; at vero alibi ea vox quodvis frumentum notat e. g. Matth. XIII, 25. 26. 29. ut σιτος. Suicerus in *Theſauro* T. II. p. 963.

(y) In *Ep. ad Romanos* c. IV. v. 4.

Digitized by Google

essent cribrandi & infestationibus noxiis expurgandi. Instabat publica cribratio farinæ ex manipulo, quum Christus suos admoneret de cribratione Satanæ. Sed cribratio erat perpurgationis adminiculum. Ita tentatione (z) & periclitatione mundabantur Apostoli, præcipue Petrus, (a) in posterum cautior reddendus. Cribratio est concussio. Ita discipuli terrore ac metu concutiebantur, &, nisi fugissent, fustibus & vinculis. Cribratio est dispersio ac segregatio unius ab altero: Discipuli separabantur a Jesu, ceteri a Petro, Petrus & reliqui a Juda purgamento. Si opus foret, similitudo posset institui inter cribrationem Christi & Apostolorum. Sed hæc sufficiant. Meditentur alii cumulatiora in hanc rem. Meditatus sum mea, hucusque adlata, die Lunæ post Quinquagesimam, orbe partim in Bacchanalibus hærente Christiano. Quodsi Satanas etiam nos

(z) Conf. Suicerus in *Thesauro* T. II. p. 961. 962.

(a) Gravissimum sane erat peccatum Petri, in cribratione languescentis, namque α) Christi sese discipulum esse negat. ἀπ' ἀρχῆς hic practice intelligendum de *agnitione* & *adfectatione*, ut Matth. VII, 23. XXV, 12. Jo. I, 33. Act. XXIII, 5. conf. *Lightfoot in Horis* p. 728. ad Jo. & ad Acta p. 120. 121. Flacii *Clavis Scripturæ* p. m. 749. 750. Quintilianus in *Dialogo de Oratoribus* p. 690. *Ed. Lipsianæ pone Tacitum*: *Mediocres poetas nemo novit, bonos pauci*: Nullum in eo periculum, Jesum noviſſe

Digitized by Google

nos cribrare tentaverit, tu, o Jesu, qui plusquam ter decies cribratus es, nobis opitulare, quæso, ut fratres nostros possimus confirmare!

IV.

κατα σπερκα vel vidisse. At horror similis pœnæ ceteros discipulos ad fugam, Petrum ad abnegationem doctrinæ Jesu externam adigebat. β) συν μετα τινος conjunctionem, convivandi ac convivendi commercium indicat. Verum Petri fides non defecit penitus, metu ac horrore ad exiguum tempus suppressa, ut in Hieronymo Pragensi, & aliis; ideoque, juvante Christi precatione ac cœlesti gratia, lacrymis eam postea largissimis expressit & professus est. Non tamen sunt hæc ad securitatis exemplum trahenda, quibus Christus in flore & regni amplitudine adparet, non in pannis & sputo, atque universali contemtu. Christianorum nomen in Europa est honorificum, tum contumeliosum. Si columnæ tremuerunt, quid de nobis factum fuisset? Practice nosce Christum ac vivide, ita enim ille εγνω τους οντας αυτου 2. Tim. II, 19. ne audias illud: ουκ οιδα υμας Matth. XXV, 12.

Digitized by Google

IV.

Justi Martini GLAESENERI,

Conjecturæ

De

Origine vocis MUSULMANNI.

§. 1.

MOhammedani, ab insigni Arabum impostore Mohammede sic appellati, variis sunt insigniti nominibus. Communiter *Turcæ* vel *Turci* vocantur, quorum nomen & origo incerta; Ex Scythis vero oriundos se & ipsi & alii plerumque volunt. Multorum hac super re sententias diligenter collegit Joh. Cuspinianus *De Turcorum Origine*: *Saracenos* etiam appellari omnes sciunt, sed non ita, unde istud nominis. Nomen hoc viros eruditos in varias distraxit opiniones, dedit nobis istas Joh. HOORNBEEK in summa Controv. Lib. III. p. 83. sq. BOCHARTUS Phaleg Lib. IV. c. II. p. 213. Joh. H. HOTTINGER Thes. Philol. L. I. c. I. Sect.

Digitized by Google

IX. p. 62. ſqq. Hiſt. Orient. L. I. c. I. p. 2 ſqq. ex quibus præcipua, quæ magnos habuit fautores, SCALIGERUM Lib. II. De Emend. Temp. BUXTORF. Lex. Talm. p. 1558. v. פרק *Schindlerum* Lex. *Fullerum* Miſcell. L. II. c. XII. *Bochartum* l. c. *Höttingerum* Theſ. Philol. l. c. Hiſt. Orient. L. I. c. I. p. 7. &c. qui vocem *Saraceni* ab arab. سرق *latrocinando*, *furando* hujus gentis vitæ genere deducunt. POCOCKIUS vero in Notis ad Specim. Hiſt. Arab. aliam ingreſſus viam, illosque ab arab. شرقيين i. e. *Orientales* ſic dictos exiſtimat, quam ſententiam Vir Cl. Joh. Gottfr. LAKEMACHER in Coroll. ad Diſſ. *De ALKENDI Arabum Philoſopho* annexis nuper amplexus eſt. (a) Ratio vero inſtituti non permittit originem hujus vocis ac horum populorum diſquirere, quod abunde

(a) Omnes fere de origine hujus vocis doctorum Virorum ſententias adducit, ſolerterque excutit Georg. Jac. KEHR, Siluſia Francus, in diſſertatione Lipſiæ a. 1723. habita de *Saracenis*, *Hagarenis & Maur.* Eſt ea tam erudite conſcripta, ut ſalivam nobis moverit, ſpemque excitarit, fore, ut olim ei Orientales literæ, ad quarum culturam bonarum literarum ſtudioſos inflammare ſatis non poſſumus, plurimum ſint debiturae. Arridet docto huic juveni prae aliis ſententia Stephani, qui à Saraca, urbe *Arabiae* Saracenos dictos credidit. Verba poligraphi haec ſunt. Σαρακα, χωρα Αραβιας, μετα τας Ναβαταιους. Οι οικουντες Σαρακηνοι. T. d. H.

Digitized by Google

unde a Bocharto, Hottingero ll. cc. aliisque est factum. Nomine MUSULMANNORUM etiam hæc gens nobis venit, unde vero nomen hoc acceperit, dispiciendum. De ceteris nominibus ut *Israelitarum*, *Agarenorum* &c. utpote in vulgari sermone non satis obviis consulendi Höttingerus ll. cc. Hoornbeek. l. c. aliisque.

§. 2. Musulmanni hodie vocantur Mohammedis asseclæ, quique religionem Mohammedanam profitentur & μωσελμανιζειν Joh. Meursio in Gloss. græco-barbaro idem denotat; An vero origo vocis ab arab. مسلمين *Moslemin* sit petenda, non satis liquet. SCHINDLERUS in Lex. a verbo שלם s. מלם *pacificus fuit*, *pacem habuit* derivat, unde nomen מלאם pax מלם salvus s. salvatus a periculo indeque מסלמאן Musulman, hoc est, salvatus per professionem fidei Mohammedicæ. Rationem reddit sequentem in modum: Mohammedes suum dogma propagabat gladio. Jubebat enim interfici omnes nolentes amplecti hoc ejus symbolum: *Non est Deus, nisi Deus & Mohammedes Apostolus ejus.* Quicunque igitur amplectebatur, dicebatur, מסלמאן salvatus, liberatus a gladio & mortis periculo. Msr. *Chastelain* in Dict. Etymol. turcicam vocem esse contendit; *C'est un mot Turc*, inquit, *qui signifie un homme, qui croit ce qu'il faut croire*, satis obscure, nec, quid sibi velit satis asse-

Digitized by Google

quor. *Plerique* ipſique Mohammedani a rad. سلم cujus Conj. IV. اسلم eſt, *credidit* in Part. مسلمون *Moslemûn* ſ. *Moslemin recte credentes orthodoxi* hinc Moslemi & corruptè Monſulmanis. Muſulm. derivant vid. *Leunclav.* in Onomaſtico. Jo. Chriſt. WICHMANNSHAUSEN Diſſ. De Alcorano §. II. HOTTINGER H. O. L. I. c. I. p. 3. MARRACCIUS ad Sur. II. 105. indeque vox اسلام Eslam (qua religionem Mohammedanam inſigniunt, ut in fronte Alcorani & Sur. III. 17. 78. Ed. Hinckel. Adriano *Relando* de Relig. Mohammed. p. 4. Ed. Hannov. D'HERBELOT Biblioth. Orient. v. *Moslem* M. Matth. Georg. *Schröder* in Tr. *Muhammed. Teſtis veritatis contra ſe ipſum* Præf. §. II. p. 2. legere licet) ſ. *religio vera* formatur. Dubitarunt vero Caſpar BARTHIUS in Adverſar. L. IV. c. XIII. p. 2549. & Carol du FRESNE in Gloſſ. Med. & Inf. Latin. v. *Muſulmanni*, an non potius a Miſulamiis Afris nomen & denominatio venerit, quodque non prorſus abſonum, in ſequentibus videbimus.

§. 3. Non negamus quidem Mohammedanos ſe ipſos appellare مسلمين *Moslemos recte & vere credentes*; Imo Mohammedes ſe ipſum nominat *primum* Moslemorum Sur. VI. 163. XXXIX. 14. (quod Adrian. Relandus, de Relig. Mohammed. Sect. I. c. IV. p. 19. *primarium* ſ. *præcipuum* Moslemorum explicat;

Digitized by Google

plicat, quia Mohammedes Patriarchas, Prophetas & præcipue Abrahamum Sur. III. 60. XXII. 77. & Marraccii Prodrom. P. IV. p. 87. imo & Apostolos Sur. III. 45. ed. Hinckel. qui diu ante Mohammedem vixerunt, Moslemos nominaverat, quam tamen conciliationem M. Matth. Georg. SCHROEDER l. c. c. II. §. XV. p. 26. non admittit) an vero nomen Musulmannorum inde acceperint, merito dubitamus. Moslem & Musulmannus differunt &, denominatio ista a convenientia quarundam literarum orta. Nomen Musulmannorum tempore Chaliphatus Osmanni s. Othmanni ortum, victis ac debellatis Misulamiis Numidiæ propriæ populis, cum quibus Mohammedani se conjunxerunt & nomen horum populorum parva verbi immutatione facta ob suavem significatum assumserunt.

§. 4. *Misulamii* autem Plinio H. N. L. V, c. IV. *Misulani* Ptolomæo Geograph. L. IV. c. III. *Misulami* Tacito L. II. Annal. cap. LII, *Musulani* Floro L. IV. c. XII. Tacito L. IV, Annal. c. XXIV. *Musulami* Aurelio Victori in Claudio c. IV. *Musulamii* Paulo Orosio L. VI. c. XXI. *Musolani*, erant Numidiæ propriæ s. Massylorum, quæ & Nova dicitur, populi, de qua conf. Cellarius Geograph. Antiq. P. III. L. IV. c. V. p. 167. sqq. Ptolomæus l. c. in confinio Mauritaniæ Cæsariensis ad Ampsagam fluvium sub Audo

Digitized by Google

monte, a Ptolomæo l. c. collocati versus Africæ propriæ solitudines, in occasum autem magis quam versus austrum locandi, quia accolas habebant Mauros teste Tacito L. II. Annal. c. LII. Ptolomæi mons Audus fortasse idem qui Procopio L. VI. cap. VII. περὶ κτισμάτων p. 116. Ed. Reg. Mons Aurasius quem L. I. Vandal. c. VIII. p. 196. πεφυκὸς πρὸς μεσημβρίαν in meridiem vergere dicit ut Cellarius l. c. p. 187. adnotavit. conf. Joh. Stadius ad Flori. l. c. Hi populi erant late vagantes, vagabundis pabulationibus diditi & Nomades dicti teste Solino c. XXIX. pag. 320. Plinio L. V. c. III. venandi peritia excellentes ob ferarum multitudinem qua regio ista abundabat inde a vagando Numidia dicta ut Strabo L. II. p. 194. XVII. pag. 1190. VII. p. 460. Ed. Amstel. ζῶντες ἀπὸ θρεμμάτων, καὶ γαλακτοφαγοῦντες, καὶ τυρῷ καὶ μάλιστα ἵπποις ἐπὶ pecore, lacteque & caseo maximeque equino victitantes. De Numidis in genere testatur Strabo L. VII. p. 478. bello magis quam latrociniis fuisse deditos. Οἱ Νομάδες πολεμικοὶ (ſ. πολεμικοὶ) μᾶλλον εἰσὶν ἢ ληστρικοὶ. πολεμοῦσι δὲ ὑπὲρ τῶν φόρων, ἐπιτρέψαντες γὰρ ἔχειν τὴν γῆν τοῖς ἐθέλουσι γεωργεῖν, αὐτοὶ τοὺτους ἀγαπῶσι φόρους λαμβάνοντες τοὺς συντεταγμένους, μετρίους πως καὶ εἰς περιουσίαν οὐκ εἰς τὰ ἐφήμερα καὶ τὰ ἀναγκαῖα τοῦ βίου μὴ λίαν τῶν δὲ αὐτοῖς πολεμούντων - - καὶ ἀπευθυκτοῦσι δὲ δυνάμει πεποιθότες, ὡς τὰ ἢ ἀμυνασθαι ῥᾳδίως ἐπόντας ἢ κωλύσαι τὴν ἐφοδον. *Nomades bello*

Digitized by Google

bello magis quam latrociniis sunt dediti, bella gerunt propter tributa, agros enim suos colendos, iis, quibus lubet, concedunt, contenti pro locatione certo stipendio, eoque non ad abundantiam, sed ad necessarios quotidianæ vitæ usus temperato: & non persolventibus bellum inferunt -- Quod autem stipendia non solvunt alteri, faciunt, viribus suis confisi, quia aut propulsare adventantes aut etiam aditu arcere se posse sentiunt. Quod Strabo in genere de Numidis, illud in specie de Musulamiis videbimus qui etiam magna gessere cum exteris bella. Paulus Orosius L. V. c. XXI. *Tunc etiam*, inquit, *in Africa Musolamos & Getulos latius vagantes Cossius Dux Cæsaris arctatis finibus coercuit, atque romanis limitibus abstinere metu compulit.* Aurelius Victor in Claudio c. IV. *Retenti*, inquit, *fines s. dati imperio romano Mesopotamia pro Oriente, Rhenus Danubiusque ad Septentrionem; Et a meridie Mauri accessere provinciis demtis regibus post Jubam, cæsaque Musulamiorum manus &c.* Tacitus L. II. Annal. c. L. II. *Musulanorum valida gens & solitudinibus Africæ propinqua*; Et L. IV. Annal. c. XXV. sq. testatur a P. Dolabella cæso Tacfarinate Musulanorum duce, hanc gentem fuisse devictam. Cumque igitur Mahammedis successores doctrinam ipsius propagarent reliquasque Orientis provincias sub potestatem redigerent, regnum hocce ita dilatarunt ut sub Chalipha. III. Osmanno s. Othmanno Cyprum, Rhodum, Afri-

Digitized by Google

eam invaderent & Misulamios, qui erant Africæ populi debellarent ut Cedrenus pag. 431. *Theophanes* Chronograph. p. 285. ed. Reg. Herbelot. Biblioth. Orient. v. *Othman* Abul-Pharajus Hist. Dynast. p. 116. Quemadmodum Mohammedani conjunctis Saracenis & Turcis Saraceni & Turcæ s. Turci dicti; sic debellatis & conjunctis Misulnamiis Mohammedis assectæ Musulmanni dicti.

§. 5. Amant autem nomen Musulmannorum, non, quatenus a Misulamiis Afris deductum, sed quia suavem habet significatum. Eligunt Imperatores præsertim Muslimici ea nomina quæ meram spirant devotionem & studium pietatis præ se ferunt ut Hötting. H. O. L. II. c. V. p. 276. sqq. pluribus probat exemplis. Sic Omar Chalipha II. Muhammedis אמרא לטו אסנין Imperator fidelium nuncupari voluit, Abul-Pharajus Dyn. IX. p. 110. Hotting. H. O. L. II. c. V. p. 275. Chronicon Orientale p. 64. Ed. Reg. Sic e contrario vocem Saraceni aversantur & per contemptum a Christianis ita vocantur, quia in lingua arabica notionem furandi & latrocinandi involvit. Sic notat Leunclavius in Onomastico Osmanos milites & aulicos moleste ferre cum eos quis Turcos, (quod nomen est a pascuis deductum, & significat id quod græcum Νομαδες, παρα των νομων) ceu rusticos appellat. Ideoque in ipsorum Comœdiis semper introduci Turcum aut Turcman,

Digitized by Google

Turcman, veluti rusticum vid. Camerarii Hor. subcis: Cent. II. c. XXIII. p. 94. Si gratam nomen Turci haberet significationem non averserentur. Et hæc est causa, quare Mohammedani *Musulmanni* dici volunt.

V.

Andreæ RITZII, Helvetii,

Rectoris scholæ Naslovio-*Decienſis*

Cogitationes de Origine Vocis OSTERN, qua Germani *paschatos* festum indicant.

§. 1.

CUm eruditionis cupidorum sit, non solum omnes Res, quas Imbecillitas ingenii nostri scire & comprehendere valet, perscrutari; sed etiam Vocabulorum significationem, quibus animi sui Sensa exprimere solent, perspecta habere; à pluribus,

Digitized by Google

quos hactenus consulere licuit, eruditis, & libris quin etiam plurimis evolutis, significationem & derivationem vocabuli Ostern/ apud Germanos Christianos, & Judæos tritissimi, sed, si opinio me non fallit, æque obscurissimi, expiscari sedulus tentavi, sed fere irrito tunc temporis conatu. Quod sane animum meum admiratione ea perculit, quod eruditos æque ac ineruditos, plebejos, & primi quoque ordinis homines, circa vocabulum, in omnium & ætate provectorum & Infantium balbutientium ore vulgarissimum, una mecum cespitare deprehendi, ut vix major animum meum subierit. Operæ pretium igitur duxi, conjecturas meas, quæ aliorum mentem & opinionem pensando sese mihi obtulerunt, chartis tradere, &, ubi forsan rem acu non tetigi, aliis occasionem præbere, ut veram hujus vocabuli significationem & derivationem promere possint. Præmissis igitur aliorum opinionibus, & conjectura quadam mea, quæ mihi haud ita pridem à vero non aliena videbatur, meliorem, quæ postea veritatis Nomine & Lumine sese mihi commendavit, exponam, Judicium penes singulos æquos & candidos lectores relicturus.

§. 2. Plurimi, iique fama & eruditione celeberrimi Viri, vocabulum hoc originis existimant germanicæ. Neque sane ratione destitutos opinor, cum Græci, Latini, Galli, Itali,

Digitized by Google

Itali, etiam Belgæ, Festum illud nomine Paschatis, originis, ut notum est, hebraicæ appellitent; soli autem Angli & Germani, inter hos etiam Judæi hodierni, nomine Ostern exprimant, unde conjicere fas est, vocabulum hoc esse originis germanicæ. Notum enim est Anglos Saxonum, adeoque Germaniæ esse Coloniam. Qui cum soli cum Germanis nostris in more habeant, ut hoc Festum Ostern nominent, quis amplius dubitaret originem germanicam, huic vocabulo attribuere? sive saltem morem hoc festum ita appellandi, à voce Germanis usitata deducere.

§. 3. Sed unde erit deducendum? Utrum ab Osten / quasi sit Festum orientalis plagæ? an ab Urstánd / quasi ab Auferstehen / vocabulo corrupto? an vero ab Austragen / quod hominis docti cujusdam placitum fuit, (a) vocabulum quoque corruptum existimantis?

§. 4.

(a) Bartholomæus *Scheræus in συμμικτοις διατριβικοις* p. 89. derivationibus adductis addit reliquis non solidiorem, quasi Ostera / dicatur, à Christo, qui vocatus sit Oſt ſterra / i. e. stella matutina. Sed, Germanis illa stella nunquam dicitur Oſt ſterra & si ita diceretur, quid hoc ad festum hoc? Adeoque non id placuit Th. Mareschallo, cujus sententiam hac de re ex obs. ad vs. Anglo-Saxonicam p. 427. depromtam hanc habe. *Nisi vocis* Eastren *vel* Eostrun *munitum Venerabilis viri auctoritate mentem meam præoccupasset, haud gravate*

Digitized by Google

§. 4. Quod ad primum attinet, mihi & aliis, licet tantæ literarum transpositioni & omissioni obnoxia non sit, ac duo posteriora vocabula; Derivatio tamen hæc à vero remota videtur, eo quod nullum non festum hoc nomine insigniri possit, cum omnia ortum suum orientali plagæ debeant, neque ab aliis certa quadam differentia discriminaretur, quod tamen in reliquis omnibus animadvertere est. Dubium forsan insuper est, utrum hoc vocabulum germanicum an gallicum aut belgicum sit, sive utrum à Germanis ad reliquos, an vero ab his ad Germanos translatum sit. Verum quidem est, Hospinianum de origine festorum, cum de festo paschatis agit, aliam hujus derivationis rationem adducere, sic enim ait: *Alii* (vocabulum Ostern) *ab Ost deducunt, quod Germanis est Oriens, unde & Austria* Osterreich *dicitur*, quod *in Oriente, vel orto sole resurrexerit Christus.* Licet autem vocabulum hoc Ostern quam proxime accedat alteri Osten / & nemo neget, vel Christum

te subscriberem Germanorum originationi, quae Paschae Christianorum aptissime accommodatur. Dicunt illi suum Ostern *fieri per metathesin* ab Utorstand, *hoc autem veteribus usurpatum fuisse pro* Auferständniß resurrectio. *Quod autem alii deduxerint ab* Ost / *Oriens, quia in feriis paschalibus celebratur Ortus solis justitiæ, sive resurrectio Christi à mortuis, mihi quidem videtur id longius petitum.* Haec ille. T. d. H.

Digitized by Google

ſtum in oriente, vel ſole exorto reſurrexiſſe: nil niſi Analogiam tamen literarum, & alluſionem quandam vocabuli unius ad alterum deprehendo. Quod ſi quis ſufficientem inde feſti denominationis rationem eſſe judicet, per me licet ſuo fruatur ſenſu. Mihi tamen hoc firmum ſedet, quodcunque feſtum appellationem ſuam trahere, vel à perſona, in cujus honorem inſtitutum, quemadmodum feſta Apoſtolorum, & Martyrum, & ſanctorum in Eccleſia romana evidenti ſunt argumento; vel à ſingulari circumſtantia temporis, uti feſtum Pentecoſtes, i. e. quinquaginta dierum à Paſchate peracto; vel à fine alicujus feſti, & ceremoniis eum in finem inſtitutis, uti Feſtum Tabernaculorum, apud Judæos; Feſtum Expiationis apud Judæos hodiernos dictum der lange Tag / apud Chriſtianos, der Faſt- Buß- und Bet-Tag / & quæ alia ſunt ejusmodi feſtorum nomina: nunquam autem, quantum equidem ſcio, ſola nominis ad quandam vel feſti, vel temporis circumſtantiam alluſione niti. Hinc non absque ratione hanc Feſti appellationem rejicere mihi videor.

§. 5. Secundum quod concernit vocabulum Urſtänd / fateor, plures eſſe, qui huic opinioni adſtipulentur. Inter alios, videſis quoque Hoſpinianum de origine Feſtorum, de Feſto Paſchatis dicentem, *Germani vocant*

Oſtern

Digitized by Google

Oſtern *voce corrupta ex* Uhrſtehnde / *quod reſurrectionem, notat.* Certum quidem eſt, vocabulum hoc ſcopo hujus Feſti in memoriam reſurrectionis Salvatoris noſtri inſtituti, & in locum veteris Paſchatis ſurrogati, apprime convenire. Neque inficias ire licet, antiqua vocabula germanica admodum eſſe mutilata, & à derivatione quandoque ſua aliena, vel potius à noſtro loquendi more plane remota. Sed cum pace Virorum clariſſimorum hæc annotare liceat. I. Cujuslibet vocabuli literas radicales ut plurimum retineri, ut derivatio illius haud ita obſcure pateſcat, quod tamen in hoc vocabulo non animadverto. Licet enim facile liqueat, pro ſyllaba auf / potuiſſe; imo veterum dicendi more, conſuetum fuiſſe dicere; & hodie adhuc quibusdam in locis præſertim in Palatinatu & Helvetia in uſu eſſe dicere; Uf / & pro Auferſtehen / Uferſtehen; hinc facile naſci potuiſſe Urſtehen / unde Uhrſtehnde. Sed miror, hoc vocabulum non retentum eſſe, neque ullum apparere veſtigium, quod hoc Feſtum unquam ſit appellatum Uhrſtands-Feſt. II. Scire aveo, qui factum ſit, ut pro Uhrſtand / ſive Uhrſtehnd / dictum ſit Oſtern / Ur / mutato in O. & ſteren pro ſtand / vel ſtehnde? Quæ Metatheſis & omiſſio literarum uti mihi ignota, ita neq; absque ratione mihi facta videtur, cujus tamen cum ratio nulla appareat, vix ac ne vix quidem, imo plane

Digitized by Google

plane non à me impetrare queo, ut Uhrſtand & Oſtern idem vocabulum eſſe exiſtimem, ſed derivationem hanc nominis ab altero nimis longe petitam, autumem. III. Huc accedit, quod Judæos germanos eodem nobiſcum vocabulo uti deprehendo, quos neutiquam opinor, ubi Derivationis & Significationis vocabuli hujus gnari eſſent, (& quis eos ignarus ejusdem linguæ nobiſcum peritos, credet?) unquam vocabulo hoc uſuros fuiſſe, cum nemo neſciat, vocabuli hujus ſignificationem Feſto ſuo Paſchati plane non convenire, ipſosque Memoriæ Reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti profeſſos & infenſiſſimos eſſe hoſtes. Quibus rationibus inductus, neque huic, quanquam tritæ Doctorum opinioni, calculum meum addere poſſum.

§. 6. Ut taceam de voce corrupta Austrag-Feſt. Quum enim hoc potius Paſchati veteri, & quidem primo, quo Iſraelitæ Maſſas ſuas azymas extulerunt, conveniat, (niſi quis dicere velit Chriſtum, corpus ſuum è ſepulchro extuliſſe) & majori adhuc vel ſaltem pari corruptione præ altera laboret, non eſt, cur in eo rejiciendo multam operam præſtem.

§. 7. Hæc & alia ejusmodi animo penſitanti cogitatio quædam ſeu conjectura incidit, forte vocabulum hoc natales ſuos græcæ debere linguæ. Nempe die illo, Chriſtianos, vel precibus, vel hymnis, pia & gra-

Digitized by Google

grata mente memoriam Resurrectionis Christi recolentes, ab initio eorum exclamasse, vel psalluisse, Ὦ ΣΩΤΗΡ. Cujus de frequente usu tandem diem festum ipsum suam appellationem traxisse, atque Germanos, quippe discipulos doctrinæ christianæ Patrum græcorum, de accentibus, seu pronunciatione græca non admodum solicitos, penultimam vocabuli σωτηρ corripuisse, tandemque per syncopen compendii gratia, græcos imitatos pronunciasse: ωστης. Ostern unde Oster-Tag / Oster-Fest. i. e. Heilands-Fest. Huic conjecturæ favere videbatur, tum, quod unica saltem litera per Syncopen omitteretur, quod sane esset res haut magni momenti, & ubique obvia, seu tritissima, ut conquirendis exemplis merito supersedere possim, id unicum tamen adduxisse sufficiat. Festum Pentecostes, quod citra omnem controversiam à vocabulo græco πεντηκοστη derivatur, germanicè exprimitur Pfingsten / à quibusdem Pingsten. Quis autem hic non videt Syncopen integræ Syllabæ antepenultimæ πεν-τε- & literæ ο. in penultima Syllaba, ut ex πεν-τε-κο-στη, germanicum sit natum vobulum Pen-g-sten / sive Pfingsten / quod cum in hoc Festo manifestissime appareat factum esse, cur non in altero quoque putares admitti potuisse? tum, quod non solum, uti ex antedictis liquet, affirmare ausim, derivationem eam ipsi rei atque diei huic

Digitized by Google

huic sacro haud male convenire, sive Christianos, sive Judæos considerem. De prioribus res extra dubitationis aleam posita est, cum salus hoc die in lucem protracta, teste Apostolo Rom. IV: 25. *qui propter peccata nostra* (in mortem) *traditus, & propter justificationem nostram resuscitatus est.* Ad posteriores autem quod attinet, neque illi haberent, quare vocabuli hujus usum aspernarentur, memores enim liberationis ex servitute Aegyptiaca per Mosen olim comparatæ, neutiquam Christianis connivendo exclamare possent, ω Σωτηρ. Oster. i. e. Hyslund/hoc nomine Deum invocantes. Quam verisimilis tamen hæc conjectura sit, sunt tamen aliæ rationes, quibus inductus, album meum calculum illi ademerim. Nempe, quod neque ullis precum, vel hymnorum exemplis, sive ob curtam meam librorum supellectilem, sive ob memoriam labilem illam fulcire, neque usum ita loquendi, vel diem denominandi, apud græcos invaluisse, probare possim. Deinde potior mihi videtur sententia vocabulum Ostern esse vocabulum antiquum Germanis usitatum, uti in prioribus jam innui. Quod si sit, omnis hæc conjectura falsa fuerit oportet.

§. 8. Sed aliam adhuc opinionem Hospinianus l. c. adfert, ajens. *Alii tamen derivant à latina dictione hostia, quæ est Christus, pro peccatis nostris immolatus.* 1. Cor. 15. *unde pa-*

Digitized by Google

ſchales oblate die Oſterfladen / *quæ olim hoc tempore parabantur, ab offerendis hoſtiis dicte.* Quid de hac derivatione cenſendum, facile cuivis erit perſpicuum, modo ad ſcopum hujus feſti attendat, quod ab omni retro ævo in memoriam reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti inſtitutum fuiſſe hactenus traditum eſt; cujus tamen hæc dictio ne unica quidem literula mentionem injicere poteſt. Sed commodior inde fieret denominatio Feſti diei veneris Salvatori noſtro peremtorii, vulgo Char-Freytag dicti. Inde mihi inferre fas eſſe credo, hujus opinionis Auctores potius ad literarum utriusque vocis Analogiam, quam ad ſcopum ſive ſignificationem vel nominum, vel feſti reſpexiſſe, adeoq; pari jure explodendam eſſe. Quod autem de Oſterfladen adjicitur, non minus ab alio nomine, quam ab hoſtiis derivari poteſt.

§. 9. Venio tandem ad ultimam & multis (b) ſane eruditis probatam de hoc vocabu-

(b) Inter eos nominare liceat *Beſſelium* in Notis ad Eginh. c. VII. p. 43. editionis venuſtiſſimae Schminckianae. Phil. *Cluverium*; noſtratem, Germ. A. L. I. c. 27. Paulum *Hachenbergium* in Germ. med. d. VIII. §. 12. Juſtum Georg. SCHOTTELIUM d. L. Germ. p. 1017. Chriſt. BECMANNUM de Origg. L. Lat. p. 259. Joh. *Loccenium* in Antiq. Sueo Goth. L. I. c. 5. C. *Sagittarium* in Antiqu. Magdeburg. §. 35. Jo.

Digitized by Google

cabulo opinionem, cujus etiam *Hospinianus* eodem loco meminit, dicens: *Angli vocant Eoster, & Aprilem Mensem, in quo plerumque celebratur Pascha, Eostermonat, idque à Dea quadam, cui teutonici populi in paganismo sacrificarunt, Mense Aprili; quæ Eoster fuit appellata, ut Cesnerus indicat in suo Mithridate ex Munstero.* Hinc *Cambdenus* in Britannia antiqua de Incolis Britanniæ, & præcipue Saxonibus ita infit, p. 79. *Sextam hebdomadæ feriam veneri consecrarunt, quam Frea dixerunt, unde dies veneris nobis Freday nominatur. Eoster Deam etiam habuerunt, cui Mense Aprili sacrificarunt, unde Aprilem, inquit Beda in libro de temporibus, Eostermonat vocarunt, & nos Paschalis Festum etiamnum Eoster vocamus.* His suffragatur BESOLDUS in locis communibus, qui ad vocabulum Ostern ita loquitur: der Mond/ welchen die alten Teutschen anbeteten wurde Hertha oder die Erde/ unser Großmutter; item venus, Estar, oder Ostar geheissen/ daher der Ostermonat oder April,

Jo. Andr. *Cruſium* in Witekindo c. XII. §. 1. *Scbildium*, gentilem meum in L. de Caucis L. II. c. 3. cujus hæc verba sunt. *Ita Saxones OOSTERAAM quondam in classem retulerunt Dearum, cui sacra quotannis Aprili recurrente faciebant, hinc festo, quod in memoriam mortis a Deo, Dominoque nostro triumphatæ eodem mense celebramus, nondum ab ethnicis emanantem deponere licuit appellationem.* T. d. H.

Digitized by Google

item das Wort und Fest Ostern kommen/ so die Engelländer nennen / eum in finem citans Hospinianum de origine festorum (de quo supra) Niceph. Greg. Lib. VIII. Hist. Rom. Cap. de Paschatis correctione. Idem testatur *Nerretterus* in additionibus ad Rossæi Gottes und Götzendienst in Europa. Fünffter Abtheilung §. 4. p. 931. editionis anno 1701. ex Beda citans L. de temporum ratione c. 13. daß die Anger-Sachsen / wie sie in Britannien kommen / den Monat April ihrer Göttin Eostre gedienet / welcher nun der Ostermonat genennet würde.

§. 10. Dispiciendum igitur, qualis hæc Dea fuerit, (c) quo tempore illa ab antiquis culta sit. Prius quod concernit sub nomine *Eostre*, sive *Eostar*, *Eoster*, *Estar*, *Ostar*, (imo,

(c) Edita est de hac *Astera* sive OSTERA Saxonum heic loci a. 1701. dissertatiuncula *Lunebergii MUSHARDI*, Viri docti & in antiquitatibus Germaniae versatissimi, & elegantium carminum Conditoris. Natus is erat Lockstedae, qui Ducatus Bremensis pagus est, satis autem immaturis concessit ad d. XI. Maji a. 1708. æt. XXXVI. eodem, quo ejus Monumenta *Nobilitatis antiquae, familiarum in ducatibus Bremensi & Verdensi* lucem adspexerant. Per duodecim annos primum Subrectoris, ut vocant, & deinde Conrectoris munere in schola, quae in hac urbe aedi cathedrali annexa est, functus fuit. Videbimus tamen observatione sequenti ante ἰσοφυιεῖον de illa *Ostera* nobis aliquod spicilegium relictum sit. T. d. H.

Digitized by Google

(imo, uti ex clarissimi Joh. Jacobi Hottingeri literis, quibus me colere dignatus est, didici, etiam Easter scripto) nisi multum me fefellero, Deam illam græcis Ἀστάρτην dictam, latere autumo. Prima enim litera vocis Eoster, mihi Articulus videtur esse fœmininus ſ, quem plerique Germanorum exprimunt per E., uti notum. Sive jam dicas Ostar, Oster, sive Aster, sive Estar, habes duas syllabas priores dictionis Ἀστάρτης. Vocali una saltem hujus vel alterius Syllabæ cum alia permutata, quod res haud ita mira, quando vox linguæ peregrinæ in aliam adoptatur, si permutationem quandam patitur. Id autem passim fieri, nulli, qui studia linguarum diversarum vel à limine saltem salutavit, obscurum esse potest. Ultima autem syllaba per Apocopen deest. Fortasse enim Saxones à principio vocabulum hoc pronunciarunt Eostart, postea autem Eostar. Multum autem mihi gratulor, quod animadverti, Cl. Nehrrettero cum mea Sententia congruere, ita enim l. c. scribit de Luna: Bey den gar Alten ward er Mann/ und folgend Mond genennet. Was bey den Egyptern die Isis, das man bey den Teutschen der Mond/ daher solcher nach der Hand Hisa hiesse. Bey den alten Sachsen hieß er auch Estar/ Ostar/ Eostar, davon das Festwort Ostern herkommen soll; bey den Phœniciern und Assyrern hieß er (als Luna) Astarte,

Digitized by Google

(und Atergates) welcher Nahme gleichfals ziemliche Verwandschafft mit jenen hat.

§. 11. Videamus jam unde Dea ista, qualiscunque etiam ea sit: nomen suum sortita sit. Hoc vocabulum autem sine dubio deducendum à voce chaldaica עשתרתא formæ emphaticæ, quæ in simplici עשתרת Astaret dicitur. Unde græci & latini dicunt Astarte. Notandum autem in hebraica lingua nunquam scribi Astereth, sed semper Astoreth, & ter saltem quidem in singulari 1. Reg. XI: 5. & 33. 2. Reg. XXIII: 13, frequentissime autem Astaroth, in plurali. Uti Jud. II: 13. X: 6. 1. Sam. VII: 3. 4. XII: 10, quod verum & genuinum Deæ nomen videtur, à quo reliqua corruptionem aliquam passa, derivari existimo. Sunt autem qui hujus nominis significationem interpretentur ovem, unde Hebræi quoque opinantur, Deam hanc vocatam esse עשתרות, quod imago & statua illis fuerit forma ovis, eo quod vocabulum hoc significet ovem, uti videre est Deut. VII: 13. & XXVII: 4. עשתרות צאנך ovium Gregem tuam. Hinc etiam Rossæus in Religione Asiatica Quæst. 4. v. 6. ita de eo loquitur. Astaroth oder Astarte war die Göttin der Zidonier/ das Wort bedeutet eine Heerde Schaf/ oder Schafstall; diese wird gehalten für Juno, Venus oder Lucina, unter welchen Nahmen/ und der Gestalt eines Schafs sie den Mond an-

Digitized by Google

anbeteten / gleich wie ſie die Sonn anriefen unter dem Nahmen Jupiter und der Geſtalt eines Widders. Sed licet hoc vero admodum ſimile ſit dictum, neque à rei veritate multum abludat, poſito enim per Deum Bahal Jovem indigitari, ſive ſolem, & per Aſtarten Junonem, ſive Lunam, quorum ille ſub figura Arietis colitur, accommode ſane Juno ſub figura Jovis repræſentaretur; nulla tamen ſatis firma dantur Argumenta, quibus evinci poſſit, eam vel inde Appellationem traxiſſe, vel ſub ejusmodi figura cultam fuiſſe. Cum enim in Sacra Scriptura vocabulum hoc ſemper exprimatur עשתרות (videſis loca ſuperius citata) dubio procul genuinum hujus Deæ nomen eſt Aſtaroth, cujus derivatio & ſignificatio ex hebræa lingua petenda. Nempe vox videtur compoſita ex עשתה אורות *fecit Lumina*. Unde abjecta terminatione feminina ה prioris vocis, & litera quieſcente א ſecundæ, dicitur עשתרות. Notandum autem hanc Deam non tantum dici facere Lumen, ſed Lumina in plurali, ob tres potiſſimum Luminis phaſes. Luna enim (quam poſtea per hanc Aſtarten intelligendam eſſe demonſtratum ibimus) dat lumen veſpertinum, quando eſt in primo quadrante, & creſcit; deinde Lumen totius noctis, quando plena; poſtea Lumen matutinum, quando iterum decreſcit. Vel quod per Annum totum variæ dentur Luminis

Digitized by Google

Mutationes. Septuaginta igitur interpretes in errore fuisse videntur, qui ll. cc. hebraicam dictionem reddiderunt τοις Ἀσταρωθ, & Ἀστα-ρτοις, ac si plures fuissent Deæ, cum una saltem sit, & mox Astoreth mox Astaroth scribatur, quemadmodum etiam mox בעל, mox בעלים scribitur, & unus saltem Deus Jupiter, sive sol intelligitur, qui multas & diversas habuit statuas, pluribus in locis positas. Verum quidem est esse terminationem pluralis, sed numerus iste non Deæ, sed diversis Luminum phasibus convenit, quæ Luna emittit.

§. 12. Restat, ut inquiramus quænam illa Dea sit, quæ sub nomine Astaroth, sive Ἀστρτης adorata sit? Ex antedictis enim liquet, alios mecum existimare, Deam Astarten fuisse Junonem græcorum & latinorum, cujus sub nomine Sidus illud nocturnum lateat. Hanc conjecturam sequentia confirmant argumenta? Quod derivatio & significatio nominis עשתרות quemadmodum diximus, nulli Paganorum Deitati melius conveniat, quam Lunæ, quæ Juno vulgo dicitur in cœlo, Diana in terris, à die, quod splendore suo ex nocte quasi diem facit. II. Quod Astaroth & Bahal in sacris literis semper conjunctim memorantur, neque fere ullus locus invenitur, ubi Astarte separatim, Bahale omisso, nominetur, quod certissimo est indicio, has duas Deitatis species in gentilium Theologia connubio co-

Digitized by Google

pu-

pulatas creditas & cultas fuisse. Quum autem omnium antiquitatis eruditorum, & Sacræ Scripturæ interpretum consensu, per Baal indigitetur Sol, sive græcorum & latinorum Jupiter, quidni per Astarten Baali conjunctam intelligeremus Junonem sive Lunam, quæ teste Virgilio, se ipsam Jovis conjugem nominat. L. 1. æn. 50.

Ast ego, quæ Divum incedo Regina, jovisque
Et soror, & conjux.

Id quod præter loca superius memorata insuper patet ex Jud. VI: 28. & 1. Reg. XVIII: 19. ubi בעל & אשרות. (quod alterum Deæ Astaroth nomen est, quemadmodum Seldenus Syntagm. II. c. 2. de diis Syris demonstratum reddidit) conjunguntur. III. Huc faciunt Testimonia antiqua virorum αυτοπτων & αυτοχειρων. S. Augustinus enim Africanus, & vicinus urbis Carthaginis celebratissimæ, quæ Phœnicum erat Colonia. expressis testatur verbis in Quæst. in Judices, quæstione 16. cap. II. v. 13. uti ex Seldeno l. c. didici, cujus verba adducit: *Solet dici Babal nomen esse apud gentes illarum partium* (Africanarum scilicet) *Jovis, Astarte autem Junonis: Juno autem sine dubitatione ab illis Astarte vocatur.* Quod sane ita confidenter prolocutus non esset, nisi certe de Africanorum, suo tempore adhuc idololatriæ phœnicum & Orientalium deditorum, constante tradi-

 tione

tione instructus fuisset. Hinc etiam notissimum est, Carthaginem sub præsidio Junonis peculiari fuisse, teste Virgilio L. 1. æn. 19.

Quam Juno fertur terris magis omnibus unam
Posthabita coluisse Samo.

Et Horatius Lib. II. Odarum I: 25.

Juno & Deorum quisquis amicior
Afris, inulta cesserat impotens
Tellure

Cui alter accedit, Auctor ille, qui sub nomine Luciani circumfertur, qui in libello περὶ Συρίης θεοῦ ita scribit: Ἀφικόμην δ' ἐγὼ δὴ καὶ ἐς Συρίην καὶ ἐμυήθην. Qui testis omni exceptione major habendus, quum sacris veneris Syriæ initiatum semetipsum fatetur, adeoque de Theologia Syriaca & opinione de diis & deabus suis certissimus fuerit oportet.

§. 13. Quamvis autem omnia, quæ hanc in rem dici debebant, in apricum posita videantur, haud levem tamen mihi difficultatem (d) oriri video, quæ totum hoc conjecturarum systema subruere potis est. Tempus enim (quod alterum est, quod §. 10. dixi nobis inquirendum esse) quo hæc Dea Eostar colebatur, & à qua Mensis Aprilis Ostar-monat dicebatur, vene-

(d) Videsis, quae ad hanc difficultatem removendam adducemus Obs. seq. §. 9. T. d. H.

veneris potius meminisse nos jubet, quam Junonis, eamque hoc vocabulo Eostar indigitari cogitandi mihi ansam præbet. Constat enim inter omnes Aprilem apud Romanos Veneri sacrum fuisse, teste Ovidio Lib. IV. Fastorum, qui ita canit, v. 13.

Venimus ad quartum, quo tu celeberrima, Mensem,
Et vatem & mensem scis, venus esse tuos.

Et v. 61.

Sed Veneris mensem grajo sermone notatum
Auguror; à spumis est Dea dicta maris.
Nec tibi sit mirum grajo rem nomine dici,
Itala nam tellus græcia major erat.

Sunt quidem etiam nonnulli, qui Aprilem ab aperiendo, quasi Aperilem, quod vere tum omnia aperiat, sive quod tunc fere cuncta gignantur, & nascendi claustra natura aperiat, dictum voluerint, quos tamen Ovidius refutat, ultimam rationem veneri quoque tribuens, eodem libro v. 85. & seqq.

Quo non livor abit? sunt qui tibi mensis honorem
Eripuisse velint; invideantque Venus.
Nam quia ver aperit tunc omnia, densaque cedit
Frigoris asperitas, fœtaque terra parit.

Apri-

Digitized by Google

Aprilem memorant ab aperto tempore dictum
Quem venus injecta vindicat alma manu.
Illa quidem totum dignissima temperat orbem.
Illa tenet nullo regna minora Deo.
Juraque dat cœlo, terræ, natalibus undis,
Perque suos imitus continet omne genus.

Postea enarratis amoris viribus tandem concludit v. 115.

Hanc quisquam titulo mensis spoliare secundi
Audeat? à nobis sit procul iste furor.

In eadem opinione Horatium fuisse legimus, qui ambo, priscis temporibus propinquiores, de vocabulorum linguæ suæ nativæ derivatione nobis quoque certiores fuisse credendi, ita enim hic Lib. IV. Od. XI. 14.

- - Idus tibi sunt agendæ
Qui dies mensem veneris marinæ
Fundit Aprilem.

Mensis igitur hic dicitur à venere marina, quæ à spuma maris & cruore genitalium Saturni in mare projectorum progenita dicitur à Poëtis, inde Ἀφροδίτη dicta, & mensis ab illa quasi Aphrilis, aspiratione autem omissa, Aprilis. Cujus præsertim primus dies sacer erat, quo, ut ex Ovidio liquet, matres nurusque ac Virgines Deæ effigiem totam lavabant, eique flores & rosas in manus da-

Digitized by Google

dabant, eamque supplicibus verbis placabant, sperantes fore, ut ab ea & formam, & mores, & bonam famam accepturæ sint, ut & connubia prospera, qua de causa etiam verticordia dicta. v. 160. Notatu sane dignum est, quod hæc circumstantia temporis festo nostro Paschatis sive Osterfest / apprime congruat. Sacræ literæ enim Exod. XII. nos docent, festum Paschatis, 14. die mensis Nisan, qui, omnium antiquitatum hebraicarum peritorum consensu, à dimidio fere mense Martii, certe à Novilunio illius incipit, celebrandum fuisse. Itaque si à mense hoc medio, qui triginta & uno diebus absolvitur, quatuordecim vel quindecim dies computantur: primus dies Aprilis, qui fuit festum veneris, seu Deæ nostræ Eostar, Astartes, clare nobis appareat. Verum quidem est, nullum certum dari vestigium, quod Germani eum ipsum diem, primum nempe Mensis Aprilis festum habuerint, quemadmodum Romani, cum loci supra memorati nullam ejus mentionem faciant. Hoc tamen vero simillimum est, primum forte hujus Mensis festum saltem primarium veneris fuisse, eo quod integer Mensis ab hac Dea fuerit vocatus Eoster-monat. Consuetum nempe credo, vel a primo festo, ad minimum primario, nomina rebus esse imposita; a potiori enim uti in rebus aliis, sic & hoc in casu factam fuisse denominationem,

Digitized by Google

nem; nullus dubito. Cum igitur festum veneris, festo nostro Paschatis proximum fuerit, atque forsan aliquando eodem tempore & die, prout Novilunium Martis vel mature, vel sero incidit, celebratum sit: bene potuit fieri, ut vocabulo olim consueto Eostar-fest/ Christianum nostrum loco illius substitutum, ita nominaretur.

§. 14. Videamus igitur, quomodo hanc opinionum discrepantiam conciliare possimus. Certum enim est ab una parte Deam Astarten fuisse antiquis Phœnicibus, atque Syris, & Zidoniis & Afris Junonem. Certum quoque Romanos Mensem Aprilem veneri consecrasse. Dicendum igitur Mensem Aprilem vel Junoni, vel veneri nomen suum Ostar-monat debere, quarum alterutri Germani eodem tempore sacrificia obtulerint. Ex §. 9. patet autem Besoldum expresse Eostre, Eostar de venere explicare. Huc facit explicatio derivationis vocabuli Astartes Nherretteri in additionibus ad Quæst. 2. V. Abtheilung. §. 5. von dem Freytags-Bild der alten Sachsen / cujus diei Deam venerem esse dicit, ajens: Gleich wie nun die Venus bey den Syrern Astarte hiesse / also scheinet auch dieser Nahme aus der Scythischen Sprach herzukommen. Denn Ast heißt bey den alten Schweden so viel als die Liebe / welches nochmals in casu obliquo Astar ausgesprochen wird. Also wird die Liebes-Göttin

von

von den alten Gothen Astargydia, oder auch Astargod genennt: (forsan die Göttin Astar, oder der Gott Astar, Venus enim olim & Deus & Dea dicebatur, vide Selden. Synt. II. c.2. (so nun der mittlere Buchstab g. ausbleibt/ komt heraus der bekante Götzen-Nahme Astarod; und weil od so viel als eine Herrschafft oder Besitzung bedeut/ ist Astarod so viel als eine Liebes-Befreyung. Cui tamen opinioni vel derivationi subscribere nolo. Hoc saltem exinde liquet, eum nomen Astarte sive Astaroth veneri applicare, quamvis alio in loco (vide supra §. 11.) idem nomen Lunæ, vel Junoni tribuat. Reliqui autem Auctores §. 9. in medio relinquunt, vel saltem non definiunt, cui Deæ tribuendum sit. Facilis autem esset hæc opinionum diversarum conciliatio, si Apulejum L. XI. Metamorph. sequeremur dicentem: *Dianam, VENEREM, JUNONEM, Minervam, Cybelen, sive matrem Deorum, Cererem, Proserpinam, Bellonam, Hecaten, Rhamnusiam, Isidem eandem Deitatem esse, cujus numen unicum multiformi specie, ritu vario, nomine multijugo, totus veneretur orbis. Eam esse rerum naturam, parentem, elementorum omnium Dominam, seculorum progeniem initialem; Reginam Manium, primam cœlitum, Deorum Dearumque faciem uniformem, quæ cœli luminosa culmina, maris salubria flumina, inferorum deplorata silentia, nutibus suis dispenset.* Quicquid autem sit, cum tamen Venus diver-

Digitized by Google

versis in locis, variis sub imaginibus, ritibus atque ceremoniis quin etiam diversis adorata fuerit, atque Vulgus eam aliam Deam crediderit, non confundenda cum aliis erit. Si opinari licet, facile inducor ad credendum, vocabulum Astarte, licet Junoni proprium sit, & significet luminosam, quo nomine passim appellatur, uti Terent. And. II. 1.

Juno Lucina fer opem, serva me obsecro.

& Catullus in Carmine ad Dianam. 35.

Tu Lucina dolentibus
Juno dicta puerperis
Tu potens trivia, & notho es
Dicta Lumine Luna.

Veneri per errorem quendam tributum esse, cum Pausanias in Atticis; Sozomenus l. 1. c. 4. & Apulejus l. 1. c. 4. Met. mentionem faciant veneris Uraniæ, quæ tamen ipsa Juno est, teste Herodoto in Lib. I. sive Clio de Arabibus refert, eos Uraniam sub nomine Alilat & Alitta coluisse, ait nempe: *non alium agnoscunt neque colunt tanquam Deum, preter Dionysium, quem vocant Urotalt; & Uraniam, quam appellant Alilat.* Clarum autem est, Alilat, vel Alittam derivari à hebræa voce הלילה. sive תלילה. *noctem* significante, quia Juno, sub nomine hoc adorata, nocte splendet & dominatur. II. Nomen Uraniæ, apud

apud Hebræos & Phœnices significat אורני sive אורן inde אורניא græce Ουρανια, latine si interpreteris, *luminosa*, Junoni sive Lunæ optime convenit, quod proinde non à græco vocabulo Ουρανος cœlestis derivandum, uti græci Autores opinati sunt, propterea que Venerem dixere cœlestem, eamque cum Dea Syria, quæ Venus erat, confuderunt, sed ab אורני lumen dante deducendum. Quia igitur antiquitus Astaroth & Ουρανια duo erant vocabula ejusdem Deæ Junonis, quo posteriore Juno dicebatur Venus Urania, facile fieri potuit, ut nomine hoc Dea Syria, quæ Græcorum & latinorum, adeoque & Germanorum Venus est, per errorem insigniretur. Quare etiam Pomey in Pantheo mythico, in Epithetis Veneris recenset Nomen Astartes, quæ à Sidoniis, Stellæ figura culta, vulgoque vocata sit Dea Syria, quam eandem fuisse ac Lunam, quosdam scripsisse, ait, eum in finem citans Epiphan. contra Hæres. Euseb. l. 1. de præparatione evangelica, Lucianum de Dea Syria. Hincque factum fortasse, ut in sequioribus temporibus nomen Astarte Veneri fuerit tributum, cujus de nomine olim Saxones mensem Aprilem, qui Romanis Veneri sacer erat, eos forte imitati, Ostar-monat appellarint, & festum hoc mense celebratum Osterfest dictum sit.

§. 15. Quamvis perinde sit, ut tandem finem faciam, si quis Antiquitatum Germa-

Digitized by Google

nicarum me peritior demonstrare possit veteres Saxones, Græcorum more hoc mense præcipue Junonem coluisse, sive Apollinem & Dianam, i. e. Solem & Lunam, quorum beneficio terra fœta reddita sit, qui propterea mensem istum θαργηλιών, à sacrificio expiatorio, θαργηλῶ dicto, & Dianæ, quæ nostra Juno est, oblato, nominarunt, utrum de nomine Junonis, sive Astarte, terram uti Venus fœcundantis, an de Venere, sive per errorem, sive propter idem munus fertilitatis nempe terræ, quam Junoni quoque acceptam ferebant, Astarte, Ἀσταρτη dicta festum & mensis hic appellationem suam traxerit. Hoc nimium evidens mihi videtur, Ostar, Eoster, Easter, & si quæ alia sunt nomina ab græca voce ἀσταρτη, originem suam deducere, sive jam Dea illa Juno, sive Venus fuerit, unde mensis Deæ isti, Ἀσταρτη dictæ, sacratus, nomen suum acceperit Ostarmonat & Osterfest. Si alii autem fuerint, qui mihi adstipulari nolint, rationes eorum lubens audiam.

VI.

Digitized by Google

VI.

THEODORI HASAEI,

ad praecedentem dissertationem

ΕΠΙΜΕΤΡΟΝ, sive

De Saxonum idolo OSTERA

Observatio.

Argumentum.

Duplex de OSTERA Bedae locus, *Ostarmonath*, *Eostre*, Osterfachs. §. 1. Cur ejus tam parva apud veteres mentio. Multi loci ab ea nominati. *Osterbolt*, *Osterhagen*, *Ostergoe*, *Ottersberg*, *Osterlandia*, *Esterban*. §. 2. Serarii & Calvoerii loca de Biele, Astaroth, in Osteroda cultis. §. 3. 4. Ex illis notatur origo *ignis paschalis*, Osterfyr. §. 5. Et varia alia. *Biel* non alius est à Baal. §. 6. OSTERA eadem fuit cum ASTAROTH & ASTARTE. Quod ostenditur (α) ex *nomine*, quod idem est. *Ostar* & *Astar*. O & A saepè miscentur. *Ostrache* & *Astrache*, *Goö*, *Gau*, *Gogravii*. *Astringa* & *Ostringa*. §. 7. Ex *locis* (β) & *tempore* (γ). Quomodo ex Asia ejus cultus huc penetraverit. Ille ubique locorum diffusus est. §. 8. Occurritur objectioni, quod Astarte fuerit luna, Ostera autem Venus, adeoque haec cum illa eadem esse nequeat; Osten-

Digitized by Google

ditur Ascarten quoque fuisse Venerem & summam idolorum gentilium fuisse commixtionem. §. 9. Skinneri & Leibnitii de Ostera cogitationes. §. 10. Disquiritur, (a) quomodo Osterae nomen in his regionibus notum in Angliam dilatum fuit? sc. factum id est ab Anglis Saxonibus, quibus EASTRON est pascha §. 11. Quomodo rursus factum ut pascha sit dictum Ostron apud solos Germanos & Helvetios. Anglis Christi notitiam Germani debent. §. 12. C. Cur non idem nomen aliis populis vicinis, v. gr. Suecis &c innotuit. §. 13. Translatio nominis festi Christianorum a festo ethnicorum illustratur simili exemplo. JUL festum, nunc natalis Domini. Unde dictum? *Jul* poculum. Ιυλον ἄσμα: *Jolla*, *jolly*. §. 14. *Hysteria* à Cainianis culta. §. 15.

§. 1.

CUm superiori schediasmate eruditus ejus auctor sibi accedendum esse judicaverit sententiae illorum, qui vocem Germanorum, qua illi festum colendae memoriae resurrectionis Dominicae sacrum insigniunt, a Dea *Ostera* (a) arcessendum censent, hinc nata mihi

(a) Adde illis, quas modo p. 458. excitavi Sam. *Bochartum* in Can. L. I. c. 42. p. 676. & in judicio de Ant. *Goselini* Veterum Gallorum historia in Opusc. p. 1307. Conferre etiam licet G. *Rothii*, Rectoris Stadani, non ita pridem immaturo fato extincti, programma aliquot pagellarum a. 1723. editum. Didericus *Stadensis*, de lingua veteri Germanica insignite meritus, in explicatione vocum Ger-

Digitized by Google

hi duplex est observatio cum de isthoc, quam nominavi, majorum nostrorum idolo, tum de etymo vocis ASTARTES s. Astharoth in sacris literis plus vice simplici commemoratae. Utrâque, quæ dicta sunt, & illustrabuntur & confirmabuntur. *Illam* nunc contemplaris, *haec* autem propediem sequentis fasciculi pars erit. Osteram nomini festi paschatos inter Germanos originem dedisse qui putant, sequuntur omnes BEDAM, qui Venerabilis vulgo dicitur: En ejus verba, quae in L. de temporum ratione c. XIII. Tom. II. Opp. ed. Colon. p. 68. leguntur. *Aprilis* Eosturmonath, *qui nunc Paschalis mensis interpretatur, quondam à Dea illarum, quae* Eostre *vocabatur, & cui in illo festa celebrant, nomen habuit, a cujus nomine nunc paschale tempus cognominatur, consueto antiquae observationis vocabulo gaudia novae solemnitatis vocantes.* Hic Bedae locus passim ab aliis adductus est. Rarior tamen est ejusdem alter, qui in L. de temporibus in impressis codicibus quidem non exstat, sed quem ex libro MS. quem Glareanus a. 1545. Basileam miserat, servavit Seb. Munsterus L. II. Cosmogr. observante *Colomesio* in Opusc. Ham-

Germanicarum, quibus Lutherus usus est, p. 467. ab hac sententia discedit, & mavult Ostern deducere ab Osten / oriens, orientalis, quia sol tum intrat signa orientis. Sed quisque suo abundet sensu.

Digitized by Google

burgi editis p. 287. *Veteres Anglicani populi numeraverunt menſes ſuos ſecundum curſum lunae, appellantque lunam* Monam, & *menſem* Monath; *Decembrem vocant* Haleg Monath, *id eſt, ſacrum menſem*; *EOSTER vel ESTAR* monath, *id eſt, Paſchalem menſem, idque a Dea quadam, cui Teutonici populi in Paganiſmo ſacrificia fecerunt tempore menſis Aprilis, quae EOSTRE eſt appellata.* Praeter hunc neminem ſcio priſcae aetatis ſcriptorum, ejus feciſſe mentionem. Illius tamen menſis *Oſtarmonat* memoria occurrit apud Eginhardum, qui illud nominis impoſuiſſe Carolum M. menſi Aprili in ejus vita ſcribit p. m. 133. Confer quoque Goldaſtum in Alem. RR. ſcript. T. II. p. 65. ubi ille menſis vocatur *Oſtarmanoth.* Hinc deſcendit *Oſterfachs*, i. e. *ſica paſchalis, qua feſtis diebus cingebantur*, ut explicat Goldaſtus in N. ad paraeneticos p. 430.

§. 2. Tametſi itaque tam rara idoli illius memoria in veteris aevi commentariis exſtat, non tamen vel id magnopere mirandum, quod pauciſſima aut nulla fere illius aetatis majorum noſtrorum monimenta nunc quidem ſuperſunt, neque inde concludendum, talem Deam nunquam cultam fuiſſe. Quod enim in libris deficit, abunde compenſatur illorum locorum & lucorum frequentia, qui olim Oſterae cultibus conſecrati veteris idololatriae veſtigia in nominibus ſuis, etiam nunc retinent. Et ut nunc

vel

Digitized by Google

vel intra fines finitimi Bremenſis ducatus nos contineamus, bina ſunt loca non ultra lapidem unum alterumve ab urbe poſita, quae utraque dicuntur *Oſterholte*, i. e. Oſterae nemus, & in quibus vetus adhuc traditio culti olim talis idoli viget. His adde vicos, pagosque alios, quorum appellationes ejusdem paene ſunt ſignificantiae *Oſterhagen*, *Oſterath*, *Oſterndorp*, *Oſterwede*. An huc quoque pertineat *Oſtergoa*, cujus jam meminit Carolus M. in diplomate, quo eccleſiam Bremenſem fundaſſe legitur apud Adamum Bremenſem, non aſſeveraverim. Potius referrem in hunc cenſum arcem diœceſis Bremenſis tribus ab urbe miliaribus ſitam, quae olim in ditione & poteſtate fuit Comitum de Welpe, deinde autem Bremenſibus meis paruit, *Ottersbergam*, quae quondam dicta fuit *Oſtersberga*, (b) i. e. mons *Oſterae*. *Oſterlandiae* haud ignobilis Miſniae tractus, num ab illa Dea in teſtificationem cultus pariter nomen inditum fuerit, diſquirit V. C. Ad. RECHENBERGIUS in diſſ. Tom. II. P. II. d. 18. §. 2. 3. Ipſius Galliae locis idem veniſſe uſu ſuſpicatur S. Bochartus cujus in Opuſc. pag. 1307. haec verba ſunt. *Forſan huic eidem Deae* (Aeſter) *a Saxonibus olim Bellocaſſici agri incolis loca proxima dicata ſunt, quae nomine ESTERHAN inſigniuntur. Saxoni.*

(b) Vide *Hamelm.* in Opp. p. 693. & 744.

Digitized by Google

xonice enim Esterae domicilium *significant, quae illorum Dea exstitit :* Haec Bochartus.

§. 3. Nimis ad rem, quam, ut praetermitti possint, faciunt verba, quae ex Leznero produxit Nic. SERARIUS in Rerum Moguntiac. L. III. n. 21. p. m. 474. ubi cum de Bonifacio narrasset, eum destruxisse idolum *Retto*, ita pergit; *Factum adhuc hominum memoria, ut in deturbatae superstitionis memoriam luculentus ipso resurrectionis die ignis, qui paschalis etiam alibi vocatur, excitaretur. Hinc in Thuringiam sese contulit Sanctus, & in itinere in BIELLIS montanis Rhumam flumen versus, ubi hodie Katelaburgum est, Deastrum alium BIELEM dejecit, eoque in loco, UBI nunc OSTERODA monasterium, olim Brunonisroda, rursus alium, qui ASTAROD vocatus. Suum tamen illum BIELEM cura magna requisierunt idololatrarum Saxonum aliqui, & juxta locum, in quo Ilefeldense modo coenobium, illum rursus erexerunt, unde adhuc hodie appellatus locus* Bielstein. Haec ille, quae deinceps ab aliis passim repetita & confirmata fuere.

§. 4. Neque minus commemoratione digna est Vetus traditio, quam ex *rituali* nescio quo exhibet S.R. Caspar CALVOERIUS, Theologus doctrinae pariter & moderationis laude insignis, in *Saxon.* gentilis & Christianae P. III. L. II. c. 5. videlicet *rudera vetusti lapidei aedificii, quod olim in colle qui urbi imminet, conspectum fuit, reliquias esse fani, in quo olim Dea Astharoth fuerit culta, quae a Saxo Cimbris*

Digitized by Google

bris in has oras fuerit translata. Et ab hac Astaroth nomen suum traxisse urbem Osterodam quod Rode *veteri lingua significet lucum excisum, quia eo in loco olim lucris cultibus illius Deastrae sacer fuerit visus.*

§. 5. Dolendum est, non allata esse documenta, ex quibus hae narrationes depromtae sunt, ut, quantum in iis praesidii sit, appareat. Interim tamen, cum non cogitandum sit haec temere, ex mentiendi tantum quadam lubidine efficta esse, haud dubie illa suo fundamento non caruere. Quapropter fricanda haec aristа paululum est, &, quid in his lateat, investigandum. Nimirum (a) videmus originem ritus illius vetusti, quo tempore festi paschatos ignes soliti fuerunt accendi, scilicet, *conservatam memoriam deturbatae superstitionis.* Sed quid, si potius reliquias esse dicamus caerimoniae, quae inter paganos vetustissimos viguit, olim in honorem Osterae nostrae institutae. Convenit enim nomen; Dicitur enim Ignis Ostherae, sive Osterfyr. Congruit tempus. Accenditur enim primo vere, quod tempus Osterae olim sacrum fuit. Neque abludit res ipsa. Quum enim Ostera, nihil aliud notet, quam sidus vel astrum, ut pluribus alias videbitur, ejusque cultus nihil aliud sit, quam cultus, astrorum, sive ignium coelestium, par erat illam accensis ignibus potissimum coli. Potuit autem fieri, ut mos ille retineretur in-

Digitized by Google

sequentibus temporibus, cùm in *deturbatae superstitionis*, tum in orientis eo tempore justitiae solis memoriam.

§. 6. Cum (β) porro audimus, ubi *Astarat* vel *Ostera* culta fuit, ibi quoque adorari solitum Deastrum BIEL, cui non cogitatio de Deo בעל vel Belo, vel Beleno confestim animum subit, & quis non videt heic factum, quod a temporibus vetustissimis in Syria finitimisque regionibus factum est, ubi & בעלים cum עשתרות (vide Jud. II: 13. X: 6. 2. Reg. XXIII: 14.) & Belum cum Astarte & Baal cum Baalti connubio stabili junctos fuisse constat. Praeterea (γ) narratur cultum Osterae in oras Germaniae superioris allatum esse à Saxo-Cimbris; adeoque ille praecipue viguit inter Cimbros, sive Anglo-Saxones, & sic intelligi potest, qua ratione illius memoria traducta fuit in Angliam, sc. per Anglo-Saxones, id est, illos populos, qui saeculo quarto Brema solverunt, atque illam fortunatam insulam occuparunt. Denique (δ) animadvertimus, eandem, quae dicta fuit Ostera, quoque appellatam fuisse Astheroth.

§. 7. Certe hanc ab illa non diversam fuisse, (c) non unis inducor rationibus, ut credam. Convenit enim (ϰ) primo *Nomen*. Ne-

(c) Gaudeo id quoque approbari calculo magni Bocharti, & in Canaane L. I. c. 42. p. 676. & in Opusc. p. 1307.

Digitized by Google

Neque enim impedit terminatio *oth*, quae in Aſtaroth, neque *te*, quae in Aſtarte occurrit. Illud enim eſt nota pluralis ות, quae more populorum incolentium orientem, qui ad rei praeſtantiam ac magnitudinem indicandam res plurium nomine efferebant. Terminatio autem *te* eſt foemininum ת, quo Ebraei, Chaldaei, Syri, Arabes, populique contermini utuntur. Unde & aliquando legitur *Aſtar* illa abjecta, ut apud Philaſtrium L. de haer. c. 17. & 27. cujus tamen jocularis error eſt, quando ex Aſtar & Aſtaroth facit homines & feminas. Neque morari quemquam debet, quod *Oſter* vocetur, non *Aſtar*. Id enim ex more petendum eſt vulgari, quo inferioris Saxoniae populi a fere pronuntiant ut o. Et, ut illud tantum triga exemplorum confirmem, ex ipſa hac, de qua agitur, voce petitorum, *Aſtur* & *Auſtur* mediae aetatis ſcriptoribus ſignificabat accipitrem, ſed & illa vox ſcripta fuit *Oſtor*, ut videre potes in Du Cangii Gloſſ. T. I. p. 367. 368. Ita Altfridus in vita S. Ludgeri apud Leibn. inſcript. Brunſv. T. I. p. 86. meminit loci *Aſtrache*, *qui nunc Doccinga* (i. e. Doccum) vocetur, ubi S. Bonifacius trucidatus fuit, eandem autem paulo poſtea p. 89. vocat *Oſtrache*, i. e. Oſtergau, (*Othlo* in vita Bonifacii L. II. c. 26. vocat *Oſter* & *Weſterichè*, Surius *Oeſter* & Weſterriche,) hoc eſt, terra Oſterae, à γῆ Graecorum, unde noſtrum

gau,

Digitized by Google

gau, gou, gôben, uti vocantur pagi additionem urbis nostrae spectantes, unde *Gogravii* i. e. judices agrorum vicinorum. Est quoque pagus in comitatu Oldenburgico, qui in diplomate Ottonis II. a. 983. dicitur *Astringa*. In privilegio ecclesiae Bremensi ab Adriano data *Asterga*, in Chronico Bremensi MS. *Astergaa*, in continuatore anonymo Gregorii Turonensis *Astrachia*. *At* idem in scholiis ad Adamum Bremensem *Ostraga*, & hodie *Ostringa* dicitur. Vide Meibomium de pagis Saxoniae. Sed & (ב) conspirant *loca*, in quibus utramque venerabantur, quae erant אשרות, *ἄλσεα*, nemora, luci, unde & huic & illi *Nemorensis* titulus non minus ac Dianae convenit; Neque (ג) discrepat cultus *tempus*, quod utrobique fuit vernum, mense Aprili.

§. 8. Non autem miremur Astartes cultum in septentrionales has oras ex Asia traduci potuisse, cum ignorare nemo possit, Germanos nostros populorum Orientis esse propaginem. (d) Idque eo potuit fieri facilius,

(d) Quod sane verum est, vel si repudiare velis traditionem Judaeorum qui teste Aben-Esra in Obadiam vs. 20. statuunt, כי ארץ אלמנייא הם הכנענים שברחו מפני בני ישראל quod *terrae Alemanniae incolae sint Cananaei qui fugerunt a facie filiorum Israel.* R. David Kimchi in eundem locum ita scribit; ואומרים בקבלה כי בני ארץ אלמנייא

cilius, quo latius Aſtartes adoratio ubique terrarum diffuſa fuit. Hanc in Aſia coluere Sidonii, Berytenſes, Amorrhaei, Philiſtaei, Moabitae, Samaritani, Syri, Judaei. In Africa eam honoribus proſecuti ſunt Pœni, Carthaginenſes, Aegyptii, (teſte Philaſtrio) imo omnes Africani, ſi fides habenda eſt Herodiano L. V. unde Salviano L. VIII. de providentia vocatur *cœleſte Afrorum daemonium.* In Europa inter idola ſua recenſuerunt Pyrrhii, Romani, Britanni. Idque eo fieri potuit facilius, quod illa quaſi ipſa natura & rerum & bonorum omnium haberetur; Audiamus Plutarchum, qui in M. Craſſo p. 553. eam ita deſcribit: Γινεσθαι δε πρωτον αυτω σημειον απο της θεας ταυτης, ην οι μεν Αφροδιτην, οι δε Ηερην, οι δε την αρχης και σπερματα πασιν εξ υγρων παρεχουσαν αιτιαν και φυσιν νομιζουσι, και την παντων εις ανθρωπους αρχην αγαθων καταδειξασαν. *Signum primum ei offertur ab hac Dea, quam VENEREM, alii Junonem, nonnulli eam, quae incunabula & ſemina omnibus ex humido praebuit, cauſam & naturam arbitrantur eſſe, & quae principium omnium bonorum docent mortales.* Unde & cornucopiae geſtans

אלמייא היו כנענייי כי כשפני כנעני מפני יהושע כמו שכתבנו בספר יהושע הלכו להם לארץ אלמנייא ואשקלוניא שקורין ארץ אשכנז וצור היום אותם כנעניים: Quorum verſionem, cum plane facilia ſunt, omittimus.

Digitized by Google

ſtans pingitur in nummis. v. gr. Juliae Domnae apud Vaill. de nummis Colon. T. II. p. 25. & Macrini pag. 91. & Hadriani apud eundem T. I. pag. 222. Confer ſupra pag. 471.

§. 9. At vero ajunt, Aſtarte fuit Juno vel luna, Oſtera autem fuit ſymbolum Veneris, unde haec ab illa diſtinguenda eſt. Vide praecedentis diſſ. §. 13. ſunt vero plura quae reſpondeantur. Nam *primo* notum eſt *Aſtarten* fuiſſe *Venerem*. Cic. in L. III. de nat. Deorum, diſerte, *Quarta*, inquit, VENUS *Syria Tyroque concepta, quae ASTARTE vocatur*. Philo Byblius in fragm. Sanchuniathonis apud Euſ. praep. Ev. L. I. c. 5. Τὴν δὲ ΑΣΑΡΤΗΝ *Φοίνικες* τὴν ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ *ἐπονομάζουσι*. Suidas; ΑΣΤΑΡΤΗ ΑΦΡΟΔΙΤΗ. Adde his (cujus locum adducit Schedius de DIS Germ. p. 145.) Ptolem. L. II. Tetrab. *Procopium* Gazaeum in 2. Reg. XVII. & XXIII; 7. *Theophyl.* in Hoſ. *Theodoretum* in 3. Reg. quaeſt. Huc facit quoque, quod Athanaſius *Kircherus* Aſtartes nomen derivat a voce Aegyptiacâ Τουρωτ, i. e. VENUS, ut interpretatur Auctor ſcalae magnae p. 49. Videmus itaque Aſtarten quoque eſſe Venerem, & ſi Venus eſt Oſtera, in eo quoque illi convenire cum Aſtarte.

§. 10. Sed & deinde, ſi vel illud oſtendi non poſſet, tamen &, qui aliter ſentiunt, non habent, quo noſtram ſententiam labe-

Digitized by Google

factent. Quid enim? Qui enim nescit veterum Deorum Dearumque summam fuisse confusionem, ita ut qui unam nominet, nominet omnes, illum harum rerum valde oportet esse imperitum. Ita & lunam, & Dianam, & Deam bonam, & Deam Syriam, & Junonem, & Venerem, & Lucinam, & Cererem, & Cybelem, & Rheam, & matrem Deorum, & Ilithyam, & Astarten, & Derceto, & Atergatin, & Uraniam, & Minervam, & Nemesin, & Proserpinam & Hecaten, & Isidem, & Bellonam, & Rhamnusiam, & Dagon, & Cabar, & Alilath, & quas non? unam eandemque esse, quam, ut verbis utar Apuleji, *unicam multiformi specie ritu vario, nomine multijugo totus venerabatur orbis*, certissimum est, & si id nunc ageretur, liquidissime singillatim demonstrari posset. Quibus denique accedit, quod non opus sit Germanorum veterum idola cum Graecorum ac Romanorum praecise contendere. Sufficit, si notemus illos ex Oriente profectos Deorum suorum nomina secum in has oras intulisse, in illorum cultibus perseverasse, etsi, quid cum hoc illove idolo Romanorum aut Graecorum adfinitatis habuerint, non adtenderunt.

§. 11. Nihil itaque est, quod impediat, quo minus Osteram conciliemus cum Astarte, illiusque nomen ab hac petendam esse statuamus. Sunt tamen, quibus visum est aliter,

Digitized by Google

Eum in finem adjungam, quae Steph. SKINNERUS & G. G. LEIBNITIUS habent, cum eorum libri non omnium terantur manibus, de ipsa tamen re arbitrium benevolo Lectori commissurus. Ille in etymologico linguae Anglicanae in voce *Easter* haec habet; *Est ea vox ab Anglo Saxonum* Eastren, Ostren, Ostron, Estrendæg, Eastermonat *Aprilis. Sonmer ab EASTRE Dea Saxonum seu Germanorum, quae sub illud anni tempus sacrificiis colebatur, defecit, forte autem illud numen orienti praesse creditum est, & idem fuit* cum AURORA *Latinorum.* Hic autem Tom. I. script. Brunsvicensium p. 45. ita scribit: *De Dea EOSTRA cogitanti, nihil verisimilius occurrit, quam* Auroram *significare. Nam* Ost *oriens Germanis, hodie Anglis* East, *Italis* Ostro, *a Gothis & Longobardis accepta voce.* Austria, Austrasia *non ab Austro, sed ab Oriente. Hoc autem, mense nempe Aprili, & paulo ante, id est, circa aequinoctium vernum sol in vero oriente versatur. Quidam tamen malunt Eostram esse Lunam. Quid si* Astarte *sit veneris stella? neque id ineptum; Nam lucifer Germanis hodie* Morgenstern / *forte antiquis* Oststar, *nam* morgen *est oriens. Sed cur cultus hujus Deae in hunc mensem, neque enim credo veteribus Germanis haec stella Veneri sive Freiae suae attribuebatur. Sane si de eo constaret, appareret ex eo ratio, quod Vere animalia multa in Venerem ferantur.* Haec ille.

§. 12.

Digitized by Google

§. 12. Interea loci TRIA in hac causa disquisitione digna videntur; *Primum*, qua ratione fieri potuerit, ut Osterae nomen cultusque, in sola Caucide nostra, locisque finitimis nota, transierint ad toto diversos orbe Britannos? *Deinde* quomodo id nominis ex Anglia illatum rursus est Germaniae nostrae, & ibi festo, quod memoriae resurrectionis Dominicae dicatum est, impositum? *Denique* cur non ad finitimas nationes translatum sit, sed adhaeserit praeter Helvetios solis nominatis populis? Prius, quod attinet, revocemus nobis in memoriam saeculo quinto Anglo-Saxones, ducibus Hengisto & Horso Bremâ, sive Phabirano nostrâ, si annalibus credendum est, transfretasse in Angliam, eamque insularum reginam postea suae fecisse potestatis. Illi secum, quod tum nondum Christo accesserant, cultum Osterae suae, quam inprimis ad Cimbros i. e. Anglo-Saxones pertinuisse audivimus, in eam intulerunt, cui deinceps & nomen Angliae, & linguam, & leges suas impertiti sunt. Posteris autem temporibus, cum Christianorum coetibus essent aggregati, quod fieri coepit seculo quinto exspirante opera Godelberti Anglo-Saxonis, & saeculo sequenti ad finem vergente, praeeunte Sigebertho, Saxonum Orientalium Rege, perfectum est, accidit, ut cum Paschatos festum incideret in illud veris tempus, quo

Digitized by Google

consueverant Osterae suae sollennia sacra facere, antiquum illius nomen retinuerint. Sic in lege veteri Anglo-saxonica apud Jo. Bromtonum col. 820. legitur *se the stalath ox sannan nibt ostbe on Geol, ottbe on EASTRON, ottheon thone?* Salgan Wunrers daege. Qui *furatur vel die dominico, vel festo natalis Domini* vel in PASCHATE, *vel in adscensione Domini*, &c. Sic in menologio Sax. ad Maji III. vocatur *On Thaet feowertige nibta faesten er* EASTRON; *jejunium quadraginta dierum ante* PASCHA. Sic in veteris Anglo-Sax. versiones rubrica ad Matth. IX: 14. *On thaere othre* EASTER *Wucan*; In secunda hebdomade PASCHATOS (in der andern Osterwochen.) Sic *in die solemni Paschae* transfertur *On* EASTREN *dages freols tide*, (id est in Osterntages frölicher Zeit) & *To tham Easterlican freolse* (in der osterlichen Frölichkeit) Luc. II: 41. 42. Et alibi passim. Vide Th. *Marescballi* observ. ad illam p. 526. 527.

§. 13. Quibus animadversis id quoque ostendi potest, quo pacto eadem appellatio ad nos redierit, Germànique & Helvetii praecipue ea tempus pas. hale insigniverint, id quod *secundo* loco erat inquirendum. Videlicet Anglis, qui originem suam debent Germanis sacra sua ex praecepto Christi instituta vicissim debent Germani. Britannorum, qui ut plurimum originis erant Saxonicae, quales erant Suidbertus, Winifridus

Digitized by Google

dus, S. Bonifacius, Willehadus, Acca, Willibrordus, Gallus, Ludgerus, Egbertus, Columbanus, Lullus, Willibaldus, Wunnibaldus uterque Evaldus, Lebvinus, Burchardus, Witta, Wigbertus, Marcellinus, alii, eorum, inquam, opera inde a septimo, sequentibusque saeculis lux Evangelii in Germania & Helvetia accensa est. Tum autem una cum reliquis Christianis ritibus ab illis quoque nomen Paschatos, quod ab Ostera tractum est, in has regiones introductum, & sic, cum à Germanis, iisque ethnicis in Angliam primum illatum esset, ab Anglis, iisque Christianis ad Germanos postea relatum fuit. In his terrarum tractibus id factum esse videtur potissimum temporibus Caroli M. quem etiam Aprili ab hac Ostera imposuisse nomen Eginhardum testantem audivimus. Is enim in ordinandis sacris opera inprimis usus est Alcuini, de *Britannia Saxonici generis homine*, ut Eginhardo dicitur, aut qui, ut Poeta Saxonicus L. V. vs. 235. habet,

Ex Anglis veniens Saxo fuit genere,

sicut & S. Willehadus ejusdem nationis fuit, per quem annuntiari doctrinam Christi in nostris his regionibus Carolus jussit.

§. 14. Inde simul ratio constat, ob quam praeter Britannos, & Germanos nullae aliae nationes, v. gr. Belgae, Sueci, Dani, & alii septentrioni viciniores populi, vocem

Digitized by Google

cem Paſchatos retinuerunt, tametſi alias ſermone utuntur a Germanorum lingua haut alieno. Sic Belgae appellant *paaſchen*, *paesdag*, Dani *Paaske*, Sueci *Päsk*, *Päskdag*, *Paaſcha*, Islandi *Paſcha*. In veteri verſione Gothicâ adhibetur pariter vox *Paska*. Cauſa ſcilicet eſt, quod illae gentes non tam Germanis, aut Anglis, ſed Gallis, v. gr. Ansgario, Remberto, Ebboni, eorumque ſociis, Chriſtianam, qua imbuti ſunt, doctrinam debent, aliter ac Germani, atque Helvetii, in quibus ad religionem ſanctam traducendis laboraſſe Anglos potiſſimum vidimus.

§. 15. Mirum tamen fortaſſis cuiquam accidere poſſet, nomen feſti adeo ſancti quale paſcha eſt, mutuatum eſſe a nomine temporis ſacrati olim idoli turpiſſimi cultibus. Sed bonum factum eſt, rem illam exemplo prorſus ſimili illuſtrari poſſe. Idem enim accidit, in nomine, quo Anglo-Saxones, Scoti, Dani, Norwegi, Sueci, Islandi, Finni, aliique Boreales feſtum inſigniunt Natalitiorum, nempe *Jul*, *Jule*, *Jeol*, (b) quod

(b) Vide de hac voce variisque ejus Originibus Jo. LOCCENII Antiq. Sueogoth. L. I. cap. 5. Olai WORMII faſtos Danicos L. I. c. 7. & 14. Cl. VERELII l. c. c. IV. G. BUCHANANI Hiſt. Scot. L. V. BEDAM L. de ratione temporum c. XIII. Th. MARESCHALLI obſ. ad verſ. Anglo-Sax. p. 520. 521 Joh.

Digitized by Google

quod in illa tempora incideret, quibus olim, antequam Christo nomina dederant, in Deo-

rum

Joh. BAAZII hist. eccl. Suec. p. 57. Gudm. ANDREAE Lex. Island. G. HICKES in Thes. T. I. p. 211. Hag. SPEGELIUM in gloss. Sueo-Gothico p. 207. & 613. Joh. IS. PONTANUM in epist. ad Stephanum, quae in sylloge epistol. edita ab Ant. Matthaeo est XLma. Si illorum virorum conjecturae novis essent augendae, quid si cogitemus de voce *Jul*, quae Suecis notat *poculum* (Vide Verel. L. c. pag. 56.) & convenit cum Graecorum γαυλος, cujus eadem est notio, & cujus frequens in festivitatibus Juleis erat usus? Num fortassis huc spectat illud hymni genus, quod potissimum in honorem Dianae vel potius Cereris, *quae prima docuit turgescere semen in agris, Falce coronatas subsecuitque comas*, quae ipsa etiam teste Athenaeo ιυλω, vel, ut habent Eustathius & Apollonii Rhodii Scholiastes, ουλω dicta fuit, decantari solebat. In illo, haec voces identidem resonabant, πλειον ΟΥΑΟΝ, ΟΥΑΟΝ ιει, ΟΥΑΟΝ ιει. Factum id esse potissimum εν θαλασσιων festo, quando & pro acceptis frugibus ajebant DIS grates, & pro sequentis anni laeta segete vota faciebant, adeoque eo tempore, quo & *Julum* festum agebant populi boreales, haud inepte conjicit Paulus Jac. *Eccardus* in polita dissertatione, de ιυλω ἀσμάτι, quam Wittebergae a. 1721. vulgavit. Sed, cum illis festis *Jul* diebus id agebant praecipue, ut sepositis agitantes otia curis, indulgerent genio, viverentque hilariter, paene crederem, ab *hilaritate*, cui illi dies dicati erant, nomen traxisse. Suecis enim teste Spegelio JOLLA, est laetus, hilaris, uti Anglis JOLLY, & Gallis JOLI. Sed quis aliquid certi indubiique in id genus rebus afferet?

Digitized by Google

rum ſuorum honorem dies feſtos & comeſſationes inſtituere fuerant ſoliti. Commemorabile eſt, quod Ditmarus Merſeburgenſis L. I. Chronic. de Danis & Northmannis narrat. *Eſſe in illis partibus locum, caput iſtius regni* Lederun *nomine, in pago, qui* Solon *dicitur, ubi poſt novem annos menſe* JANUARIO, *poſt hoc tempus, quod nos* THEOPHANIAM DOMINI *celebramus, omnes conveniant, & ibi Diis ſuis XCIX. homines & totidem equos cum canibus & gallis pro accipitribus oblatis immolent, putantes hos placaturos eisdem.* Clarius haec idiſcimus ex Olai VERELII obſerv. ad Hervarar ſaga (editis Upſaliae 1672. f.) p. 56. cujus verba, quia liber in his oris occurrit perrarenter, non pigebit adſcribere. *Vocavere menſes illos* (Decembrem & Januarium) *Angli pariter & Scandiani ex ſacrorum conviviorum feſtivitate JOL. Et Januario quidem antiquior ea appellatio a ſacris ethnicis & comeſſationibus, quae in ejus finem incidebant. Sed quia Chriſtianis placuit feſtivitati & gaudiis natalis Domini noſtri, antiquum comeſſationum nomen JUL tribuere, ideo & Decembri menſi haec appellatio non incongrua viſa eſt Anglis. Abolitis enim gentilium ſacrorum, & comeſſationum iſtarum abominationibus in nomine ipſo JUL nihil impietatis ineſſe exiſtimarunt majores noſtri, quin illud recte iſti feſtivitati & hilaritati adhiberetur, quam longe alia de cauſa, ac occaecati anteceſſores ipſorum in natali Domini*

Digitized by Google

postri agitabant. (c) Confirmat haec Loccen. in A. S. G. L. I. c. 5. & tandem addit. *Sic retento gentili nomine, cui adsueti erant, tamen abominantur gentilium idololatriam, velut aliquot mensium ac dierum gentilium nomina ex consuetudine, si absque superstitione adhuc usurpant.* Simile olim apud eosdem contigit circa festum paschatos. Quod patet ex *Olafs Saga* cap. 117. cujus verba idem Verelius affert p. 54. *Consuevit Sigardus tria sacra peragere qualibet hieme* (i. e. anno) *unum in autumno, alterum media hyeme, tertium ineunte æstate. Postea vero quam Christianus factus est Sigardus consuetum morem retinuit, quoad commessationes, ita ut in autumno amicos ad se invitaret, media vero hieme comessationes Jolenses celebraret, tertiam vero paschatis tempore comessationem institueret, eam quidem hominibus satis frequentem.* Pariter ibi pag. 57. allegatur locus ex Snorrone Starla in vita regis Itaquini Adelstenii Fostra,

(c) Non tamen idem contigit voci Weynachten / qua Germani idem natalitiorum festum indicant, quasi haec vox ex gentilismo quoque nobis relicta fuerit, & sit *nox vini*, cum aliud nihil sit, quam *nox sancta* seu *sanctificata*; eine geweyete Nacht; Illam tamen opinionem habet Valentinus Ickelshamer in gramm. Germanica, die Teutschen sind in ihrer Sprache so ungeübt / daß so schon ein Wort noch aus Glück bey seinem rechten Nahmen blieben ist / sie dennoch solches nicht verstehen / was es sey oder heisse / als Weynachten / so über blieben von dem Heydnischen Gottesdienste / Nox vini.

Digitized by Google

qui ante regnum initum Christianae religioni in Anglia initiatus fuit, quam postea rebellionis metu eum palam profiteri non auderet, lege sanciit, ut Norwegi commessationes JULIAS eo tempore celebrarent, quo Christiani natalem Domini celebrarent. Parili itaque ratione, ut paganorum se caerimoniis aliquantulum accommodarent, sensimque ad celebranda sacra nostra allicerent, nomen festi, Osterae sacri ad memoriam resurrectionis Dominicae recolendam transtulerunt.

§. 16. Intera Osterae commemoratio memoriam mihi refricat HYSTERAE, quam olim à Cajanis sive Cainianis cultam traditum est. Irenaeus L. I. c. 31. haec habet. *Jam autem & collegi eorum conscriptiones, in quibus dissolvere opera HYSTERAE adhortantur; HYSTERAM autem FABRICATOREM COELI ET TERRAE vocant.* Quae non aliena sunt ab iis, quae Epiphanius in panario L. I. haer. 38. scribit. Και ἄλλα τινα συγγεγραμμενα ἑαυτοις πλασαντες κατα της ΥΣΤΕΡΑΣ, ἣν ΤΣΤΕΡΑΝ την ποιητην της παντος τουτου λεγουσι, ἀφανεστερον γης καλουσι. Quid sibi illa *Hysteta coeli & terrae conditor* vult, quam illi dicuntur divinis prosecuti honoribus? *Uterum* hanc vocem aut *vulvam* docti viri interpretantur. Sed quis persuaserit sibi tantam vecordiam cuiquam innatam esse potuisse, ut uterum tanquam coeli terraeque fabricatorem coleret. Si ex sententia Rhenferdii Cainitae haeretici nunquam

Digitized by Google

quam in rerum natura fuerunt, sed eo nomine tantum appellati fuere impii & idololatrae in oppositione filiorum Abelis, aut Sethi, i. e. fidelium, anne Hystera haec cum Astera, Ostera, Astarte, cujus vulgaris maxime in illis terris cultus erat, eadem erit? Aut, si Cajani fuere pars Gnosticorum, anne & illi quod de Valentinianis, narratur, coluere Astarten? An vero vox Hystera, à סחר vel סדר, quod *lucere* esse propediem docebitur, nomen habens, eadem est cum τῳ Ωραιῳ sive τῃ Ωραιᾳ, quae pariter ab אור *lux* s. *ignis* descendunt, quarumque in veterum Gnosticorum historia perquam frequens est mentio? Ego nihil heic definio; Tot enim salebris impedita est veterum haereticorum scientia, ut, ubi tuto pedem figas, vix invenias. Qui me aliquid in hac causa solidi docuerit, is haud levem apud me initurus est gratiam.

Digitized by Google

VII.

THEODORO HASAEO,

S. D.

Irenæus Bibliophilus.

SIngularis illa benevolentiæ in me tuæ declaratio, quam in doctissimis ad observatiuncularum mearum trigam, cui locum VII. in Fasc. V. Tomi VII. hujus Bibl. attribuere tibi placuit, annotationibus dedisti, audacem me fecit, ut hoc, quicquid est spicilegii ad p. 934. & seqq. loc. cit. te allegare, VIR celeb. tuoque inscribere nomini, haud sane dubitaverim. Liceat enim vel sic tibi animum gratissimum pro favore tuo, æque ac pro præstita isthac opera egregia, de qua & multi alii viri docti tibi obstrictos se profitebuntur, significare. Equidem exigua sunt, fateor, quæ afferam, verendumque mihi valde est, ut ea luce digna existimes. Interim confido, vel tantillum in his ipsis inesse, quod tibi non omnino existet ingratum. In ultima nempe observatiuncula mea, conjecturam quandam ex libello Herm.

Digitized by Google

Herm. Wittekindi (a) depromptam, doctissimorum virorum pari, Gottfr. *Tentzelio*, & Jo. Christoph. *Oleario*, verbi divini in Ecclesia Arnstadiensi ministris fidelissimis, proposui; annon probabile videatur, locum de Johanna Papissa, quem ipsorum libellus refert, ab ignoto illius auctore, depromptum esse ex codice quodam Richardi, Romanorum Pontificum series, inscripto, ex quo, in bibliotheca Vaticana tum servato, Sec. XVI. virum quendam honestum simillimum locum descripsisse, ipsique postea ostendisse, fatetur Witekindus. Nullus, quod sciam, præter illum, aliis vetustis scriptoribus, qui de Jo. VIII. femina, testimonia perhibuere, hunc Richardum, addidit, adeoque, si, quod optandum, in Guil. Redii opere, cui Chronicon Richardi intextum est, (b) quodque in Bibliotheca Cottoniana MS Cum exstat, investigaretur, quid hac de re ibi contineatur, sique verba ista ibidem reperiantur; dubium amplius esse non posset, Martini Poloni locum non solum genuinum, sed &

(a) Possideo librum quendam, VITAE VIRORUM ILLUSTRIUM, inscriptum, Basileæ, M. D. LXIII. in fol. excusum, a cujus pag. 677. usque ad finem libri, sive p. 695. hoc quoque reperitur opusculum: *Cæsarum vitæ, quot & quemadmodum apud Suidam inveniuntur*, HERMANNO WITEKINDO *collectore*.

(b) Vid. Bibl. hujus T. VII. p. 939. not. (q).

Digitized by Google

& præcipue ex Richardi isto libro desumtum esse. (c) Quicquid tamen hujus sit, mihi potius propositum nunc est, de laudato Herm. Witekindi libello, nonnihil racemationis meæ afferre, tum & alia quædam connexa, pace tua, exhibere, quæ ut tibi sese probent, omnium maxime exopto. Maximopere igitur devinctum tibi, VIR clarissime, contestor animum, quod opusculi hujus mihi inprimis chari, auctorem, antea mihi,

(c) Non possum non hac occasione gratias Tibi agere; HASAEE humanissime, pro officio, p. 936. not. (k) in allegandis & excitandis scriptoribus, qui de Martini hoc loco ex instituto agunt præstito. Ipse ego, quando p. 930. not. (p) magni illius Jo. Christ. *Wagenseilii* Diss. quandam citavi, in qua hunc locum cum MSC. quod cœnobium Heilsbronnense (non Heilbronnense, ut operarum aberratione ibi *impressum* est) servat, quemque codicem veterem probumque is vocat, comparavit; nunc quoq; id addo, Wagenseilium quicquid hoc de argumento in laudata Diss. attinet, pancis immutatis, nonnullis quoque additis, postea transtulisse in partem tertiam synopseos suæ historiæ universalis, a p. 128. sqq. quæ pœne juvenilis Locul. III. part. 2dam constituit, ubi p. 134. & obiter indicat, ex Alex. Cooke assertione, asservari Oxonii in Anglia Bibliothecam Collegii Novi exemplar MS. Ranulfi Cestrensis, in quo historia Johannæ Papissæ cultro deprehendatur erasa. Id quod & observat Borneggerus in collectan. suis, quæ editionibus Witekindiani libelli, Helmstad. & Lugd. Batav. procuratis, adjectæ sunt, pag. 70. edit. Lugdun.

Digitized by Google

mihi, fateor, ignotum, not. (h) p. 934. indicare, ibidemque aliud quoque benevolentiæ specimen insigne proferre volueris. Illum Hermannum WITEKINDUM esse, facillime tibi assentior. Hunc enim & B. Casp. Sagittarius (d) nominatim adducit, eique, nisus fide Wittenii, tractatum singularem, quod mulier fuerit Papa, tribuit. Ubi vero sit impressus non indicavit. Cumque tuam editionem, A. M. D. XCVII. in 4. vocari alteram non sine auctario, ipse fatearis; dolet mihi omnino, quo anno & loco primum omnium id scripti prodierit, nondum liquere. Age ergo, mihique sex editiones hujus libelli paucis descripturo, haud gravatim attende.

I. Editionis omnium primæ huuc fuisse titulum, Goulartius testatur: *Jesuitas Pontificum Romanorum Emissarios, falso & frustra negare, Papam Joannem 8.* fuisse meretricem. (e)

II.

(d) In Introd. ad Hist. Eccles. Cap. XXVI. §. XXV. p. 685.

(e) Locum, annum & formam impressionis, addere non licet, ex Goulartio tamen conjicere licet, eam Sec. XVI. ultima annorum decade fuisse impressam. Ille enim affirmat, hunc libellum ante aliquot annos (scripsit autem Dedicat. suam Cal. Aug. 1597.) editum fuisse. Cetera facile carere possumus hac prima editione, tum quia postea auctior & emendatior est excusum isthoc

Digitized by Google

II. Alterius hanc inscriptionem esse, αὐτόπτης ipse doces: *Jesuitas singulares SS. Pontificiæ Majestatis hoc tempore vindices*, falso & frustra negare, Papam Joannem VIII. fuisse mulierem. M. D. XCVII. 4. Neostadii ad Hardtam. editio altera non sine auctario. (f)

III. Subsequenti anno 1598. Neostadii in 8. re-

isthoc opusculum, tum quia totum ex prima editione, nonnisi prologo & epilogo omissis, ubi contra Jesuitas disputat Witekindus, inseruit Tom. II. Catalogo Testium veritatis, Simon GOULARTIUS, Sylvanectensis, Pastor Genevensis, illius Catalogi continuator, qui nomen suum his literis initialibus in titulo & Dedic. addidit S. G. S. (vid. Placcius in Theatro Anonymorum n. 1071. p. 270. b.) Prodiit ille Tomus II. Lugduni MDXCVII. 4. maj. hujus Lib. X. a pag. 179. usque ad p. 189. est insertus. Auctor ipsi audit Anonymus. Qui hanc editionem cum altera conferet, revera discet, hanc illa longe esse auctiorem. Interim patet hinc præstantia hujus libelli, quem Goulartius dignum habuit, qui integer operi suo inseretur. Id emitti non debet, recusam hanc primam editionem esse Helmstadii 1662. 4. ceu mox ostendam, ad Helmstadiensem vero ea, quæ Lugduni Bat. prodiit, videtur expressa, hæcque Lugdun. quæ mihi ad manus est, pariter titulum generalem, infra n. VI. videndum, forte a Jo. Sauberto additum, pag. 1. ante principium tractationis ipsam illam inscriptionem habet præfixam, quam titulum primæ editionis constituere, ex fide Goulartii, scripsi.

(f) Vid. Bibl. hujus T. VII. p. 934. not. (h) & pag. 935

Digitized by Google

8. recusus est hic libellus, hoc tit. *Jesuitas singulares pontificiæ majestatis vindices falso & frustra negare, Papam Joannam VIII. fuisse feminam.* (g)

IV. Quarta hujus libri Ambergæ, 1609. 8. publica editio hac gaudet rubrica: *Jesuitas singulares SS. Pontificiæ majestatis hoc tempore vindices falso & frustra negare*, Papam Joannem fuisse mulierem. (h)

V.

935. not. (i) In Bibliotheca Amerbachiana, sive catalogo variorum & rarissimorum in quavis facultate librorum, quos Amerbachiadæ venales exponunt, Basil. 1659. 4. qui hodie haud facile obvius est, p. 87. hanc ipsam editionem hoc tit. video produci: Falso negari Joannem VIII. fuisse mulierem, 1597. 4. nec locus, nec nomen auctoris additur, ipseque titulus in compendium missus est a conditore hujus catalogi.

(g) Draudium in Bibl. Class. p. m. 872. hanc editionem excitare, ipse ego T. VII. p. 935. 936. Bibl. Brem. monui, conjecturam vero ibi productam, ac si hæc editio illa ipsa esset, cujus ego fragmentum possideo, nunc dimitto: Ambergensis enim exemplum quoddam me habere, statim demonstrabo. Si objicias, Draudium forte errare, & 1698. pro 1597. posuisse, respondeo, illum & locum & formam addidisse, potuisseque fieri, ut ex hac repetita editione impressionis locum tuo exemplo, VIR Celeb. vetusta illa manus adscripserit.

(h) Meminit hujus impressionis Ven. Jo. Andr. Schmidius in Supplem. ad Sagitt. introd. Hist. Eccles. T. II. p. 627. conf. Celeb. VIR. ipsam hotam

tuam

Digitized by Google

V. Quinta vice, Helmſtadii A. 1662. 4. iſthoc opuſculum recuſum, eique hic titulus, forte ex omnium prima editione, præfixus eſt: *Hiſtoria Joannis VIII. Romani Pontificis, virum primum ſimulantis, poſtea, ſexum ſuum partu in pu-*

tuam (i) p. 935. T. VII. Bibl. tuæ. Atque hæc, ni me omnia fallunt, eſt editio, à memet ipſo p. 934. Cl. VII. hujus Bibl. deſcripta, cujus titulum cum primo folio periiſſe, libellum vero paginis 49. conſtare dixi, formam vero, quæ eſt octies partita eſt, indicare tum omiſi. Inſcriptio ſuperne addita hæc eſt: PAPAM JOHANNEM VIII. FUISSE MULIEREM. A pag. 44. ad fin. usque adjecta ſunt carmina, quæ num in editione tua, VIR humaniſſime, itidem compareant, TU videris. Primum eorum, in editione Lugd. Bat. mox memoranda, omiſſum, inſcribitur: *Aſſertio inconfutabilis, mulierem Romæ fuiſſe Pontificem.* Incipit his verſibus:

Prob veritatem! Prob Deum atque hominum, fidem!
Mendaciorum quam uber & larga eſt ſeges
HERMANNE! quanta nugivendum copia! & reliqua

Haud obſcuris indiciis Hermannus Witekindus libelli auctor, hic proditur. Memorabile & prolixum hoc eſt carmen, cujus ſcriptor anonymus militem armatæ militiæ ſe ſubſcripſit. Hunc puto illum virum honeſtum eſſe, qui cum Herm. Witekindo locum illum Richardi, (vid. p. 939. T. VII. hujus Bibl.) ex Vaticanæ Bibl. codice à ſe deſcriptum, communicavit. Romæ enim illum fuiſſe, teſtantur hæc carminis verba:

Digitized by Google

At sustulere nuper hanc statuam graves
Fanæ Patroni, & castitatis vindices,
Paullo ante quam Romam venirem: sed tamen
Monstratus est mihi à perito idem locus,
Abominati marmoris vestigium,
Quo sculpta mulier Pontifex puerpera &c.

Imo confirmor in hac conjectura, quia & verba illa, ubi de Richardi codice agitur, & locus, in quo Witekindus de destructa statua Romæ, disserit, in prima editione omissa sunt, ceu videre est p. 182. princ. & p. 184. lin. 13. Catal. Test. Verit. cui ille insertus est libellus primæ impressionis. Quæ loca, una cum hoc carmine, Witekindum existimo postea demum ab hoc nobis incognito viro, quem vocat honesto, accepisse, & alteri auctiori editioni primum suo quoque loco inseruisse. Quæ suspicio num fundamento suo nitatur, Tibi licebit dispicere, Hasæ humanissime, quando tuam hujus opusculi editionem alteram, 1597. evulgatam vel recusam cum auctario, cum excitatis ex Catal. Test. veritatis Goulartiano, locis haud gravaberis conferre. Sequens Carmen cujus exordium tale est:

Imprudens fuit illius Papatus,
Qui dictus Papa, quum foret Papissa, &c.

Cuique auctor ejus nomen suum his literis initialibus: H. S. P. subjecit, in editione Lugd. Bat. extat. Reliqua vero tria, in Leidensi hujus libelli iteratione, non comparentia, ad Jesuitam unum, duoque alia, quorum ultimum hoc disticho inchoatur:

Quid non designat tua dispensatio, Roma?
Sexu in utroque simul miscet utrumque genus,

Ce-

Digitized by Google

Cetera, unum credo eundemque auctorem habere, qui his literis: S. S. L. ultimo carmini adjectis, facile se mihi prodit, quod sit doctissimus ille Jesuitæ Jac. Gretseri adversarius, Simon STENIUS, Lomacensis, Profess. Heidelb. cujus hunc possideo libellum: Simonis Stenii, Lomacensis, Jacobus Greitserus - triumphatus &c. Ambergæ, typis Johan. Schönfeld. 1605. 8. procusus. Hunc enim felicissimum poëtam fuisse, patet tum ex ex L. I. Cap. X. p. 199. sqq. ubi carmen ejus extat prolixum de Luthero redivivo per quietem viso cuidam ex familiaribus, quem æque ac se ipsum amare se scribit, compositum. (Addit tamen pag. 205. hæc verba: Neque enim ad Calvinianos secessissem, si omnia Lutheri mihi probarentur; Conf. pag. 301. ubi, Inquisitio, inquit, Saxonica me non expulit, sed sua sponte cedentem & volentem in Palatinatum compulit.) Tum quoque ingenium ejus poëticum prodidit Lib. I. Cap. XI. p. 225. sqq. quo loco παῳδίαν ad Horat. Lib. 4. Od. 5. ad August. exhibet, quam in honorem Illustriss. sui Electoris, à se iterum Rectore an. 1598. editam, votum complecti scribit pro felice ejusd. elect. reditu ex superiore in Palatinatum inferiorem. Quid? quod ipsi aversa tituli paginæ Epigramma ad lectorem addidit, cujus ultimo disticho:

De profligato Greitsero jure triumpho,
Sic merito deinceps vociferabor Jo.

Literæ initiales S. S. L. pariter subjectæ cernuntur. Id adhuc observo, Stenii forte auspiciis, Ambergensem Witekindiani libelli impressionem factam esse, cujus Gretserum triumphatum ibidem antea jam excusum, memoravi. Typi utriusque libri, ni prorsus fallor, iidem sunt, neque errarvero, si typis Schönfeldianis Witekindi opusculum recusum esse, confidenter scripsero.

Digitized by Google

imprimis technis vindicata. (i)

VI. Ultima, quæ nobis innotuit, hic ordine *sexta* Editio, quæ & ad manus est, talem gerit titulum: *Historiæ Joannis VIII. Romani Pontificis, virum primum simulantis, postea sexum suum partu in publica via edito, prodentis, a Jesuitarum inprimis technis vindicatæ, editio ultima, priori emendatior. Accedunt in fine viri cujusdam celebris, critici eandem in rem collectanea.* Lugd. Batav. ex typographia

(i) Produxisti, VIR πολυμαθεστατε, in Bibl. Tuæ Cl. VII. p. 935. not. (i) hanc editionem, sed addidisti, Te non habere dicere, sitne alius Witekindi libellus ab hoc, nec ne? Quare evolve sis Ven. Jo. *Fabricii* Hist. Bib. P. IV. n. CVII. p. 269. cui hunc titulum debeo, æque ac hanc notitiam, historiam hancce complectentem testimonia scriptorum quorundam, factum illud commemorantium, ITERUM EDITAM ESSE à Joh. Sauberto. Addi ibidem viri clarissimi M.B. historici ac critici perquam celebris in eandem materiam collectanea: Cum quibus conferri possint, quæ leguntur, in Berneg. (hunc enim esse illum M. B.) Demol. idol. Lauret. p. 48. Auctor ergo hujus libelli Witekindus, nec Sauberto, nec Fabricio, nec, qui eandem hanc Helmstad. editionem adduxit p. 686. introd. suæ ad H. E. Casp. Sagittario, fuit cognitus. Præstantissimus Academiæ Altorfinæ Theologus, Dn. D. Gust. Georg. ZELTNERUS in vitis Theologorum Altorfinorum, sigillatim in vita Jo. Sauberti Jun. p. 406. inter scripta ejus n. 23. eundem, cujus modo

Digitized by Google

Johannis Kellenaer, typographi habitantis in platea vulgo dicta de Heerensteeg, prope templum Petri, 1677. 12. pagg. 71. (k)

Habes

do titulum dedi, refert, in nota (uu) tamen addit, eandem esse hanc historiam, quæ Lugd. Bat. hoc titulo præmisso, altera editione, A. 1677. 12. impressa prostet, in opere autem ipso veritatem hujus narrationis solidis argumentis & testimoniis adstrui; eumque libellum *iterum editum* a b. Sauberto, & appendicem literis M. B. notatum, Bernoggeri esse, S. Venerab. D. Fabricium in Biblioth. T. IV. f. 269. commemorare. Hæc ille, cui & ipsi non notus fuit verus hujus opusculi conditor. Esse vero eundem hunc libellum cum Witekindiano, statim ex Lugdunensi Bat. ad Helmstad. dictam impressa vel recusa Editione, demonstratum ibo, si prius hoc observavero, in Catalogo Bibl. Rechenbergianæ Part. II. p. 150. n. IIII. libellum, sine auctoris, loci & anni indicio, formæ quadripartitæ, excitatum, hocque titulo præscriptum: *Historiæ Joh. VIII. Pont. Rom. a Jesuitarum technis vindicatæ, editio nova*, eundem sine dubio esse nostro opusculo Helmstadiensi recuso.

(k) Hanc editionem referre illam a Joh. Sauberto Helmst. procuratam, paullo ante not. (h) dictum est. Ipsi tractationi sequentem præmissam cerno inscriptionem: Jesuitas, Pontificum Romanorum emissarios, falso & frustra negare, Joannem VIII. fuisse mulierem; quem titulum primæ editionis esse, supra ex Goulartio ostendi. Exordium libelli tale est: *Novum istud sacrificulorum & mystarum genus, nostra primum ætate, Venetiis a quodam milite Hispano inceptum, a Papa Paulo IV. approbatum, plane tali suo auctore dignum*, & reliqua. Vi-

deo,

Digitized by Google

Habes hic sex hujus tui libelli editiones, VIR, quas non metuo ingratiis tuis a me

 pau-

deo, in fragmento mei exempli, quod ex Ambergensi editione unum esse, supra ostendi, primum folium defuisse, quod ex hac Lugdun. supplevi: namque dum titulum cum primo folio interiisse, doleam, pag. 3. hic sensus hiulcus libello auspicium dabat: - chis *æque grati & vicini* & alumni &c. quem ex Lugdun. Bat. impressione integrum nunc habeo talem: Non omnibus ea de causa Canonicis istis & Benedictis Monachis æque grati vicini & alumni &c. scilicet Jesuitæ. Non possum TE celare, VIR S.R. totum hoc opusculum meum cum hac Lugduni recusa editione a me diligentissime collatum, variasque lectiones studiose collectas esse. Cumque Ambergensem meam innumeris in locis auctiorem, in plerisque immutatam, correctam & recognitam, adeoque præstantiorem quam Lugduni Bat. recusam, animadverterem, suspicor, hanc ipsam Lugd. uti & Helmstadiensem, omnium primam hujus opusculi editionem, referre, Ambergensem vero ad illam, quæ 1597. 4. impressa, recusam esse. Abest quoque in Lugdunensi, p. 23. locus, ubi de Richardi Codice, p. m. 14. agitur, quemque in hac Bibl. T. VII. pag. 939. excerpsi. Desiderari itidem carmina nonnulla, quæ in Ambergensi habentur, superius indicavi. Unum hoc addo, p.m. 7. in fin. legi hæc verba: *hoc* seculo ab Erasmo, aliisque viris doctis &c. Lugdunensis p. 12. in fin. legit: *superiore* seculo ab Erasmo &c. Ex quibus verbis dubium enasci posset, meam editionem in 8v. expressam, forte illam esse, quæ, ut Draudius perhibet, Neostadii 1598. 8v. prodiit, eodem scilicet seculo, quod Erasmus eruditione sua illustravit. Neque valde re-

fra-

Digitized by Google

paulo ſtudioſius eſſe deſcriptas. Pergendum vero nunc eſt pace tua, ad alia. Cumque Helmſt. 1662. excuſum opuſculum, Witekindum habere auctorem, demonſtraverim, id quod TE, ut not. (i) pag. 935. T. VII. Bibl. Brem. fateris, fugit; partium mearum eſſe arbitror, dubio tuo circa alium libellum, Oppenhemii 1619. 8. hoc tit. *Johanna Papiſſa toti orbi manifeſtata*, excuſum, tibi nato, nunc occurrere. Hujus putas, ſed nonniſi per ſuſpicionem, auctorem eſſe Levinum Hulſium, cujus Oppenhemii in 8v. impreſſum tract. de Joh. Pap. in Facet. Facet. p. 162. laudari ſcribis. (l) At enim vero vellem fragabor, fragmentum meum exempli cujusdam, Neoſtadienſis impreſſionis, eſſe: niſi malis credere, Ambergenſem editionem illam quæ 1597. publicata eſt, exacte referre. Ita & p. m. 24. lin. 2. Chronic. Alberti Stadenſis *nuper* Helmſt. impreſſum dicitur, in Lugd vero τὸ *nuper*, omiſſum video. Cum vero curante Reineccio illud Chronicon *Helmſt.* 1587. 4. excuſum ſit, levis inde conjectura de prima Witek. libelli editione hauritur. Interim obſervavi quoque, nonnulla in Lugd. edit. rectè eſſe immutata, correctaque, ex. gr. num. 1326. in loco Martini Poloni p. m. 13. edit. Amberg. extans, in Lugdun. p. 22. per numerum 1278. eſt emendatus: Conf. notam tuam (m) p. 937. T. VII. Biblioth. tuæ, HASARE præſtantiſſime. Plura, ne moleſtus ſim, coacervare ſupersedeo id potius addens, Berneggeri adjecta collectanea 40. fere ſcriptorum teſtimonia indice digito oſtenſa, continere.

(l) In Catal. Bibl. Ad. Chriſt. *Jacobi*, 1693. 8. Lipſ. edi-

Digitized by Google

lem inſpexiſſes Sagitt. intr. ad H. E. Cap. XXVI. §. XXV. p. 685. qui Alexandri *Cooke* dialogum adducit, quem inſcriptum eſſe, ait: *Johanna Papiſſa toti orbi manifeſtata.* (m) Occupatum me hactenus tenuit aliqualis racematio ſuper notam Tuam h. & i. p. 935. T. VII. Bibl. tuæ. Ad quam pauciſſima adhuc bona cum venia tua, addere liceat, quando præcipue hæc occaſio offertur, nonnulla, de hac ipſa, quam hi libelli pertractant, materia proferendi. Scriptum, quod ibidem producis, 1588. 4. editum, cui tit. *Simplex narratio* &c. utut omni adhibita cura quæſitum, a me reperiri nondum potuit. Præter Gretſerum, quem ejus mentionem injicere, affirmas, Lud. Jacobi quoque in Bibl. Pont. Lib. 2. p. 260. illius meminiſſe, docet Sagitt. in introd. p. 683. qui & eundem titulum, quem Tu dediſti, integrum protulit, ſicut & totum exhibuit, & 1588. 4. prodiiſſe hoc opuſculum, teſtatus eſt M. Ge. Draudius in Bibl. Claſſ. p. m. 872. ſub tit. Papa femina. Hæc habui ad Bibliothecam tuam Bremenſ. addenda: reliqua pertinent ad ſupplementum ſupplementi Schmidiani

edito, P. I. p. 152. n. 2908. quidam liber memoratur brevi hoc titulo: *Johanna Papiſſa.* Oppenh. 1616. 8. ſine auctoris, quem tamen Levin. Hulſium eſſe putas, nomine.

(m) In nota (b) citat Sagitt. de hoc libro Anton. a *Wood.*

Digitized by Google

ad Sagitt. introd. Cap. XXVI. §. XXIII. sqq. quod pag. 626. 627. Tom. II. a Viro illo Vener. subministratum est, hic quidem admodum parcum. Adjici itaque ante omnia meretur egregia illa præfatio, Joh. Christoph. Olearii ad libellum quendam a Gottfr. Tentzelio recusum, cujus titulum vide in hac Bibl. T. VI. p. 371. coll. T. VII. p. 934. in ea enim non contemnendum ad hactenus ab aliis dicta spicilegium reperitur. Ita & Petrus Juriæus in Histor. Calvinismi & Papismi parall. T. II. Lib. I. omnino evolvi debet. Nuper quoque Vir Clar. Jac. *Bruckerus* in accurate elaborata de vita & scriptis Celeb. quon-

Wood. Hist. & Antiq. Univ. Oxon. l. II. p. 64. *Wittenus* in Diar. Biogr. ad A. 1632. 23. Jun. testatur, Alex. Cooke idiomate populari scripsisse de Papa Johanna. Qui liber dein latina veste indutus, Oppenhemii 1619. 8. prodiisse potuit. Atque dum supra sub fin. not. (b) Wagenseilium ex Alex. Cookii hoc libro quædam notasse, monuerim, quæ in Witekindi libello non reperio, dubitare amplius non debes, hujus ab illius opusculo aliud omnino esse. Adeoque *Oppenhemium* tres tractatus de hoc argumento, orbi erudito dedit, si auctorum citatorum fide standum est. Primus 1612. ibi editus, Conradi *Deckeri* quem Wittenius quoque Tomo II. Diarii Biogr. ad a. 1620. inter scripta ejus refert. Alter Levini *Hulsii*, in Facet. Facet. adductus, 1616. 8. forte apparuit, teste catalogo *Bibl. Jacobianæ*, vid. supra not. (k) Tertium Alex. *Cooke*, eodem loci 1619. 8. prodi-

Digitized by Google

quondam viri Eliæ Ehingeri commentatione, (n) ex MSC. Ehingeri, mantissæ loco, inter alia, adjecit libellum, cui tit. Papa mulier Johannes VIII. a pag. 163. ad pag. usque 172. sed nil nisi collectanea quædam, ex libris, rariss potiss. & exotici idiomatis nonnullis, à se in usum suum excerpta, continet. Quæ hic p. 170. n. XI. ex libro quodam vetusto german. afferuntur, conferri debent cum iis, quæ Olearius p. 10. suæ præf. ex alio libello germ. excerpsit, quæque eadem sunt quoad res & verba. Ibid. p. 164. n. IV. ex ital. libro, cui tit. Le cose miravigliose della citta di Roma, con il nome delle reliquie & stationi &c. in Milano per Jo. Anton. da Burgo, prolixus locus, italice exhibetur, qui idem est illi, quem Tenzelii recusus libellus p. 77. sqq. latine habet. Quid? sequenti pag. 166. Ehingerum excerpsisse videmus alium librum, inscriptum: Mirabilia urbis Romæ, nova, recognita & emendata, atque in verum sensum reducta, anno Jubilæi M. D. L. Romæ excusa, apud Anton. Asculanum. Hic lit. c. bb. occurrit integer ille locus; qui Tenzelii opusculum tantopere commendat, totidem verbis, paucis-

Kk 5 si-

djisse, TE habeo auctorem, VIR. Cel. Qui omnes à Witekindi opusculo in vicinia evulgato, diversi existunt.

(n) August. Vindel. 1724. 8. edita. In transitu li-

ceat

simis immutatis, quæ rei ipsi nil quicquam detrahunt. (o) Sed ad alia progrediendum. Sleidanus Comment. Lib. IX. med. p. m. 246. sqq. excerpit libellum, cujus autor latere voluit, gallico idiomate conscriptum contra Pontificios, ad a. 1534. ubi pag. 248. lepidus locus de Joanna Papissa occurrit. Extat & Petri Pauli Vergerii, peculiaris, sed brevissimus (vidi enim & legi) hoc de argumento libellus, in Witekindiano quoque opusculo p. m. 34. allegatus. Libellus ille Schmi-

ceat hic aliquid observare ad librum hunc, ejusque p. 135. 136. diligentissimo ejus auctori forte haud ingratum futurum. Retulit ibi inter opera Ehingeri, quæ in MSC. reliquit, n. 2. S. Athanasii interpretationem Psalmorum, prelo ab eo paratam, cum addita in fine Chald. Paraph. R. Joseph, quam *B.* Arias Montanus in latinum sermonem transtulit; aitque, MS. hoc apud Francofurtenses asservari, teste Tenzelio in colloq. Menstr. 1698. p. 496. qui & aliud MS. in Bibliotheca Senator. Lipsiensi, extare, affirmat, quod idem Ehingerus manu sua descripsit, & D. Hoëo quondam obtulit. Hæc cum Tenzelius narret, addo, alterum hoc MSC. in Bibl. Sen. Lipf. nunc servatum in Biblioth. Ad. Christ. JACOBI, JCti & Consiliarii Elect. Saxon. olim fuisse, nam in ejus Catalogo, P. II. p. 357. inter libros MSC. in fol. n. 14. hunc quoque reperio, hoc titulo notatum: 'Ερμηνέια *Athanasii in Psalmos* ex Bibl. Augustana ab El. *Ehingero* scripta, Matthiæ Hoë muneri data.

(o) Unde hic libellus eodem quo ille alter Tenzelii pre-

Digitized by Google

Schmidii cujusdam, quem Heumannum, Virum clarissimi nominis pag. 142. sui schediasm. de Anon. & Pseude allegare dixi T. VII. p. 935. Bibl. Brem. interea temporis ipse in-

pretio est habendus; quod in ipsa urbe Romana, diu post Reformationem Lutheri impressus, locum tam commemorabilem refert. Alio ex libro italice scripto, Romæque 1570. excuso, hoc tit. Le *Cose miravigliose dell' alma Citta di Roma*, Ehingerus quæpiam hujus argumenti descripsit, quæ p. 166. 167. adducuntur. Unde credo, ex Tenzeliano opusculo hos libros Originem suam traxisse, qui subinde aucti & correcti illum locum retinuerunt primo integrum, dein sensim sensimque contraxerunt, usque dum tandem penitus, ex istius generis libris, qui mirabilia Romæ, & templa præsertim aliaque, describunt, veluti exterminatus est. Quod ne dixisse magis, quam probasse videar, producam alium librum, quem ipse possideo, quique Ehingerianis respondere videtur. En titulum illius: *Trattato nuovo delle cose maravigliose dell' alma citta di Roma, ornato di molte figure, nel quale si discorre di 300. e più Chiese. Composto da F. Pietro MARTIRE Felini da Cremona dell' Ordine de' Servi, & di tutte le antichita figurate & essa Città, già da Prospero Parisio aumentate, & hora dal sopradetto F. Pietro Martire con diligenza corrette, ampliate, e con bellissimo ordine disposte. Con Privilegio. In Roma, MDCXV.* 8v. In Dedicatione, quam Fr. Pietro Martire Felini Servita, (ita enim subscripsit) Di S. Maria in via il 1. di Gennaro, 1610. exaravit, fatetur ipse, se librum quendam cujus titulum exhibuimus, valde imperfectum, & quasi totum renovandum, amicorum pre

Digitized by Google

incidit in manus meas, quem, quoad fieri potest, breviter describam. „Titulum integrum primo afferam, qui talis est: Papa „mulier., sive vera & infallibilis narratio de „Papa Joanne VIII. femina, in qua de cœ„libatu Sacerdotum contra Franciscum Co„sterum, de castitate, dominio, successio„ne, Rom. Pontificum utiles obiter insper„guntur commonefactiones, annexa refu„tatione illorum, quibus in historia Joannis „VIII. mulieris, infringenda, nonnulli u„tuntur. Scripta in B. B. Lutheri, Hunnii, „My-

precibus emendandum & recudendum susceptisse *Essendo d' amici*, inquit, *pregato à pigliare qualche considerazione sopra un libro detto*: Le cose maravigliose dell' Alma Città di Roma, (eo titulum, qui & p. 166. vitæ Ehingeri producitur, ubi & liber., Romæ 1570. memoratur, impressus) *li diedi subito di mano, trovandolo assai imperfetto, si per le molte scorrettioni, come perche mancavano più della metà del soggetto stesso, à talche è stato necessario rinovato quasi tutto, & reliqua.* Hic uti & in Tenzeliano libello, describuntur templa, aliaque, p. 171. ubi templum ad S. Clementem repræsentatur, (qua occasione auctor opusculi Tenzelii locum illum notabilem scripsit) nil prorsus de de hoc argumento legitur, neque alibi quicquam reperire licuit, ut haud immerito statuere quis possit, ea, quæ in veteribus hujus libri editionibus, hac de re leguntur, in hac impressione expuncta esse, uti & nomen Joannis VIII. fœminæ in Catalogo Roman. Pontif. qui p. 222. sqq. inseritur, est omissum.

Digitized by Google

„Mylii, Gesneri, Rungii &c. Præceptorum „de tota Christiana Ecclesia meritorum, fa„mam ac nomen redimendum, quorum „manes Limnochares Esavitici è palude sua „Romanensi, inquietare nituntur, à quodam „FABRO Domini JESU, veritatis, reli„gionis Evangelicæ, & Academiæ Wit„tenbergensis Studioso. Witebergæ, typis „Laur. Seuberlichs, impensis Pauli Helwi„chii, Anno, MDC. IX. 8. pagg. 70. Auctor „idem ille mihi videtur, cujus Wittenius meminit ad A. 1632. 12. Decemb. qui illi emortualis fuit, etsi scripti hujus nullum ibi fit indicium. Dedicavit hoc suum opusculum D. Leonh. Huttero, in qua pridie diei natalis, qui Christo sacer, 1608. exarata, scribit, haut ante multos annos, Parentem suum, Ecclesiæ Christianæ ad 34. annos vigilantem ministrum obiisse, in marg. hæc adduntur: E. H. S. O. in ipso Ascens. festo, Maji, 17. A. 1604. Post procœmium, libellum hunc dispertitur in tria capita, quorum contenta enarrabo. C. I. p. 5. inscribitur: *Historiæ sive rei gestæ simplex narratio, cum nonnullis contra Franciscum Costerum de cœlibatu*, concludentibus Cap. II. p. 35. sistit objectorum pro Papæ-Mulieris historia infringenda, elenchum. Cap. III. p. 51. agit de vera rerum propositarum significatione. In Cap. II. a pag. 36. usque ad p. 50. disputat haud sane in-

Digitized by Google

indocte, contra anonymum quendam. Adscribam ipsa ejus verba p. 36. Edidit annis superioribus (p) quidam juvenis, cui de juris ac criticæ profectibus nihil cupio detractum, libros duos de utilitate legendæ historiæ, eosque Justo dicavit Lipsio, ubi ex professo, satis tamen puerliter hanc à sede Romana cupit amoliri puerperam. &c. Res omnis fere huc redit ad stabilienda testimonia scriptorum vetustissimorum, qui hujus historiæ mentionem fecerunt. p. 43. ait: Criticus noster Martinum (Polonum intelligit, quem paullo ante ex Archivo Papali hanc historiam fide dignissimam, descripsisse, dixit) fabulis celebrem vocat: Laurentius Francus, qui hac de re pro Papa ἀπολογίαν sive Apologiam scripsit singularem, (q) Martinum excusat, & ab aliis, cum typographorum ars nondum cœpisset, tot esse

(p) In inargine editio indicatur, 1593. Antverp. ex offic. Plantiniana. In Catal. Bibl. Menck. pag. 172. Jo. Bernartii liber de utilitate legendæ historiæ, Antverp. 1593. 9. editus, memoratur, hunc innui hic credo, convenitque elogium ipsi datum cum illo Naudæi, qui in Bibliogr. Polit. p. m. 114. Bernartium judicium cum eloquentia conjunxisse, scripsit.

(q) Hanc Apologiam à Sagittario loc. cit. non video adductam.

Digitized by Google

se mendacia operibus inserta ait. (r) *Sic nimirum trepidant Pontificii, quos veritas & conscientiæ angor diversum sentire non concedit. Tergiversantur in hoc, quod ante paucos annos libere sunt confessi, uti evictum in capite primo.* Hæc ille. Sed sufficiant ista de libello hoc, cujus errorem quendam annotavit VIR Cl. HEUMANNUS in laudato de Anon. & Pseud. Sched. p. 142. Ceterum neque id non annotatum prætermittere decet, Vir Cel. Imman. WEBERUM, in Specim. secundo paroemiarum historicarum ad res Germaniæ illustrandas comparatarum, Giessæ 1716. 4. edito, occasione paroemiæ, Johannes imberbis, quam à Papissa Johanna, arcessendam putat, tribus fere plagulis erudite de hac historia agere. Cui ad manus non sunt illa specimina, is earum recensionem succinctam legere potest in Bibliotheca Historica Hamburgensi, Cent. VII. art. 98 99. 100. à pag. 301. sqq. conf. quæ Cel. Bierlingius in Comment. de Pyrrhonismo Historico, Lipsiæ 1724. 8. edita, Cap. I. §. XVI. annotavit.

Hæc adeo erant, HASAEE Venerande, de quibus publice TE compellare visum fuit, utinam tempestive satis & aliquo commodo tuo!

(r) Æquius ergo judicium tulit, quam Cas. Oudinus, merito in hac Biblioth. T. VII. pag. 957. not. (i) notatus.

Digitized by Google

tuo! Humanitati tuæ tribuas velim hunc conatū meum: aliud præstare temporis angustia, aliæque, quæ me circumstant, rationes prohibuere. Neque tamen vel sic improbandam censebis voluntatem meam, quæ tibi semper promtissima aderit. Vale, & quam ante hunc ipsum annum, oratione elegantiarum & doctrinæ plenissima, auspicatus es, Theologiam in Illustri Gymnasio profitendi, spartam, eam porro feliciter instrue, mihique favere perge.

Dab. Cal. Jul. Anno R. S.
MDCC. XXIV.

P. S. Liceat subjungere Dodecada scriptorum, quæ occasione concilii *Mantuam* & *Vicentiam* indicti, olim evulgata, hodie vero maximam partem, tanrum non conspectui hominum subducta sunt, ad supplementum diss. quam in fasc. I. hujus VIII. tomi p. 164. exhibuisti.

1. Ausschreibung eines heiligen freyen Christlichen Concilii, anno 1535. in 4. (a)

2. Bulla

(a) Constat sex foliis, sub fin. legitur: geben in unserm Göttlichen himmlischen Thron/ im Jahr 1535.

Digitized by Google

2. Bulla indictionis sacrosancti generalis Concilii, Mantuæ ad d. 23. Maji 1537. celebrandi. d. 2. Jun. 1536. emissa. (b)

3. Colloquium de futuro Concilio Mantuano, anno 1536, per Urbanum Regium, germanico idiomate, (c)

(b) Habetur apud Goldastum in Politicis Imper. conf. supra not. (k) ad §. VII. ubi & de ejusd. versione germ. agitur.

(c) Summe Ven. Abbas, Joh. Fabricius, in Hist. Bibl. suæ, P. II. n. 1. recenset opera Urb. REGII. In alterius ergo voluminis, quod scripta vernaculo sermone emissa, complectitur, Part. IV. n. 7. id colloquium reperitur. p. 12. Cel. Fabricius titulo allegato hæc addidit: *Nempe*, inquit, *Concilium Mantuanum indictum erat a Papa Paulo III. in annum proxime futurum. De eo igitur jam colloquuntur Pharisæus, Sadducæus & Orthodoxus, & horum ultimus disserit de nomine, potestate & convocatione concilii, quænam persona convocanda, de materiis seu argumentis concilii, & penes quem debeat esse jus decidendi seu definiendi.* Hactenus verba Fabricii. Mihi ad manus est editio in forma quarti ordinis, quæ hac gaudet inscriptione: Dialogus. Ein lustig unützlich Gespräch/vom zukünfftigen Concilio zu Mantua, zwischen einem Weltfromen/und einem Epicureer, und einem Christen/ durch Urbanum Rhegium, zur Zelle in Sachsen. Augustinus ad Januarium: Plenariorum conciliorum in Ecclesia saluberrima est autoritas. Constat 8. Philyris. In fine hæc lego: Das ander Gespräch von der Lehre/ soll/ ob GOtt will/ bald nachfolgen. Gedruckt zu Wittenberg/ durch Joseph Klug/ 1537. conf. Schmidii Contin. Introd. Sagitt. p. 1453. & Fabricii *Bibl. Gr.* Vol. XI.

Digitized by Google

4. Causæ, quare Synodum indictam à Rom. Pontifice Paulo III. recusarint Principes, status & civitates Imperii, profitentes puram & Catholicam Evangelii doctrinam. Vitebergæ, 1537. 4. ex officina Georg. Rhaw. (d)

5. Illustrissimi ac potentissimi Regis, Senatus, populique Angliæ sententia, & de eo concilio, quod Paulus Episcopus Romanus Mantuæ futurum simulavit, & de ea bulla, quæ ad Cal. Nov. id prorogavit, declarata A. M. D. XXXVII. (e)

6. Eine Unterredung zwischen den Pasquillen und Deutschen / von dem zukünfftigen Concilio zu Mantua. Psalm. CXXIV. gelobet sey der HErr / daß er uns nicht gibt zum Raube in ire Zorne. M. D. XXXVII. 2. plag. 4. Sine loci & auctoris mentione. (vid in not. (g) infra, locum Laur. Surii.)

7. Eine

XI. p. 712. ubi & editio Hamb. 1538. 8. producitur.

(d) Extat hoc scriptum in Goldasti Polit. Imper. conf. quæ dixi supra prolixe in not. (m) ad §. IX.

(e) Inserta est Tom. V. Fasc. III. n. VII. p. 507. sqq. Bibl. Brem. adde quæ disserui ad §. I. not. (a) & §. IX. conf. §. XI. not. (s) ubi de altero Anglorum recusationis libello contra Concil. Vicent. actum est.

Digitized by Google

7. Eine Frage des gantzen heiligen Ordens der Kartenspieler vom Karnöffel / an das Concilium zu Mantua, gebessert 1537. 4. 1. plag. (f)

8. Einer aus den hohen Artickeln des Allerheiligsten Päpstlichen Glaubens / genandt / Donatio Constantini, durch D. Martin Luther verdeutschet / in das auffgeschobene Concilium von Mantua, Witemberg / durch Hans Lufft / 1537. 4. 6. Bogen. (g)

9. Die Lügend von S. Johanne Chrysostomo, an die heiligen Väter in dem vermeinten Concilio zu Mantua, durch D. Mart. Luther gesandt. Wittemberg / 1537. 4. durch Hans Lufft / 4. Bogen. (h)

(f) Ill. Seckend. in ind. III. Comm. de hist. Luther. ad annum 1538. in supplendis n. 2. scribit, Tomo VI. Altenb. Lutheri operum p. 1087. haberi scriptum Satyricum ad Pontificem, nomine collusorum, qui de ludo chartarum quodam in Germania usitato, nec hodie plane abolito (Karnöffel vocatur) quæstiones proponunt, quibus Pontificis propositum de concilio Mantuæ indicto, & de reformatione curiæ suæ, falsè exagitatur.

(g) Reperitur etiam in Tom. VI. Jenensi Germ. ad A. 1537. n. 2. p. 520. (conf. Fabric. Bibl. Hist. P. I. p. 445.) & Tom. VI. Altenb. pag. 1088. vid. Seckend. index III. ad A. 1537.

(h) In eodem Tomo VI. Jen. Germ. n. 7. ad dictum an-

10. Warhafftiger Unterricht etzlicher Handlungen / die sich Pabst Pauli des Nahmens des dritten / Concilii halben / das er den nechstkünfftigen drey und zwantzigsten Tag des Meien, gegen Mantua bestimmt hat / zwischen Römischer Kayserl. Majestät Oratorn, und Vice-Cantzler / Doctor Matthiasen Held, und den Chur-Fürsten / Fürsten / Grafen / Herrn / auch den Städten / so der warhafftigen Evangelischen Bekäntnüß und Confession, verwand seyn / auff nehist / berührter Stende zu Smalkalden gehaltenem Tage / zugetragen haben. Und auf daß ein jeder Leser sehen und prüfen möge / daß obgemeldter Confession-Verwandten / gegebene Antworten / aller der Handlungen halben / darauf sich ziehen / ergründet und wahr / so sind am Ende dieses Drucks / dieselbigen Handlungen / wie die nacheinander ergangen seyn / angehenget. Wittemberg / M. D. XXXVII. 4. durch Georgen Rhaw, gehet im Alphabeth bis an den Buchstaben O. (i)

11.

annum, p. 534. exstat. (vid. Fabric. Bibl. Hist. Pl. p. 446.) & Tom. VI. Altenb. pag. 1102. vid. Seckend. comm. de Luther. Index III. ad a. 1537. *ubi & de aliis* huc pertinentibus Lutheri scriptis, agitur.

(i) Consulto integrum hunc titulum exhibui, quem Hort-

Digitized by Google

11. Declaratio altera Regis Angliæ contra concilium Vicentiam deinde indictum, Londini, 6 Idus April. 1538. (k)

12. Von den Conciliis und Kirchen/ Doct. Martin Luth. Wittenberg/ 1539. 4. durch Hans Lufft. 1. Alph. 10. Bogen (l)

Hortlederus non totum adscribi jussit. Is T. I. Lib. I. à Cap. XXV. sqq. pleraque hujus collectionis scripta, sed non eodem ordine, refert, cujus adjectam notam observari, utile erit.

(k) Germanicam hujus alterius declarat. Anglorum versio apud Hortled. T. I. Lib. I. cap. 31. occurrit.

(l) Extat hic tract. T. VII. Jen. Germ. n. 2. ad a° 1539. & T. VII. Altenb. p. 235. Ejus brevem recensionem dedit Sleidanus Lib. XII. ad a. 1539. p. m. 345. fusiorem vero exhibet Seckend. Lib. III. §. LXXVI. pag. 244. sqq. calumniamque Maimburgii Lib. III. Sect. 18. sub fin. reperiundam, quasi Lutherus omni conatu celebrationem concilii impedivisset, (quæ & cavillatio Laur. Surii est, in Comm. RR. gest. ad a. 1538.) meritò retundit.

Digitized by Google

VIII.

Recensio libri, urbem ROMAM, ejusq; memoranda, describentis, & memorabile JOHANNAE PAPISSAE testimonium praebentis, impressi Romae, 1499. 8.

EPistola doctissimi Viri, mihi quidem, quod nollem, ignoti, quam modo legisti, occasionem mihi praebet hoc loco exhibendi notitiam libelli omnium longe parcissime visi, ex quo novum, neque, quod sciam, abs aliis notatum peti potest testimonium pro existentia mulieris, quae cathedram Romanam occupasse dicitur. Ideo videtur ille formis aeneis exscriptus esse, ut indicis officium fungeretur Germanis, qui illius gentium quondam Dominae commemorabilia oculo curioso contemplatum illam intraverant. En tibi ejus Titulum & argumentum, quod in prima pagina his verbis indicatur.

„In dem buechin stet geschriben, wie Ro„me gepaut wart; und von dem ersten Ku„nig und von einem ytsichen Kunige zu „Rom, wie sie geregieret haben. Und das „auch die Romer keinin Kunig mere wolten „haben, und satzten Haubtleut und Burger„meister lange zyt von den ersten Keiser „Ju-

Digitized by Google

„Julio, und von allen Keiseren zu Rom, wie „sie geregiert haben bis zu Keyser Constan„tinus zytten. Wie Keiser Constantinus „getaufft wart, unt von Ausſatz gereiniget „wart. Wie er den Pabſt Silveſter, die Stat „Rom und das Land daſelbe gab; um und al„len sinen Nachkomē, und ſatzet in und sinen „Nachkomen zu einem Haubt aller Criſten. „Was Kirchen in Rom ſint, und was heil„tum und gnade in der Kirchen allen iſt. Al„le die ſtationes, die in den Kirchen ſint „über das gantze Jar.

In fine haec leguntur: Getrückt zu Rom durch Johannem BESICKEN, und Martinum AMSTERDAM; in dem Jar als man zalt M. CCCC. XIX. zu der zyt des Pabſts Alexandres VI. in sinen achten Jar. Continet plagulas octo in 8. L. Mccc cxxx. 1499.

In fronte libri exſtant inſignia Alex. VI. Papae, ad quorum dexteram eſt aquila biceps cum inſignibus Auſtriacis, ad ſiniſtram clypeus, cui inſcriptae literae. S.P.Q.R. ut cognoſcas non ſine privilegiis Papae & Imperatoris librum impreſſum eſſe.

De Johanne Papiſſa fol. f.4. haec leguntur; „Darnach ſo kompt, man zu einem kleinen „Capeljin zwiſchen Coliſeo unt ſant Cle„ment: da iſt eine gebrochne Kirch, da in „ſtarb die Fraue, die Pabſt was geweſen: ſi „trug ein Kind: der Engel thet ir kunt, „ob ſie wolte ewiglich verloren werden, „oder

Digitized by Google

„oder zu weltlicher Scanden komen. Dar„umb das sie nicht verloren werde, erwelt „sy ir schand: da sy in pabstlichen wesen mit „allen Cardinalen in der Proceſs ging, und „vil Folk mit ging, da genas sie by derselben „Kirchen eines Kindes. Da stet noch ein „Stein, daran hat man ir Pild mit den Kinde „gehawen; In gratiam exterorum haec lice-at latina facere; *Tum acceditur ad parvum ſacellum inter Coliſeum & aedem D. Clementis; ibi cernuntur rudera templi, in quo mulier animam exſpiravit, quae Papa fuerat. Utero geſtabat infantem: Angelus illi optionem dabat, num mallet aeternum perdi, an ignominiam mundi ſuſtinere. Ne periret perpetuo, elegit contumeliam ſuam. Cum itaque habitu pontificali cum omnibus cardinalibus procederet, comitante eam magna populi caterva propter illam aedem, infantem edidit. Eſt ibi adhuc ſaxum, quo effigies mulieris cum infante lapidi inſculpta cernitur.* Sunt haec fere eadem, quae ex libello Germanico pariter Romae anno ſequenti 1500. vulgato exhibentur in app. allegati ſupra Bruckeriani de vita Eliae *Ebingeri* commentarii pagg. 170.

Diſcitur inde (1.) moriente jam ſaeculo XV. in urbe Roma libros Germanicos, eosq; Germanicis literis excuſos fuiſſe. (2.) Suppleri hinc poſſunt eorum labores, qui incunabula Typographiae ſcripſerunt, & primos Romae typographos annotarunt, cum & hinc pateat, Belgas illam artem ibi tunc exer-

Digitized by Google

ercuisse. (3.) Narrationem de Papa quadam muliere in ipsâ urbe ante Reformationis tempora publice circumlatam & creditam fuisse. (4.) Ad perpetuam rei memoriam peregrinantibus Romae ipsum locum, in quo res illa insolita contigit ostensum, sacellum adeo exstructum, & marmoream statuam, ut si *vel homines silerent*, *SAXA EAM LOQUERENTUR*! (5.) Non itaque illam haberi posse a Protestantibus in odium Pontificiorum effictam. (6.) Neque posse illos aegre ferre, si ab his objiciantur, quorum memoriam & in libris consentiente Papa impressis, & in publicis lapideis monumentis omni studio conservari voluerunt Romani. Equidem non difsiteri velim, re impensius licet considerata, nondum videre me posse, quomodo illorum argumentis, qui fabulam illam infitiantur, ita responderi possit, plene iis ut satis fiat, nunc tamen & ego argumentum proponam, quo, qua ratione se expedire queant aulae Romanae gnathones scire gestio.

Quod tot saeculis & ecclesia Romana, & ipse Romanus Pontifex agnovit & credidit, id verum est.

Johannem VIII. feminam Papam fuisse, & ecclesia Romana tot seculis & Papa ipse agnovit, crediditque. Itaque Johannem VIII. feminam Papam fuisse, verum est.

Propositionem priorem quod adtinet, eam nemo unus negaverit, ecclesiae Latinae assecla, cum, neque ecclesiam, neq; Papam errare

posse, doceat, imo hanc thesin inter præcipua sua & capitalia dogmatà recenseat ecclesia Romana.

Posterioris theseos veritas, quoad ecclesiam, inde elucet, quod per *plura secula de feminae hujus pontificatu, nec fortassis uspiam dubitatum fuit*, fatente Joanne Launojo in Epist. L. IV. epist. ultimâ, nec ante Joannem Aventinum sub primordiis emendatae religionis quisquam aperte illum negare sustinuit. Papam autem illum agnovisse, & credidisse, non ex eo solum colligas, quod Joannes XX. observante Bellarmino, se dixit Johannem XXI. quod ab eo fieri nequivisset, nisi Johannem hunc VIII. feminam ex Pontificum ordine non exturbari posse commode, fuisset persuasus, sed & ex libellis pluribus hanc historiam narrantibus, & nihilo minus summi sacerdotis Romani nomen in limine præ se ferentibus, quorum haud exiguum numerum exhibere possem, id si postularetur. Præcipue autem id patet ex libris illis, qualis ille est, de quo nunc agitur, in urbe Roma sub oculis ipsius Romani Praesulis plus vice simplici evulgatis, & inter omnium nationum peregrinos distributis, licet lepidam illam historiam cum omnibus suis circumstantiis enarrarent apertissime. Quid enim? Vel historiam hanc Alexander VI, ille non homo, sed hominis monstrum, credidit, vel secus. Si non credidit, cur passus

Digitized by Google

passus est Stephanum Banckium sibi librum inscribere de *mirabilibus Romae*, in quo illa recensita est. Cur passus est inseri libellis, in ipsa urbe Roma excusis, idque iteratis editionibus, praefixis quasi in confirmationem rei & suis & Caesaris insignibus? Cur monumenta vel saxea non solum solicite asservari, sed & peregre Romam eam lustratum venientibus, ne quisquam hanc rem ignoraret, ostendi voluit? Sane si vel falsam credidisset, vel ullo colore persuasionem de ejus veritate evelli ex hominum animis potuisse speraſſet, non ita propalari sivisset, rem, qua nulla cum pluribus scandalis, vel turpiori opprobrio sedis Romanae conjuncta fuit unquam, & quae legitimam Romanorum Pontificum successionem non concutit solum, non labefactat, sed funditus evertit, & pessumdat. Unde recte inferes, Papae hanc rem omnino fuisse creditam. Si autem ille eam credidit, vel infallibilem eum jactare desines, vel reapse mulierem sedem Romanam tenuisse, adeoque interruptam Pontificum seriem confitebere, & sic utrum eligas, lupum, quod ajunt, auribus tenebis. Ceterum, posterioribus temporibus inter Romae memorabilia ea Johannis VIII. monumenta recenseri desierunt. Patet id ex libro jam ab Irenaeo nostro, τῷ βιβλιοφιλητῷ sub finem epistolae praecedentis excitato, cujus editionem Romae MDCX. vulgatam

Digitized by Google

gatam formae, quam vocant octavam, sub hoc titulo inter libros meos numero. *Tratato Nuovo delle cose maravigliose dell' alma citta di Roma, diviso in due parti. Nella prima si discorre brevemente delle cose più essentiali appartinenti à trecento & piu Chiese. Nella seconda con facilita, & bellissimo ordine si mostrano, & dicharano tutte l' antichita della detta alma Citta composto da J. PIETRO MARTYRE, Felini, da Cremona, dell' ordine de Servi.* Secundae partis haec est inscriptio. *L' Antichita dell' Alma citta di Roma, Gia da PROSPERO PARISIO augmentate cet hora con diligenza da Fra PIETRO MARTYRE* (a) *Felini corrette & molto ampliate*, in Roma

(a) Fuere complures hujus nominis, qui ne inter se confundantur, quod & magnis viris contigit, probe notandi sunt. (1) Petrus, MARTYR, Anglarienſis, (est autem *Anglaria* (*Anghiera*) vicus Ducatus Mediolanensis, Regum Ferdinandi & Isabellae Consiliarius, vir sui aevi haud postremus, cujus exstant epistolae *de rebus Hispanicis*, Decades de *navigatione* & *rebus Oceani*; sive de orbe novo, & *legationis Babylonicae* L. III. (2) Petrus MARTYR, Vermilius, Florentinus, notissimus ille & maximorum in ecclesiam meritorum Theologus. (3) Petrus MARTYR, Festus, Urceus Hispanus, cujus exstat *summarium constitutionum pro regimine ordinis Praedicatorum & bonis moribus monialium*; Par. 1619. 4. teste Catal. Bibl. Bodlejanae p. 437. (4) Petrus MARTYR, Tronus, Italus, Novariensis, qui scripsit librum de *ulceribus & vulneribus* capitis, Ticini, 1584. citantibus Catalogis Biblioth. Bodlejanæ l. c. & Francofurtanae p. 190. & Lindenio *de scriptis medicis* L. I. p. m. 898. & (5) Denique hic Petrus MARTYR, Felinus, Cremonensis, Servita. T. d. H.

Digitized by Google

Roma 1610. 8. In his neque illius sacelli, neque statuae fit mentio, nec in catalogo Pontificum Joh. VIII. apparet. Nuper aliquot pagellis Helmstadii prodiit Polycarpi LEYSERI, clarissimi in Academia Julia Professoris, & jur. med. & philos. Doctoris *prodromus novae ad Johannae Papissae existentiam probandam demonstrationis*, ad cujus calcem trias testium adducitur, illam de Papissa Johanna historiam ante restituta sacra enarrantium, qui in Guelpherbytana Bibliotheca asservantur, aliis nondum memorati. Primus est Joannes de UTINO, in Chronico MSto de Imperatoribus & Papis. Secundus est *anonymus*, qui lingua Germanica a. 1435. simile Chronicon scripsit. Tertius Donatus BOSIUS, Causidicus & civis Mediolanensis, qui in libro *gestorum dictorumque memorabilium*, impresso *in inclyta civitate Mediolani per solertissimum artis impressoriae magistrum Antonium ZAROTUM*, Parmensem a. 1492. ut in fine legitur, haec habet; *Anno Domini DCCCL. Johannes CVI. efficitur Pontifex Anglicus, ex Maguncio oriundus qui sedit annis II. & mensibus II. & fama est hunc Joannem feminam fuisse, & uni suo familiari tantum cognitam, a quo compressa & gravida facta parturiit Papa existens, quare eam inter Pontifices quidam non numerant.*

Liceat id quoque addere, Cl. Jo. Georg. Eccardus in praefatione, quam collectaneis

Digitized by Google

etymologicis Leibnitianis præfixit, pag. 61. commemorare ill. Leibnitium constituisse historiae suae Brunsvico-Luneburgensi inserere dissertatiunculam, inscribendam; *Flores sparsi in tumulum Papissae*; ubi novis illatis in historiam luminibus fabula illa, ut scribit, explodenda sit, quae solis hactenus tenebris Chronologicis se tueatur. Contra prodiit. Offenbahres päbstliches Kindbette/oder gründliche Zeugnüsse uhralter berühmter Scribenten/ so meist vor Luthero gelebet/ zu beweisen/ daß Pabst Johannes VIII. eine Weibes-persohn gewesen / und in öffentlicher Procession ein Kind gebohren/ a. 1717. in 4. plagellis 4. Hic autem liber praeter testimonia protrita auctorum, quorum primus est Marianus Scotus, nihil habet memorabile. Exstant de eodem argumento dissertat. in Relation. in a. 1716. p. 507. & G. *Haendelii* diss. quae a. 1692. Witteb. prodiit. Sed revertamur ad libellum, qui de his loquendi ansam praebuit.

Prolatis supra verbis proxime sequentia adjunguntur; ex quibus, quid de narratiunculis hujus libri sit statuendū, conjicies. „*Item zu der „andern siten der spiegelburg stat ein sinvel* (b) *ge„meur, da stunt die frawe uff die Virgilium hat ge„narret, unt von irentwegen erlescht Virgilius alle „fuer zu Rom. Es mocht da niemant kein fuer zun„nen, dan an der frawen scham*; &c.

Ceterum fabularum non minus vilis anno-

(b) *Sinvel* nunc obsoleta vox notat *rotundum*.

Digitized by Google

nona est, quam gratiarum & indulgentiarum, quae hae loca sanctae Romae & reliquias visitantibus ad multo millenos annos promittuntur. Ut ex fimbria de textó conjectura fieri queat, unam alteramve narratiuncularum excerpere liceat.

Causa, cur Hierosolyma à Vespasiano deleta sit, haec traditur; sc. Imperatorem laborasse ingenti morbo, ita, arrigite aures! ut vespae (b) in ejus naso creverint. Accessisse autem illum legatum quendam Hierosolyma, a quo cum sanari cuperet Imperator, ab eo didicit, in urbe sua hominem esse, qui & morborum genus pellere, & mortuos excitare posset. Ejus potiundi desiderio eum tangeretur; percepit porro, eum jam a Judaeis insontem necatum & cruci affixum esse. Id indigne ferens, quod frustra speraset se ab eo quoque sanatum iri, jurat, se necem ejus in gente Judaica, ulturum, quod jus jurandum cum vix dedisset, se malo suo liberatum esse persentiscit.

Ad S. Johannis ante portam latinam ahenum collocatum extare, narratur, in quo S. Johannes ferventi oleo, quod ei roris vicem praebuerit, fuit olim immersus. Ite nunc emunctioris naris Viri, interque eos, tu do-

(b) Quidni heic originem nominis ejus ignoratam adhuc Criticorum genti elicias, & *Vespasianum*, quasi *Vespanasianum* dictum dicas?

Digitized by Google

ctiſſime Heumanne (c), & de illius hiſtoriae veritate movete dubia.

Ad aedem Sanctae Balbinae dicuntur duae ſepultae eſſe virgines, quibus Domini noſtri facies ſub effigie Dei Patris apparuit: ſcire geſtirem, qualis illa effigies fuerit?

In ſacello S. Petronellae, filiae Petri ibi ſepultae lapis altaris oſtenditur, ita lacrymis Petri, cum Chriſtum abnegaverat, excavatus, ut ejus canalis duorum digitorum latitudinem habeat.

In ſacello S. Martini narratur ſtatuam ingentem eſſe Petri ſedentis, & pedem ſuum oſculaturis offerentis. Additur autem, qui illi pedi oſculum fixerit, eum non minus inde ſibi acquiſiturum gratiarum, quam ſi Papae pedes ſuaviatus fuiſſet. *Certe nihil verius dici poterat.* In hujus eccleſiae medio quoque ſepultum eſſe Bedam venerabilem. Mirum ni & hic legatur verſus ille, quem Bedae diſcipulo divinitus in ſomno ſuggeſtum fuiſſe, illiusque cognomini anſam praebuiſſe narrant. *Hac ſunt in foſſa Bedae venerabilis oſſa*, cum antea ſcripſiſſet, *Hac ſunt in foſſa Bedae presbyteri oſſa.* In templo S. crucis peccatorum veniae alligatae narrantur usque ad annos millenos, quibus frui poteſt, quisquis tantum ex aedibus ſuis egreſſus fuerit, eo animo, ut aedem illam ſalutet, ſi vel in via me-

(d) Vide *Bibl.* hujus Tom. III. p. 316. ſqq. Tom. IV. p. 935. ſqq.

Digitized by Google

moreretur, eum omnium delictorum suorum veniam habiturum.

Ante hoc templum lapidem conspici marmoreum commemoratur, super quo Papa qui ut dignitatis illius potiretur, se Diabolo commiserat, (credo *Sylvestrum* innui) in frusta caesus fuit, quae malis Daemonibus in forma avicularum apparentibus objecta fuere. Additur omnes illas partes ablatas fuisse, praeter cor, quod aufferre nequiverunt, in signum bonum gratiae! Verba haec sunt; *si furten die stuck alle hindan, allein das hertze, das mochten si nicht hinfuhren; das was ein Zeichen der Genaden!* Eant nunc, & ejusmodi historias de Papis ex Protestantium cerebro effictas jactent curiae Romanae satellites!

In ecclesia St. Sebastiani & Fabiani, qui XLVIII. Mille annorum indulgentiae annexae sunt, ostenditur lapis, super quo Deus ipse stetit, quando Petro apparuit prope Romam, ubi Petrus dixerit; Domine, quo vadis? cui Christus respondebat, se Romam tendere, ut altera vice crucis supplicium ibi pateretur. Additur autem ea fmi discessisse Roma Petrum, ut martyrium effugeret. Quod autem miretis eadem fabula repetitur deinceps & illum lapidem, in sacello aedis D. Virginis de annuntiatione reperiri refertur. Mendacem oportet esse memo-

rem

rem! Ad divae Virginis Scholam Graecam oftendi ſcribitur, lapidem illum, qui peiſrantibus ſolitus fuerit digitos demordere. Dici illum Italicè; *La bucca della veritade.* Confectum eum eſſe à Virgilio, ſed omnem vim ſuam perdidiſſe per malam mulierem, qui lapidem illum fefellerit.

Ad S. Bibianae invenitur lapis, cui haec dicitur inſcripta epigraphe. *Hic fuerunt ſepulti tempore Antonini Imperatoris V. millia, ducenta & ſexaginta ſex millia abſque parvulis & mulieribus.* Egregium argumentum, contra Dodwellum, & ſequaces!

De S. Gregorio Papa refertur, cum ille inſtauraſſet aedem S. Johannis Lateranenſis ab Arrianis & aliis haereticis everſam tantum indulgentiarum illi eccleſiae conceſſiſſe, quantum guttarum pluviae per tres dies & totidem noctes è coelo cadit. Deinde autem, cum pœnitudine duceretur, quod nimis liberalis in illis erogandis fuiſſet, (*das er ſo tyff in den ſchrin der barmhertzigkeit gegriffen het*) illi Jeſum apparuiſſe, atque acclamaſſe; *Noli paenitere, Gregori, largire ultra, concedo tibi &c.*

Sed taedet pigetque affaniarum! Si quis novam editionem libelli, cujus nunc poſſeſſor eſt M. R. aedis cathedralis hujus urbis Sacerdos J. Fr. *Stadenius*, curare velit, illi auctor ſum, ut hunc illi titulum praefigat,

PER-

Digitized by Google

PERGULA PICTORUM, VERI NIHIL, OMNIA FICTA! Tu, quisquis es, L. B. illorum temporum infelicitatem dole, quibus ejusmodi glandibus pascebantur homines, & pro luce è tam spissis tenebris excitata immortales immortali Numini grates age! T. d. H.

TIGURI Theologus Venerandus, Joh. Jacobus HOTTINGERUS, qui de veritate & ecclesia nunquam non bene mereri pergit, librum prelo destinavit, cujus ecce tibi titulum.

„Theatrum Theologico-Historicum de „GRATIA DEI SALUTIFERA quadriparti„tum. Quo post Prophetarum & Apostolorum Doctrinam de Gratia ex S. Literis repetitam: & originem Errorum ei oppositorum ex Gentilismo & Judaismo ostensam: Fata Doctrinæ de vera Gratia, ab „Excessu Apostolorum ad Augustini: hinc „ad Anti-Christi nati tempora: porro, ad „Ecclesiæ ex Anti-Christiana Servitute Li„berationem: Denique, ad nostra Tempora „repræsentatur: subjicitur præcipuarum difficultatum veræ de Gratia Doctrinæ quovis tempore objectarum dilutio: Nec non „ejusdem doctrinæ, tum ad pietatem sincere Christianam tum ad solidam in Tentationibus consolationem, usus efficaciss„mus.

Digitized by Google

„mus. Accedunt III. Dissertationes I. de „Auxilio Divino homini ante Lapsum ne„cessario: II. de Voluntate Dei antecedente, consequente: III. de Gratiæ distinctione in sufficientem & efficacem.

QUAESTIO.

Quomodo Euphrates potest Ex. XXIII: 31. coll. cum Jos. I: 4. & locis aliis terminus dici Palæstinæ, cum tamen non constet unquam Israelitas vere ad Euphratem dominatos esse?

Digitized by Google

BIBLIOTHECA

Historico-Philologico-

THEOLOGICA.

Classis Octavae

FASCICULUS QUARTUS.

BREMAE,

Sumptibus JOHANNIS ANDREÆ GRIMMII,

Typis HERMANNI BRAUERI, MDCCXXVI.

Digitized by Google

VIRO

Nobilissimo & Consultissimo

HERMANNO POSTIO,

J. U. D. & causarum patrono dexterimo,

Omnibus doctrinae, virtutis & fortunae ornamentis fulgidissimo,

S. D.

EDITOR.

Digitized by Google

Seu te haec immersum deprendet epistola libris,
Laetitiisque tuis laetitiisque meis,
Seu te versantem detrita nomismata cernet,
Delitiasque tuas, delitiasque meas,
Est tamen acceptae tibi nuntia fida salutis,
O POSTI, cordis portio corque mei!
POSTI, cui riguum est doctrinae flumine pectus,
Quem Phoebus colit, & cui Themis alma favet.
Quem placidi mores, nec fucis illita virtus,
Gratia quem linguae, mitis & oris honos,
Censibus in tantis quem rara modestia plus, quàm
Splendida Doctoris laurea condecorant.
Accipe diducto, Vir consultissime, vultu,
Accipe, quem tibi nunc offero, fasciculum.
Est leve, vixque tuo condignum nomine munus,
Sit tamen ille animi tessera praesque mei.
Forsan ubi nostros morspallida clausit ocellos,
Qui dicet, folium hoc quando teretur, erit.
O quam POSTIADEN suspexit HASAEUS amicum!
O quam Postiadi carus HASAEUS erat!

Sylla-

Digitized by Google

Syllabus eorum, quae in hoc fasciculo leguntur.

I. *Ruardi* ANDALA de SABBATHO quarti praecepti & diei dominicae observatione tempore N. T. Theses p. 541.

II. *Joach. Christiani* JEHRINGII de AHASVERO, ejusque regno Medo-Persico dissertatio. p. 565.

III. J. C. HARENBERGII exegesis Psalmi CXVIII. p. 605.

IV. *Ejusdem* de vocibus אוּרִים, דִּרְכְּמוֹן, דַּרְכֹּן ad illustranda loca 1. Par. XXIX: 7. Esdr. II: 69. Neh. VII. 70, 71, 72. Observatio p. 623.

V. Caroli Frid. KRUMBHOLTZII ad Marc. XV: 11. animadversio p. 633.

V. T. d. H. itineris, quod annis 1721. & sqq. circum terrarum orbem factum est, descriptio. p. 640.

VII. Jo. Jac. HULDRICI de vita & morte *Rodolphi* GUALTHERI Oratio. p. 660.

VIII. *Jacobi* TAMNAVII de ΑΕΒΗΔΩΝ & ΑΕΒΙΔΩΝ *Hesychii* Observatio. p. 694.

IX. De Godofredo *Sopingio* brevis relatio p. 703.

X. *Theodori* HASAEI verae originis, & significationis vocis ASTARTES expositio. p. 707.

Digitized by Google

ΣΥΝ ΘΕΟΥ ΠΑΛΑΜΑ.

I.

RUARDI ANDALA,

S. T. D. & Prof. in academia Frisiorum, & h. t. Rectoris,

de SABBATHO quarti præcepti;

Et de

DIEI DOMINICI observatione tempore N. T.

Theses.

I.

Sabbatum quarti præcepti definite & præcise dies est septimus; neutiquam indefinitè unus è septem.

Demonstratio.

1. Præceptum quartum diserte & totidem verbis id docet, Exod. XX, 9. 10.

Digitized by Google

Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum. Dies vero septimus Sabbathum est Jehovæ Deo tuo.

2. Ratio, qua hoc præceptum urgetur, idem comprobat, vſ. 11. *Nam sex diebus perfecit Jehova cœlum & terram, &c. quievit vero die illo septimo; ideoque benedixit Jehova diei Sabbathi, & sanctificavit illum.* De eodem septimo die certissime agit quartum hoc præceptum.

3. Legislator ipse statim in initio præcepti digito quasi monstrat *septimum* hunc diem: ideo in Hebræo est השבת cum ה demonstrativo, quod hic suam vim habere debet; quia dicitur, *Recordare diei Sabbathi*; quem scilicet modo institui & notum feci in datione mannæ: illo die Manna non conspiciebatur in agris. De hoc *Sabbatho* legitur Exod. XVI, 23. 25. 26.

4. Ipsa diei hujus *septimi* observatio tempore V. T. quæ etiamnum hodie obtinet inter Judæos, idem manifesto evincit. Judæi obligati erant præcise ad *quietem* diei *septimi*, & non unius è septem; certe non nisi vi præcepti hujus quarti.

II.

Sabbathum septimi diei primum institutum est in datione mannæ, Exod. XVI, 23 29. Præceptum de eo datum repetitum & sanctitum est in hoc quarto præcepto.

Demon-

Digitized by Google

Demonſtratio.

1. Quia nullibi poſt lapſum ante datio-nem mannæ aliquod præceptum vel verbum occurrit. Imo ne quidem vola vel veſtigium ullibi inveniri poteſt; licet res plurimæ longe minoris momenti in breviſſima Moſis hiſtoria legantur. Quod & ipſo facto comprobant diſſentientes, qui proferunt locum Gen. IV, 26. ibi nullum tempus definitur; aut alia, quæ nihil probant.

2. Quia Sabbathum hoc datum eſt, ut ſit monumentum liberationis ex ſervitute Ægyptiaca. Quod expreſſe additur in repetitione Decalogi, Deut. V, 15. *Et memineris te ſervum fuiſſe in terra Ægypti: Jehovam vero Deum tuum eduxiſſe te inde manu forti & brachio extento: idcirco præcipit tibi Jehova Deus tuus, ut obſerves diem ipſum Sabbathi.* Dies *Sabbathi & quietis*, inſtitutus quoque in memoriam liberationis & quietis à ſervitute Ægyptiaca, ante eam non fuit inſtitutus.

3. Quia Deus in Sinai *Sabbathum ſuum ſanctum Iſraelitis notum fecit.* Neh. IX, 14. Quod non poteſt ita explicari, ac ſi Deus hoc in memoriam revocaſſet, poſtquam oblivioni datum aut neglectum fuiſſet; cum nullum ullibi ejus veſtigium occurrat. Tempore Patriarcharum propter eorum longævitatem ejus obliviſci non potuerunt. Quomodo ejus magis obliti eſſent in Ægyptiaca ſervitute, quam in Captivitate Babylonica; imo

Digitized by Google

quam in tam longo exilio ipsorum per tot secula temporis N. T.

4. Accedit, quod Deus dicat Ezech. XX, 12. *Ac etiam Sabbatha mea dedi ipsis, ut essent in signum inter me & ipsos, ut scirent me Jehovam sanctificare ipsos.* Licet autem heic sit sermo de Sabbathis in numero plurali, intelligi tamen debet *Sabbathum* illud hebdomadale *septimi* diei, & quidem præcepti hujus quarti, quod datum fuit, quando Deus descendit in montem Sinai, & Israelitas eduxerat ex terra Ægypti: quando dedit *statuta & jura sua, quæ qui faceret homo, viveret per ea.* Quod contextus docet. Et sæpius *Sabbathum* hebdomadale in plurali *Sabbatha* dicitur. Vide Exod. XXXI, 13-15. Sic & Matth. XXVIII, 1. &c.

III.

Sanctificatio septimi hujus diei, quam præcepit Deus in quarto præcepto, est cærimonialis sanctificatio; qualis circa altare, tabernaculum, Sacerdotes, plurimasque personas, res, tempora & loca sacra, in lege cæremoniali fuit instituta. Hinc ea non tam, imo proprie non consistebat in officiis pietatis, lectione & auditione Verbi divini, invocatione nominis divini & gratiarum actione, cultu Dei publico, aliisque piis exercitiis; (ad quæ tamen omnia pius & fidelis Israëlita summopere erat obligatus;) *sed in separatione hujus diei à reliquis per rigidissimam quietem ab omni opere, quod reliquis diebus fieri solebat.*

De-

Digitized by Google

Demonſtratio.

1. Non alia *ſanctificatio niſi* per talem *quietem* præcipitur Exod. XVI, 23. 25. 29. ubi tamen hoc Sabbathum ejusque ſanctificatio primum inſtituitur. Et quia eo die quidam egrediebantur ad colligendum Mannam, redarguantur v. 25. à Jehova, *quousque renuitis obſervare ſtatuta mea & leges meas?* Ita *Sabbathum Dei* non ſanctificaverant.

2. Hæc ſanctificatio ita explicatur in ipſo præcepto quarto, per hæc verba, *nullum opus facies.* Similiter Jer. XVII, 21. 22. maxime v. 24. 27. ubi *educere onera è domibus ſuis, & portare, in die Sabbathi*, opponitur *ſanctificationi* illius. Sic Exod. XXXI, 14.

3. Quia Salvator dicit Matth. XII, 5. *Sabbathis Sacerdotes in templo Sabbathum profanare, & inexcuſabiles eſſe.* Profanabant *Sabbathum* operibus ſuis religioſis, ſacrificiis, eorum mactatione & oblatione. *Sabbathum* quod quiete rigidiſſima ſanctificabatur, operibus Sacerdotum *profanabatur.* Hinc *Maimonides* dixit, *in templo nulla eſt Sabbathizatio.*

IV.

Opus præcepto quarto vetitum eſt ſine reſtrictione omne opus, ſive facile, ſive difficile, ſive magnum, ſive parvum fuerit.

Demonſtratio.

1. Quia ne quidem licuit Iſraëlitis hoc die, prodire ex ſuis tentoriis ad colligendam

Digitized by Google

Mannam; nec licebat *coquere*, aut *elixare* quicquam, Exod. XVI, 23. 29.

2. Exemplo *colligentis ligna, in die Sabbathi*, qui lapidandus & occidendus fuit ob hoc opus, *secundum os Dei*, Num. XV, 32-36. Conf. Exod. XXXI, 14. 15.

3. Quia est præceptum generale *de omni opere*, sine restrictione; tum in præcepto quarto; tum Exod. XXXI, 14. & alibi.

V.

Præcepti quarti nec sententia nec intentio est, prohibere tantum opera, quæ cultum publicum turbarent, aut saltem impedimentum aliquod aut noxam eidem afferrent, sed stricte omne opus prohibere.

Demonstratio.

1. Ex prima hujus Sabbathi institutione, Exod. XVI, 29. 30. ut & ex præcepto quarto, Exod. XX, 10. ubi nulla fit restrictio ad opera, quæ cultui publico obesse possent; sed sermo est de *omni opere*, sine ulla exceptione.

2. Quia nullibi legimus aliquem ob publici cultus neglectum esse punitum; sed qui levissimum opus fecerat & quædam ligna collegerat morte erat puniendus, Num. XV, 32-36. Exod. XXXI, 14. *Profanantium Sabbathum quisque morti traditor: nam quicunque in eo fecerit opus, utique exscindetur anima illa è medio populorum suorum.*

3. Potissimum ex infallibili Christi interpretatione, Matth. XII, 5. *Sacerdotes in templo*

Digitized by Google

plo *profanant Sabbathum*, operibus religiosis, sacrificiis &c.

VI.

Præceptum hoc quartum est cærimoniale, distinctum à ceteris novem præceptis, diversæ indolis & naturæ.

Demonstratio.

1. Hæc thesis facile deducitur ex tribus præcedentibus. Præceptum de ejusmodi septimi diei *sanctificatione* cærimoniali, quo prohibetur omne opus, ceteroquin licitum, etiamsi nec turbet cultum publicum, nec ei obsit, non fluit ex natura Dei, sed pendet à beneplacito ipsius, est typicum, & aliam quietem adumbrat.

2. Verbum Dei hoc confirmat. Exod. XXXI, 13. 17. *Sabbatha mea servatote: nam signum est inter me & vos per generationes vestras, ad cognoscendum me Jehovam esse, qui sanctifico vos.* Sic vs. 14. *Sabbathum* dicitur *res sancta*, cujus est signum. Et vs. 15. *requies* dicitur *res sancta Jehovæ.* vs. 17. *Signum* dicitur לעלם ad finem seculi præsentis, sive prioris.

3. Hinc Paulus etiam *Sabbatha* numerat inter *umbras rerum futurarum; at corpus est Christi*. Col. II, 17.

4. Ideo & Christus se dicit *Dominum Sabbathi*. Matth. XII, 8. qui *Sabbathum* impleret & abrogaret; ideo de illo dispensare potuit.

5. Quod & eventus confirmavit; nam

Digitized by Google

Sabbathum diei septimi Judæorum reapse cessavit, quando corpus advenit.

6. Hoc præceptum diserte & manifesto distinguitur à ceteris præceptis in Sinai datis, sive à ceteris novem. Sic Neh. IX, 13. *dedisti eis judicia recta, & leges veras, statuta & præcepta bona;* hæc sunt reliqua novem. Additur vero vs. 14. *Sabbathum quoque sanctum tuum notum feciſti eis.* A quibus decem præceptis tum distinguitur alia *lex*, per Mosen data, cui nullum tale elogium tribuitur, quale vs. 13. *legibus* prioribus, sive præceptis novem. Sic & Ezech. XX, 11. 12. *ubi dedi eis statuta mea, & jura mea nota feci eis, quæ qui faceret ea homo, viveret per ea:* hæc apud Nehemiam *bona* dicuntur. Additur vs. 12. *Ac etiam Sabbatha mea dedi ipsis, ut essent in signum inter me & ipsos*, &c. Quibus opponuntur & à quibus manifesto distinguuntur *statuta non bona, & jura, per quæ non viverent*, quæ Deus postea *dedisse* se dicit vs. 25. quæ est lex Mosaica.

VII.

Præceptum hoc cæremoniale fuit admodum molestum & grave; quin impossibile fuit tam stricte id observare. Quæ & fuit ejus imperfectio.

Demonstratio.

1. Hæc thesis demonstratur ex ipsa quiete ab omni opere, huic præcepta, quæ tam rigide observari non potuit. Hinc hoc *Sabbathum* profanari necessario debuit variis operibus & officiis necessitatis; e. g. 1. cibum potumque

Digitized by Google

que capiendo, *assatio* & *elixatio*, & mannæ collectio, omitti potuit; licuit tamen & necessum fuit aliquem cibum vel potum sumere. 2. Cura ægrorum; quos curare, eisque opem ferre & necessaria suppeditare, lex amoris jubebat. 3. Mortuos tractare. 4. Bestiis prospicere. Hinc quærit Salvator. Matth. XII, 11. *Quis ex vobis, qui habeat unam ovem, & si ea inciderit Sabbatho in foveam, non apprehendat eam & erigat?* Unde colligit Christus, *quantum autem præstat homo ovi? Itaque licet Sabbathis bene facere*, & sanare hominem. 5. Si hostis appropinquaret, invaderet, & obsideret urbem, defensio erat necessaria, omnique opere & virium contentione ei erat resistendum. In hisce casibus cedere debuit lex hæc cæremonialis legibus majoris necessitatis, & legi amoris Dei & proximi, quæ jubet aliis benefacere; adeoque & sanare ægrotum, Matth. XII, 12. Imo etiam legi alii cæremoniali. E. Gr. quæ Sacerdotum sacrificia die Sabbathi peragendá præcepit; quibus profanabatur *Sabbathum*, & erant *inculpabiles*. Matth. XII, 5.

2. Consequens est, quod quies illa fuerit admodum molesta, & soliciti timoris plena; quando enim Deus præceperat *quietem ab omni opere* stricte & rigide; & quidem sub pœna mortis; soliciti, dubii & anxii admodum sæpe fuerunt, incerti quid agere esset licitum

tum, permissum, necessarium, quid non. Conf. Hebr. II, 15. Rom. VIII, 15.

VIII.

Præceptum hoc de tam rigida, absoluta & molesta quiete, absque respectu ad cultum publicum, ne hic turbaretur, habuit sapientissimas rationes.

Demonstratio:

Hæc petitur ex re significata. Visum fuit Deo adumbrare

א. Partim quietem perfectam Salvatoris, Schilo nostri, ab opere redemtionis & novæ creationis, sive à labore animæ suæ; cujus quietis initium fuit, cum dixit, τετέλεσται, & quievit in sepulcro.

ב. Partim etiam quietem fidelium N. T. tum à servitute V. T. tum à servitute peccati & Diaboli, inchoate in hac vita, & consummate ab omnibus peccati reliquiis & ærumnis in vita futura.

Hac de causa res significata hujus vitæ nomine *Sabbathi* venit Jes. LVI, 2. LVIII, 13. De hac *quiete* Paulus etiam agit Hebr. IV. Confer. Jes. XXVIII, 12.

Sic & Catechista Dominica 38. agit de *Sabbatho perpetuo* in hac vita inchoando.

Ut ergo perfectio consummatæ hujus quietis adumbraretur, necessum fuit prohibere *omne opus*; & præcepta fuit rigida & strictissima *quies* ab *omni* opere.

Quandoquidem vero is, qui hoc signum contemnebat, etiam contemnebat & abnegabat

Digitized by Google

gabat rem significatam, veram & consummatam quietem Christi & fidelium, jure meritoque sanctificatio hæc cærimonialis & quies hæc comminatione mortis fuit sancita, & profanatio morte punita.

IX.

Quum Sabbathum septimi hujus diei adumbraret Christi quietem ab opere redemtionis, & fidelium à servitute V. T. & peccati; cumque esset signum, Deum ipsos sanctificare, non potuit locum habere ante lapsum; adeoque valde distinctum est à quiete Dei primi diei septimi, Gen. II, 2.

Demonstratio.

1. Distinctio illa patet ex comparatione *Sabbathi*, de quo Gen. II, 2. cum *Sabbatho* quarti præcepti. In hoc præcepto Israel prohibetur *ullum opus facere*: de quo interdicto Gen. II. nullum verbum.

2. Sabbathum quarti præcepti fuit umbra, & signum quietis Christi ab opere redemtionis: talis umbra & signum ante lapsum locum habere non potuit.

Scilicet Deus primo septimo die *quievit* ab opere creationis, imo in eo se recreavit. *Benedixit ei*, id est, eum *benedictum*, sibi gratum & acceptum, faustum & felicem prædicavit, per ἀνθρωποπάθειαν. *Sanctificavit eum*, sanctum eum declaravit. De reliquo tempore, quod pariter sanctificatum fuisset, Moses nihil porro narrat. Hoc erat *Sabbathum Dei*. Homo ad imaginem Dei creatus, acquievit

Digitized by Google

quievit in Deo creatore suo, caruit omni peccato, sanctificabat & glorificabat Deum suum. Hoc erat verum *Sabbathum* hominis, Gen. II.

Quod cessavit post lapsum, & abolitum & abruptum fuit tum respectu Dei, tum respectu hominis.

Restitutum est per Christum.

Consummatum erit post hanc vitam.

Inchoatur in hac vita.

Sabbatha V. T. maxime hoc hebdomadale, fuere instituta ad Sabbathum hoc verum, spirituale & consummatum significandum.

Hinc colligitur discrimen inter *Sabbathum*, de quo Gen. II. & inter *Sabbathum* quarti præcepti.

X.

Attamen quies ipsius Dei primi septimi diei, quam Moses Gen. II. narravit, fuit fundamentum & ratio, cur Deus in deserto Sabbathum hebdomadale ut signum instituerit: non quod hæc institutio necessario sequatur ex illa Dei quiete & Sabbatho primo; sed propter beneplacitum Dei; quia Deus die illo septimo quieverat, placuit ei præcipere Israëli, ut tam rigide septimo quovis die quiesceret.

Demonstratio.

1. Liquet ex eo, quia nulla est consequentia necessaria, Deus quievit primo die septimo;

Digitized by Google

mo; ergo nos oportet quiescere ab omni opere quovis die septimo.

2. Ceteroqui diei cujusque septimi quies ab initio locum obtinere debuerat. Imo etiamnum sub N. T. quod utrumque falsum est.

Ergo hoc ita intelligendum est, uti in thesi positum est.

XI.

Sabbatbum hoc cærimoniale dupliciter debuit observari;

1. *Secundum literam;* hoc respectu literæ quarti præcepti satisfecerunt, & hoc Sabbathum observarunt & sanctificarunt, si per totum diem otiosi sederent & ab omni opere quiescerent. Imo quo magis quiescebant ab omni opere, eo magis id Sabbathum secundum literam sanctificabant.

2. Sed etiam hoc *Sabbathum* fuit observandum, sanctificandum & considerandum *tanquam signum & sacramentum*, significans. *Jehovam esse, qui sanctificaret ipsos*; incheate in hac vita, tum tempore V. T. ob sponsionem Filii Dei, tum per ipsam satisfactionem suo tempore præstandam; & consummate post hanc vitam. Rem hanc sanctificatam & obsignatam inquirere, cognoscere, desiderare, ad ejus fruitionem anhelare, & ubi ea daretur & offerretur, eam fide acceptare & amplecti, relicta etiam umbra, debebant.

Demon-

Digitized by Google

Demonſtratio.

Duplicem talem obſervationem, conſiderationem & praxin omnia ſigna exigunt. Confer Ezech. XX, 13. ubi reprehenduntur Iſraëlitæ hoc ſpirituale negligentes, ut qui *Sabbathum profanarent*, licet ſecundum literam ſatis rigide id obſervarent, & ab omni opere ſuo quieſcerent. Quod & patet exemplo *colligentis ligna*, Num. XV.

XII.

Sabbathum ergo quarti præcepti fuit abrogandum ſub N. T. Et per conſequens quartum præceptum nos directe non obligat ad quietem diei Dominici.

Demonſtratio.

1. Quia *Sabbathum* illud foret *ſignum per generationes Iſraëlis?* Exod. XXXI, 13. Quod de reliquis novem præceptis non dicitur.

2. *Sabbatbum* id fuit *ſignum*, ibidem; non minus ac *circumciſio*. Paulus dicit *umbram*, Col. II, 17. Ergo non minus ac *circumciſio* ceſſare & abrogari debuit. Hinc voluit Apoſtolus vſ. 16. *ut ne quis fideles judicet ob cibum vel potum*, aut in *parte feſti*, *aut novilunii*, *aut Sabbathi*, *quæ ſunt umbræ futurorum*.

3. Paulus reprehendit Galatas Cap. IV, 9. 10. quod *ſe converterent retrorſum ad infirma & egena elementa, quibus ſervire vellent ad ſuperiora regreſſi.* Quo refert vſ. 10. *Dies obſervatis, & menſes, & præſtituta tempora & annos.*

Et

Digitized by Google

Et Rom. XIV, 5-10. pro *infirmis* habet; *qui diem præ die æstimant.*

XIII.

Quamvis præceptum quartum neque Israelem sub V. T. proprie & directe secundum literam obligaret cultum Dei publicum septimo illo die obire; neque nos sub N. T. die hebdomade primo, sive Dominico; cultus tamen Dei publicus certo & statuto tempore fuit necessario tum sub V. tum sub N. T. obeundus.

Demonstr. per partes.

1. Quod hoc præceptum de cultu Dei directe non agat, supra visum.

2. Præceptum, quod jubet sub V. T. septimo die nullum opus facere, non potest directe tempore N. T. nos obligare ad diei Dominici observationem, ad primi diei quietem, & cultus Divini exercitium eo die obeundum.

3. Cultum Dei publicum tamen absolute esse necessarium, tam sub V. quam sub N. T. patet ex pluribus particularibus præceptis. Id vel ipsum primum & tertium Decalogi præceptum evincit. Sic & omnia loca V. & N. T. quæ commendant scrutinium S. Scripturæ, meditationem legis Jehovæ, glorificationem Dei &c. Deut. VI, 6. Psal. I, 2. XIX, 8. Eadem omnia loca nos etiam obligant. Adde Hebr. X, 25. Joh. V, 39. Co. III, 16.

4. Res significata & obsignata, *Sabbathum* spirituale & perpetuum, obligabat Israelem,

Digitized by Google

lem, sic & nos, omnes dies Deo sanctificare, à malis operibus cessare, *Sabbathum* spirituale & æternum in hac vita inchoare, omnia media huic fini inservientia adhibere, verbum Dei diligenter legere, audire, cœtus sacros frequentare, non negligere nec deserere congregationem nostri mutuam &c. secundum laudatissimam explicationem Catecheseos nostræ Heidelbergensis.

Hinc & dies *Sabbathi* sive septimus fuit etiam dies cultui sacro destinatus apud Judæos sub V. T. cum eo die quiescerent.

Imo obligati erant ad veram & spiritualem observationem hujus *Sabbathi*; Sacramento & signo hoc sancto uti oportebat, ex Thesi XI. Adeoque hunc diem sanctis cogitationibus transigere, piis meditationibus omnibusque pietatis exercitiis eo die incumbere debebant. Hinc Psalmus 92. dicitur vs. 1. *Psalmus & Canticum in die Sabbathi.* Et Act. XV, 21. *Moses ab ætatibus antiquis habet, qui ipsum prædicarent, quum in Synagogis per singula Sabbatha legatur.* Hinc & Apostoli egerunt cum Judæis *Sabbatho*: rursus *proxime sequente*, Act. XV, 42. 44. Paulus per *Sabbatha tria*, XVII, 2. imo *omnibus Sabbathis*, Cap. XVIII, 4.

XIV.

Verbum Dei nullum certum diem cultus publici sub N. T. definivit.

De-

Digitized by Google

Demonstratio.

1, Quia nullum de eo expressum mandatum invenitur. Mentio quidem fit Apoc. I, 10. *diei Dominici;* sed is ita dictus est, non quod à Deo sit constitutus dies cultus publici, sed quod *Dominus* noster eo *resurrexerit.* Est dies ἀναστάσιμος.

2. Quod discrimen *dierum* non minus ac locorum sit sublatum. Rom. XIV, 5-10. Col. II, 16. 17.

XV.

Quandoquidem tamen tempus cultus publici non minus est necessarium, ac locus; & certus dies debuit publico destinari; Ecclesia Christiana ab antiquissimis temporibus hunc primum hebdomadæ diem ad cultum sacrum ordinavit; nec ullus alius dies sapientius & rectius ordinari potuit.

Demonstratio.

Dies hic primus hebdomadæ, dies resurrectionis, erat primus dies *Sabbathi* N. T. Hic dies observatur libere in memoriam resurrectionis Domini nostri, & ad confirmationē veritatis resurrectionis ipsius. Quin & Apostoli aliquam ansam dedisse videri possunt, 1. Cor. XVI, 2. ibi enim vult Apostolus, ut *primo quoque die hebdomadæ unusquisque apud se quid seponat, recondens ut thesaurum quod pro Dei benignitate licuerit;* nimirum pro pauperibus.

Ut se distinguerent Christiani à Judæis, &

Digitized by Google

ut umbras desererent, utile, consultum, imo necessum fuit, ut alius dies, ac ipse septimus, ad cultus publici exercitium ordinaretur; septimus enim sine superstitione retineri non potuit: nullus autem ex reliquis sex tam aptus erat, nec ob tam validas rationes libere eligi & institui potuit, ac primus ille dies.

XVI.

Unusquisque propter pregnantes rationes obligatus est & obstrictus, hoc die diligenter cœtui sacro interesse, cultui publico vacare; eaque de causa à labore & opere quotidiano die primo cessare, & in libertate Christiana quiescere; nec tantum in publico conventu, sed & privatim domi reliquam illius diei partem quantumpote impendere sanctis pietatis, lectionis S. Scripturæ, meditationis, ceterisque exercitiis.

Nemo potest sine gravi peccato hoc die negligere conventus sacros, & in quotidiano opere esse occupatus. Hebr. X, 25.

Demonstratio.

Qui negligit conventus sacros, 1. contemnit *Sabbathum* & *quietem* N. T. 2. Communionem sanctorum. 3. Communes preces. 4. Adhortationem ad fidem & bona opera. 5. Bonum ordinem & concordiam. 6. Cognitionem Dei & veram pietatem. 7. Quin & omnia media gratiæ & salutis. Qui media non vult, nec vult finem: qui vero finem vult, vult etiam media.

XVII.

Digitized by Google

XVII.

Non minus sumus obstricti ad cultum publicum primo die hebdomadæ, ab Ecclesia libere instituto & ordinato, exercendum, ac si in ipso quarto præcepto hic dies in hunc finem esset ordinatus, vel ab ipso Domino Jesu, vel ab ejus Apostolis institutus.

Demonstratio.

Si quis nollet adstringi ad certum diem, æque foret insipiens & absurdus, ac si nollet in eam domum, templum, aliumve locum venire, quem Deus ipse non ordinavit. Nec diem, nec locum, Deus sub N. T. definivit; uterque tamen definiti & ordinari libere ab Ecclesia vel Magistratu debuit.

Similiter quis ineptus & profanus esset, qui nollet sacram Synaxin celebrare, quia Deus tempus S. cœnæ non definivit.

Pariter qui dies supplicationum aut gratiarum actionum observare nollet, quia non nisi à supremo Magistratu edicuntur.

Talia relicta sunt liberæ Ecclesiæ aut Procerum Ecclesiæ definitioni & ordinationi: cui qui se opponit, refractarius est, quietis publicæ perturbator, & religionis contemtor. Deus voluit, *ut omnia ordine fierent*, 1. Cor. XIV, 40. circumstantiæ multæ libere definiri debent. Confer Coeceji Summæ Theol. Cap. 89. §. 8.

XVIII.

Catechesis nostra Dominica 38. non agit de quar-

to præcepto, quatenus id datum fuit Israëlitis sub V. T.

Demonstratio.

Quia ibi nullum est verbum de die *septimo*, sive *die Sabbathi*; nec de cessatione ab omni opere, quæ Israëli fuit injuncta.

Nota, minus recte legi in Belgica versione Catecheseos, *inzonderheit op den Sabbathi dat is op den Rustdag, tot de gemeente Godts neerstelyk koome*; quanquam hæc verba commode explicari possint. Germanice, Latine & Græce legitur, *tum aliis, tum præcipue festis diebus.*

XIX.

Præceptum hoc quartum à Catechista explicatur, quatenus illud Christianis convenit sub N. T.

Demonstratio.

Nam Catechista illud ita interpretatur, ut perfectam obedientiam Sabbathi spiritualis & veri, ejusque observationem ponat pro *fine* & *scopo*; & ostendat *media*, per quæ contendere debemus ad hoc, uti perfectam observationem, quantum fieri potest, consequamur. *Scopus* præcepti est, *perpetuum & æternum Sabbathum in hac vita ordiri.* Quod *Sabbathum* secundum legem operum est *cessare peccato*; & in statu gratiæ, *Domino concedere, ut in nobis opus suum faciat per Spiritum suum.* Quod Jes. LVI, 2. & LVIII, 13. venit nomine *Sabbathi*, quia Deus septimo die cessando sive desinendo plura opera facere, per-

pe-

Digitized by Google

petuam illam sanctitatem homini indixit: uti & hanc pariter significavit & adumbravit quiete septimi diei.

Media, quæ ad perpetui Sabbathi sanctificationem faciunt, sunt vel *privata* singulorum, vel paucorum, vel etiam *publica*.

Privata, ut concedamus Domino, *ut per Spiritum S. in me suum opus faciat*. Spiritus vero operatur per verbum Dei. Ergo ut id legamus, audiamus, meditemur, ut Deum oremus, &c.

Publicum medium, quod incumbit civitati, est, *ut Ministerium Evangelii*, & *scholæ conserventur*. Si ea hæc negligant, Patrum familias officium est, curare ut sint conventus, ut fiat institutio, ut sui liberi erudiantur.

XX.

Neutiquam ergo dicendum est, quartum præceptum nos non spectare, nec amplius ad quicquam nos obligare; adeoque nos jam sub N. T. non habere Decalogum, sive decem præcepta, sed tantummodo novem.

Demonstratio.

Patet ex præcedentibus, quod litera nos non spectet, nec obliget; sed res significata & obsignata, per Christum jam adducta, nos obligat ad sanctificandum omne tempus, ad inchoandum *Sabbathum æternum* in hac vita, & ad omnia media, quæ huic fini inserviunt.

Digitized by Google

Speciatim probatur ex Thesi XI. de duplice *Sabbathi* observatione.

Porro ex Thesi XIII. ejusque Demonstratione num. 4.

Sic & ex præc. XIX. ejusque Demonstratione.

Ita *Ursinus* in Catechesin, *Sabbathum* distinguit in *externum* sive *cærimoniale*; quod fuit signum in quarto præcepto institutū; quod cum ceteris cærimoniis per Christum est abrogatum: & in *spirituale* & *perpetuum*; quod consistit in re significata, ut nostræ sanctificationi studeamus, ab operibus malis cessemus, & *ordiamur Sabbathum æternum in hac vita.* Quod derivat ex scopo præcepti; *ut ad imitationem Dei quoque uno die libere vacemus cultui Dei*, (quod & laudat *Coccejus* in Catech.) & ordine & in libertate Christiana unum *diem ex septem* ordinemus tanquam medium utile ad glorificationem Dei, & nostri sanctificationem. *Ad nos pertinere* ait *Sabbathum hoc internum & spirituale in lege morali præceptum*, & *Sabbatho cærimoniali significatum.*

Sic in Locis communibus pag. m. 321. *Sabbathum cærimoniale est perpetuum usque ad Christum, qui erat finis cærimoniarum, Jer. XXXI. Dan. IX. 2. Sabbathum est æternum, quod ad significatum attinet, quod est cessatio à peccatis, & quies in Deo. Sic enim omnes typi veteres sunt æterni; & ipsum regnum Davidicum, quod tamen*

Digitized by Google

men *ante adventum Messiæ erat destruendum.*

Pag. 322. Deus *liberum Ecclesiæ reliquit alios dies eligere; quæ propter causam probabilem delegit diem primum.* Dein; *salva sua libertate aliter agendi, si sint probabiles causæ; hoc est, sine ulla opinione necessitatis aut cultus.*

Pag. 323. 5. *Sabbathum etiam* dicitur *spiritualis requies, id est, cessatio à peccatis, sive omissio nostrorum operum, & exsecutio operum Dei . . . . . quæ ad ejus cultum & gloriam pertinent. Hoc spirituale Sabbathum in hac vita inchoatur in conversis, & perficitur in æterna.* Dicitur *Sabbathum* Hebr. 4. Jes. LVI.

Coccejus Summæ Theol. Cap. 89. §. 8. *Recordare diei Sabbathi, ut eum sanctifices, hoc in Fœdere operum (ad cujus obedientiam annitimur per resipiscentiam) valet, ut omne tempus . . . sanctificemus. . . .* Idem est cum *amare Deum ex omnibus viribus, & ex omni cogitatione.*

Sic in Catechesin; *Si ex quarto præcepto assumamus illa verba, Recordare diei Sabbathi, ut eum sanctifices: nam Deus sex diebus . . . . ideo benedixit diei Sabbathi, & sanctificavit eum; habebimus præceptum quod qui fecerit, in eo vivit: & cui addi potest, Maledictus &c. id est, qui ullo tempore ullum peccatum fecerit.* Sed *quia homo id Sabbathum violavit, sanctificari* debet. Deus *vero Israëli dedit aliud Sabbathum carnale;* quod dationem *Sabbathi spiritualis* adumbravit. Hoc nos spectat.

Digitized by Google

Alii dicunt hoc esse *morale* in quarto præcepto.

Conclusio.

Hinc liquet, hanc explicationem quarti præcepti esse validissimam ad pietatem; quatenus obligamur omne nostrum tempus sanctificare: atque quartum id præceptum nos magis spectare, quam ipsos Israelitas. Illi umbram habebant, nos corpus. Paulus Phil. 3; 2. 3 Judæos *circumcisos* appellat *circumcisionem*: *Nam nos* (ait v. 3.) *sumus circumcisio, qui spiritu colimus Deum*, &c. Sic Judæi, qui anxie observabant *Sabbathum* typicum & *carnale*, (vide Num. XV.) reprehenduntur à Deo, Ezech. 20: 13. quod *Sabbatha sua profanaverint admodum*, non quod contumaciter opus fecerint Sabbatho, sed quod non usi sint Sabbatho ut signo; quodque fidem in Deum sanctificatorem non habuerint, & ad charitatem ex puro corde, conscientia bona & fide non ficta, non sint connixi; sed putarint, hoc *Sabbathizare* & *otiari* esse sanctitatem suam & partem justitiæ suæ. Si nos contra desideremus rem significatam, & habeamus fidem in Deum Sanctificatorem nostrum, & charitatem illam, & quiescamus à malis operibus in hac vita, habemus verum & spirituale Sabbathum.

II.

Digitized by Google

II.

JOACHIMI CHRISTIANI JEHRINGII,

Dissertatio Historico-Philologica

De

AHASVERO Estheræ marito, ejusque regno Medo-Persico.

Συνοψις.

§. 1. Quæstio ventilanda proponitur. §. 2. Quid *Ahasveri* nomen significet? & an sit nomen appellativum, omnibus regibus commune? §. 3. Per *Ahasverum*, Estheræ maritum, intelligendus est pater Darii Medi, qui Dan. IX, 1. expresse sic nominatur. §. 4. Historia *imperii Assyriaci* breviter sistitur, & II. Reg. XX, 12. cum II. Chron. XXXIII, 11. confertur & illustratur. §. 5. Historia *regni Babylonici* brevissime exhibetur. Arx Susan jam tum temporis fuit nota. §. 6. Imperium *Medicum* & exinde enatum *Medo-Persicum* cum regibus ejus consideratur. §. 7. & 8. Ad illos quoque pertinent *Ahasverus* & *Darius Medus* Dan. IX, 1. coll. V, 31. Ille est *Astyages*, hic vero Cyaxares II. §. 9. Astyages ille Rex Medo-Persiæ fuit Estheræ maritus. Hoc probatur exinde, (א) quia omnes circumstantiæ produnt, historiam Estheræ tempore captivitatis LXX. annorum jam contigisse. §. 10. (2)

Digitized by Google

quia maritus Estheræ fuit rex Medo-Persiæ, quod patet (a) ex titulo ejus regio, (b) ex regionibus & provinciis Medo-Persicis, quas tenuit Ahasverus ille §. 11. (c) ex arce Susan (d) ex stylo scribendi, Medo-Perficis consueto, itemque (e) ex consuetudine, quod regem adire nemini licuerit, nisi vocato. §. 12. (f) Quia omnes circumstantiæ & difficultates facili negotio sic potuerunt explicari.

§. 1.

ILlustris sane & consideratu digna est historia, quæ in libello, nomen Estheræ præferente, à divino script. memoriæ nobis est tradita. Sed difficillima statim circa illius initium oritur quæstio, *quis ille rex Ahasverus fuerit, qui Estheram virginem judaicam duxit uxorem?* Quantopere hac in quæstione ventilanda viri docti hactenus desudaverint, etiam illis ignotum esse non potest, qui à limine tantum sacram salutarunt historiam, unde opus non est, omnes hac de re eruditorum recensere sententias. Ad unum omnes illum inter Persarum reges studeant invenire, in quos adeo suos defixerunt oculos, ut de aliis vix cogitaverint; sed tot fere hic sunt sententiæ, quot Persarum reges. Non est animus, varias istas variorum doctorum virorum sententias his excutere plagulis, tantummodo in præsens ea, quæ circa propositam quæstionem mihi in mentem venerunt consideranda, libere proferam, eruditorumque virorum subjiciam disquisitioni. Fateor, exploratu eam maxime

Digitized by Google

me esse difficilem, notum enim est, quam crassis historia priscorum temporum prematur tenebris, quamque variis secula illa antiquissima conspersa sint fabulis, ut eluctari exinde pene sit impossibile. Sed hanc antiquorum temporum perpendens obscuritatem, hac in quæstione perscrutanda, ductum Scripturæ sacræ unice, quoad fieri potest, sequi animum induxi meum, nihilque pro vero venditandum putavi, nisi quod Scripturæ sacræ sit probatum, aut eidem non videatur repugnare. Cum ergo Estheræ librum cum illis Scripturæ S. locis, in quibus profanæ historiæ vestigia aliqua adhuc sunt residua, conferrem, maxime probabile mihi visum fuit, regem aliquem Persiæ hic non posse intelligi, sed Mediæ potius seu Medo-Persiæ regem quendam, & quidem Astyagem, Darii Medi patrem, qui Dan. IX. 1. Ahasveri nomine expresse insignitur. Id quod ex circumstantiis istius temporis, conditioneque tum regis prædicti tum gentis judaicæ evinci posse credo.

§. 2. *Ahasveri* nomen Persicum esse plerique non sine fundamento asserunt, alii vero Chaldaicum, ut Judæorum quidam, quemadmodum ex verbis R. Selome ben Melech mox citandis patebit. Significare vero hanc vocem perhibent *magnum caput* seu *magnum principem. Job. Tob. Major in disputat. de angelis*, referente *B. Geiero in Commentar.*

in

in Daniel. pag. 659. ait, Ahasverum Perſis deſignare majeſtate præditum, & in ſumma dignitate conſtitutum. Et citatus *R. Selomo ben Melech* ita in יפי מכלל fol. מט. col. 3. ad hanc commentatur vocem: כתב הריקם כי היא מלה מורכבת כי אחש הוא שם הגדול בלשון ארמית רוצה לומר אחש וראש i.e. *Scripſit Rabbi* יוסף קארו מצפת (a) *vocem hanc eſſe compoſitam, nam* אחש *eſt nomen Magni alicujus, in lingua Aramæa ſeu Chaldaica, quaſi dicam* אחש וראש, *i. e. qui magnus & caput eſt.* Confirmari hoc poſſe videtur exinde, quod primarii regum Orientalium miniſtri voce אחש quoque denominentur, e. g. אחשדרפנים Dan. III; 2. item אחשתרנים Eſth. VIII, 10. quamvis extra litem nondum ſit poſitum, quid voce inprimis ultima denotetur. Conf. *Pfeifferus in Dub. Vexat. Cent. 3. Loc. XXVII. p. 471, ſeq.* Ex modo dicta vero ſignificatione porro concludunt, nomen iſtud non eſſe proprium ſed appellativum, quod cuilibet regi ceu majeſtatis nomen aſſignari poſſit. In quam ſententiam eo facilius ſe induci paſſi ſunt, quod hac ratione Eſtheram pro arbitrio cum quolibet rege conjungere poſſent. An

(a) Hunc per abbreviaturam הריקם denotari putat Judæus quidam præclarus & ſcriptorum Rabbinicorum peritus, quem hac de re conſuli; nullibi tamen hunc Rabbi allegatum ſe inveniſſe mihi dixit, quemadmodum, nec Buxtorffius ejus meminit in tractatu de abbreviaturis hebraicis.

Digitized by Google

An vero sententia hæc firmo nitatur fundamento, nondum satis probatum esse videtur, cum ad meras tantum redeat conjecturas, & ob modo dictam rationem fortassis unice sit excogitata. Duo nimirum, ut arbitror, reges solum hoc sortiti sunt nomen, vid. sq. §. 3., inde vero non statim pro nomine communi, meo quidem judicio, accipi poterit. Et licet quoad significationem omnibus facile tribui possit regibus, exinde tamen non sequitur, eos quoque actu nomine illo fuisse decoratos, nam à posse ad esse non valet consequentia. Quod si vero nomen Ahasveri communis esset regius titulus, & quidem in specie Regum Medorum solum, ut *Sanctius apud Geierum l. c. pag.* 659. censet, magnum utique pondus sententiæ accederet meæ. Malo tamen hypothesin istam de nomine appellativo Ahasveri, utpote non satis fundatam, nec ulla stringenti ratione probatam facere missam.

§. 5. Occurrit Ahasveri nomen in sacris tantum literis, & extra Estheræ librum duo tantum reges istud sortiuntur nomen, scilicet rex quidam Persarum, de quo Esr. IV, 6. & rex quidam Medorum, Darii Medi pater, de quo Dan. IX, 1. Quod si nunc de alterutro probari posset, quod fuerit Estheræ maritus, majorem hoc citra controversiam mereretur fidem, quam si alii regi Ahasveri tribua-

buatur nomen. Quis ille Ahasverus, rex Persarum, fuerit, non adeo clare liquet, alii enim Cambysen, alii Xerxem per illum intelligunt, quod si tamen seriem & ordinem regum Persarum in Esræ capite citato quarto observatum, qui hac in re minime est negligendus, attendamus & cum profana conferamus historia, cum viris præclaris utique erit dicendum, *Xerxem* hic denotari, cum manifesto inter *Darum Hystaspidem* & *Artaxerxem Longimanum* collocetur, confer. *Strauchii Breviarium Chronol.* Lib. IV. C. XXVII. pag. 590. edit. a. 1708. Huic vero (uti nulli Persarum regi) gloriam illam, quod fuerit Estheræ maritus, concedi posse non puto, cum judæis in ædificando templo semper contrarius fuerit, ut ex l. c. patet; benevolentiori vero ista in re sine dubio erga Judæos fuisset animo, si quam ex illorum gente sibi matrimonio junxisset uxorem. Et quamvis multa pro rege hoc Persarum, Xerxe scilicet afferri posse non diffitear, quæ valde speciose urgeri possint, gravissima tamen circa illum remanent dubia, quæ eum gloria illa facile privare poterunt, uti ex doctorum scriptis notum est, conf. infr. §. 9. circa finem. Videndum ergo, anne Ahasverus ille Medorum rex, cujus Daniel Cap. IX, 1. mentionem facit, ille ipse sit, qui Estheram matrimonio sibi junxit?

Digitized by Google

xit ? Quod omnium optime demonstrari posse, mihi persuadeo.

§. 4. Ut eo clarius ostendi hoc possit, ante omnia de regibus Asiæ seu sic dicta Monarchia Assyriaca, illiusque divisione, quam brevissime fieri poterit, aliquid præmittendum erit, ut qualitatem regni Medici aut Medo-Persici eo melius inde cognoscere possimus. Optandum vero esset, ut historia antiquissimorum illorum seculorum tanta non laboraret incertitudine, cum quælibet fere particula historiæ usque ad Persarum regnum adeo dubia sit, ut ne duo quidem scriptores inter se conveniant. Optime incertitudinem temporum istorum ostendit clarissimus historiarum scrutator *Cellarius* tam in *Historia sua antiqua pag.* 10. *seqq.* quam in *dissert. de Principio regnorum & historiarum, qua Ctesiæ Cnidii de Assyriorum & Medorum, nec non Babyloniorum regibus sententia examinatur & vanitatis convincitur.* Ductu vero Scripturæ S. sequentia de Assyriorum regno & exinde ortis, brevissime erunt notanda. Post diluvium per multa secula, minora Asiam regna distraxerunt, habuit „namque, inquit „Cl. Cellarius diss. cit. §. VIII. pag. 8. Baby„lonia suum regem, habuit & Elam sive Per„sis: habuit Ægyptus, nec aliis regionibus „sui reges vel reguli defuerunt. Nec de imperii Assyriorum vi & magnitudine quicquam legimus, antequam *Phul*, qui fuit

rex

Digitized by Google

rex Assyriæ, tempore *Menahem* regis Israelis, in Palæstinam venerit; & *Tiglatpileser* rogatu *Achasi* hunc contra Rezinum regem Damascenorum defenderit, II. Reg. XV, 19. 29. & XVI, 7. Tum crevisse Assyriorum potentiam certum est, cujus indubitatum argumentum magna illa deportatio Israelitarum, per *Salmanassarem* tempore Hoseæ ultimi regis Israelitici facta, esse poterit, II. Reg. XVII, 3. seqq. Hanc Assyriorum potentiam *Sanherib*, successor Salmanassaris, non tantum conservavit, sed etiam ampliare allaboravit, uti patet ex II. Reg. XVIII, 17. 33. 34. & XIX, 8. 11. 12. 13. Huic denique Asserhaddon, filius ejus in imperio suffectus est, & quidem circiter decimum quartum aut quintum Hiskiæ annum, II. Reg. XVII, 13. collat. XIX, 37. An vero post Asserhaddon adhuc alii, *Saosduchinus* in Assyria regnaverint; de eo fortasse dubitandum est. Plerique qui historiarum breviaria edidere, ex falsa fortasse de quatuor mundi Monarchiis hypothesi, ut notum est, tradunt, regnum Assyriacum à Nimrodo usque ad Sardanapalum quendam per annos mille & trecentos quam maxime floruisse, ab hoc autem Arbacis instinctu Medos primum defeciisse, qui aliquot annos totum Assyriorum obtinuerint imperium, Assyrios vero ut & Babylonicos porro se Medorum rursus subtraxisse imperio, ut sic totum Assyriacum im-

Digitized by Google

imperium in tria, *Medorum* scilicet *Assyriorum* & *Babyloniorum* fuerit divisum regna. In hoc autem separato post divisionem imperio Assyriaco reges allegatos regnasse putant. Quantopere vero hoc à veritate sit alienum, clarissime patet ex sacris literis, constat enim ex iis, ante enumeratos reges nullum in Assyria tam potentem, ut vulgo ferunt, fuisse regem. vid. *Cellarii diss. cit.* §. 8. & 9. *item D. Buddei Hist. Eccl. V. T. Tom. I, pag.* 970. *usque* 975. Liquet contra ex iis, Medos & Babylonios temporibus regum istorum, Assyriorum regno adhuc fuisse subjectos, nam Salmanassar Israelitas captivos in Mediam abduxit II. Reg. XVII, 6. XVIII, 11. & ex Babyloniæ urbibus colonos accersivit, inque Palæstinam ablegavit II. Reg. XVII, 24. manifesto argumento, Mediam & Babyloniam illius adhuc sustinuisse imperium. Quod & circa regem Asserhaddon ductu II. Chron. XXXIII, 11. observandum erit. Objici quidem ex II. Reg. XX, 12. posset, Babyloniam Hiskiæ tempore jam suos habuisse reges proprios, sed locum hunc cum Chron. l. c., qui sibi contrarii videntur, ita conciliari & ex circumstantiis historicis explicari posse puto, ut *Brodach*, qui Jes. XXXIX, 1. *Merodach* dicitur, fuerit primum Vasallus tantum vel vice rex Assyriæ regis, unde in loco parallelo II. Chron. XXXII, 31. (non

enim legatio hoc loco memorata est alia ab illa II. Reg XX, 12. ut Joh. Clericus quidem putat) dicitur, à ducibus (שרים) Babelis legatos ad Hiskiam fuisse missos. Ex quo loco simul concludi posset, plures regis Assyriæ duces, seu gubernatores in Babylonia fuisse constitutos, inter quos Brodach fortassis primarius fuerit, & cujus pater *Beladan*, qui *Nabonassarus* plerumque esse dicitur, itidem sine dubio magnus exstitit dux, ut inde vulgo rex Babyloniæ primus salutetur. Illustrari quoque hæc loca possunt ex Esai. X, 8. ubi Assyriæ duces (שרים) cum regibus æquiparantur, ut sic Babyloniæ præfecti Assyriaci ab auctore libri poster: Regum facile potuerint nominari reges. Maxime probabile vero est, *Berodach*, mortuo Asserhaddone, regnum Babyloniæ sibi arrogasse, & ab illo tempore revera istius regionis fuisse regem, ut ita hoc quoque respectu regis insigniatur titulo. Aut cum quibusdam dicendum erit, Babylonios jam tum habuisse reges proprios, qui tamen Assyriis fuerint tributarii. Conf. *Campeg. Vitringæ Hypotyposis Histor. & Chronolog. sacræ* Period. V. n. XLIII. usque LXI. pag. 69. seqq.

§. 5. Ex dictis vero apparet, usque ad Asserhaddonem regnum Assyriacum fuisse indivisum, ætate vero illius divisionem istius subsecutam, quod quibusdam ansam dedit statuendi, Sardanapalum esse ipsum Asser-

Digitized by Google

Asserhaddonem, quasi „ex אסר חדון פול „*Assar Haddon Phul*, quod demtis ἀφωνοις aut „aspiratis literis, quarum nullam rationem „Græci habent, pronuntiatur *Sar Don Pul*, „unde Græci effinxerunt Σαρδανάπαλον. Pul „enim sive Phul nomen regium esse, nemini „ignotum. Sunt verba *Cellarii in Hist. antiq. pag.* 13. *not. a.* Conf. quoque ibi citati autores. Sub hoc ergo Asserhaddone aut statim post ejus obitum Babylonii (de Medis dicam deinceps) peculiare regnum, ut §. præcedente indicatum, constituerunt, quod una cum Medico satis diu in Asia maxime florentissimum fuit. Nam post nominatos *Baladan* & *Merodach*, interjectis quibusdam obscurioribus, ad *Nabopolassarum* summa rerum delata fuit, & hoc exstincto, ad *Nabuchodonosarum*, in Scriptura S. *Nebucadnezarum* dictum, qui regno judaico imposuit finem, & à cujus imperii anno primo illustris illa epocha septuaginta annorum captivitatis Babylonicæ initium sumsit, ut erudite & solide demonstravit Clariss. Dn. *Buddeus in Hist. Eccles. V. T. Tom. II. Period. II. sect. V.* §. 1. *pag.* 755. *seqq.* Nebucadnezaro vero successit filius *Evilmerodach*, & huic *Nirigliſſor*, Evilmerodachi sororis maritus, & denique Laborosardochus, Danieli, ut quidam volunt, Belsazar dictus. Ultimus hic communiter Nebucadnezaris *ex filia* nepos fuisse perhibetur, uti quoque Cellarius scribit in *Historia Anti-*

Digitized by Google

qua pag. 8. de quo tamen merito erit dubitandum, cum Jer. XXVII, 7. expresse ejus nepoti *ex filio* regnum promittatur, dicitur enim בן בנו non בן בחו, unde quoque Belgæ in Versione Dordrac. ad Dan. V, 1. not. 1. Belsazarem appellant Evilmerodachi filium. Hi sunt, qui imperium Babylonicum satis quidem amplum, sed solum tamen, tenuerunt. An vero *Darius Medus* sit *Nabonedus* seu *Nabonadius*, & hisce enumeratis quoque sit accensendus, ac si, ut ceteri, rex tantum fuerit Babyloniæ, quod plurimi asserunt Historici; hoc ex sequentibus erit dijudicandum. In antecessum tamen non possum, quin hic adducam Vitringæ de hoc judicium, qui libr. cit. pag. 102. n. XXXIV, ita scribit: „Certum est, sententiæ Scaligeri & Petavii (Darium scilicet Medum esse Nebonedum) tot fere obstare rationes non exigui ponderis, quot verba in Historia sacra „de Dario Medo leguntur: quare omnino „mirandum esset, potuisse duos viros in hac „scientia principes, quibus nec eruditio defuit, nec perspicacia, in eam consentire, „nisi ambo præjudicium aliquod alte imbibissent, quod ipsis non permisit, Darium „Medum per *Cyaxarem* exponere. Ceterum adhuc hic observandum, quod tempore Belsazaris arx *Susan* jam fuerit nota, uti ex Dan. VIII. 2. videre licet. Ad quod imprimis notandum, Susan expresse בירה arcem seu

seu regiam vocari, quod argumento esse potest, reges Babyloniæ ibi jam tum saltem subinde resedisse. Unde simul patere poterit, qua forte ratione judæi, qui à rege Babyloniæ captivi abducti sunt, in urbe & arce Susan sedem quoque habuerint, Esth. II, 5. 6. Nec obstat, Susan sitam fuisse in Persia, quæ Medis tunc fuit subjecta, ceu ex dicendis patebit: nam responderi potest, Medos eo tempore totâ nondum potitos fuisse Persia. Sine dubio tractus ille Persiæ, qui postea ab arce Susan *Susiana* est dictus, adhuc imperio Chaldæorum paruit, provincia enim Susiana, in qua arx Susan sita fuit, à Persia quandoque distinguitur, vid. *Cellarii Geograph. S. Cap. XXIII. qu. 28.* Hinc *Marshamus in Can. Chron. Sec. XVIII. pag.* 606. expresse scribit? Eulæus amnis inter *Susianem Babyloniæ* & Elymaidem ditionis Medo-„Persiæ terminus erat. Ad hunc amnem „sita erat *Susa*, maximum *Chaldaici imperii* propugnaculum. Quod si vero cum quibusdam locus Danielis citatus ita explicetur, ac si in visione saltem ibi fuerit Daniel, ut sic Susan tunc temporis regia fuerit regum Medo-Persarum, facile hoc concedi potest, cum hoc meam non evertat sententiam, quamvis, si dicendum quod res est, sententia hæc nulli nitatur firmæ probationi. Sufficit vero hic, Susan arcem tempore regni Medorum jam exstitisse, & sic Plinium

Digitized by Google

ûm errare, quando in Hiſtoria mundi naturali Libr. VI. Cap. XXVII. pag. m. 81. ita ſcribit: „Infra eſt Suſiane, in qua vetus re„gia Perſarum *Suſa*, à Dario Hyſtaſpis filio „condita. Cum ergo arx Suſan jam ante Monarchiam Perſicam inſignis fuerit regia; ex hoc fundamento obſtare non poterit, quo minus Eſtheræ hiſtoriam ad tempora ante Cyrum referamus.

§. 6. Nunc regnum Medorum erit conſiderandum, ut inde liquere poſſit, res cum Eſthera geſtas ſub hoc contingere potuiſſe imperio, & hoc optime quadrare Ahasvero illi, de quo nobis nunc ſermo eſt. Regnum ergo hocce ab *Arbace*, qui à Sardanapalo, aut potius Aſſerhaddone, defecerit, conditum fuiſſe vulgo aſſeritur, ſed fortaſſis ſine fundamento, nam ſi conjecturare liceat, dicendum forſitan erit, Arbacis nomen eſſe fictitium ex græca voce ἀρπαξ, quo aliquem denotare voluerint, qui Medorum ad ſe rapuerit regnum. *Herodotus* minimum nullam Arbacis facit mentionem, ſed ſimpliciter tantum narrat, Medos ab Aſſyriis defeciſſe primos, & cum Aſſyriis pro libertate præliantes, ſtrenue ſe geſſiſſe, ſicque excuſſo ſervitutis jugo, in libertatem ſeſe aſſeruiſſe *libr. I. Hiſtor. pag.* 40, Cum vero aliquamdiu propriis uſi fuerint legibus, *Deiocem* poſtea regem ſibi conſtituerunt, utpote qui ipſis haſtenus jus dixerat, & æquitate morum-

Digitized by Google

morumque probitate inclaruerat. Hic solam Medicam subegit nationem, ut porro refert Herodotus l. c. at Deioce defuncto, qui annos tres & quinquaginta regnasse dicitur, filius ejus *Phraortes* suscepit imperium, qui Persis intulit bellum, eosque in potestatem redegit Medorum. Cumque ita per hunc Persia cum Media fuerit conjuncta, exinde, ut res ipsa docet, regnum *Medo-Persicum* est enatum, nam quod ejusmodi regnum exstiterit, satis apparet tam ex literis sacris, vid. infra §. 10. quam ex profanis autoribus, ut ostendit *Marshamus in Canone Chron.* Sec. VIII. pag. 604. Quod autem *Darius Medus* primus hujus regni Medo-Persici rex fuerit, ut Marshamus l. c. statuit, hoc cum rei veritate non convenit, allegatus potius Phraortes primus hoc decorandus erit titulo, ita ut hic & sequentes ejus successores non immerito *reges Medo-Persici* salutentur. Post illius vero obitum, *Cyaxares* filius, successit, qui multo majoribus suis fuit potentior, Assyrios enim præter regnum Babylonicum imo Scythas quoque in suam redegit potestatem, & regni fines ad Halym amnem propagavit. Hunc etiam primum Asiaticos populos in provincias distinxisse, inque suum quoque ordinem distribuisse, tradit Herodotus l. c. p. 43. Cumque vita defungeretur, reliquit *Astyagen* filium, qui triginta quinque annos imperium

Digitized by Google

tenuit, & sine dubio Babyloniam, quam Pater ejus nondum expugnare potuerat, suo adjecit imperio, ut ex historiæ cohærentia patet, vid. seq. §. 7. & 8. Hic vero communiter Medorum rex habetur ultimus, cujus filia unica, *Madane*, Cyrum enixa sit, de qua, ut hic agam, non est animus mihi, cum ea, quæ de Astyage ejusque filiæ somnio dicuntur, à fabulæ non absint suspicione, uti quoque monet *Franciscus Schaper in Annotationibus ad Sleidanum de quatuor summis imperiis* p. 97. 98. Alii rectius adhuc cum *Xenophonte in Cyropædia libr. I. pag.* 22. Astyagi filium & successorem tribuunt, *Cyaxarem* scilicet *secundum*. qui Cyri socer aut avunculus dicitur. Scaliger quidem, ut inter doctos notum est, & Petavius asseruerunt, Cyaxarem hunc hominem esse novum, & à Xenophonte ad historiam suam belle exornandam fictum. Sed cum Xenophontis (viri ut optimæ dicitur fidei) relatio nihil habeat paradoxi, & omnibus partibus suis pulchre cohæreat, imo cum Scriptura sacra amicissime conspiret: omnino veram illam esse cum viris quibusdam eruditis credendum est, conf. Vitringa l. c. Num. XXXV. seqq. pag. 103. Et si Darius Medus fuerit rex Medorum, ut §. sq. probabitur, & quidem ultimus; Astyagi necessario aliquis erit tribuendus, Astyages namque non fuit idem cum Dario Medo;

nec

nec aliud Scripturæ S. veritas sibi constare non poterit, ut ex seq. §. patebit.

§. 7. Ultimos scilicet duos reges Medo-Persicos Scriptura sacra *Abasverum* & *Darium Medum*, filium, nominat, uti patet ex Dan. IX, 1. collato cum Dan. V, 31. & VI. per totum. Varia autem hic à viris doctis moventur dubia, quinam illi scilicet fuerint? & ac si Darius Medus præsertim inter Medorum reges non sit numerandus, quæ hic omnino erunt tollenda, cum hoc quam maxime ad thesin meam faciat confirmandam & illustrandam. Darium Medum namque ad Chaldaicos tantum referunt reges, ut ille Nabonedus fuerit, de quo *Berosus* & *Megastenes* tradunt, conjuratores convenientes, Laborosardocho peremto, regnum Babylonicum communi tradidisse suffragio illi (Nabonedo) qui fuit ex eadem Babyloniorum conjuratione, nulla cum antecessore conjunctus affinitate, & cui postea Cyrus præfecturam concesserit Carmaniæ. Has circumstantias cum narratione Danielis de Dario Medo optime convenire putant, cum non fuerit Balsazari affinis, nec legatur, armata eum manu aut urbis obsessione regnum nactum esse Babylonicum, cum Dan. V, 31. & IX, 1. simpliciter dicatur, accepisse eum regnum. Sed dubia non exigua hic oriuntur, si sententiam illam paulo inspiciamus penitius, nam inter alia de Nabonedo tra-

Digitized by Google

dunt, eum septendecim annos tenuisse imperium, *vid. Cellar. Histor. antiq. pag.* 8. Dario Medo autem secundum Scripturæ sacræ dictum duo tantum regiminis anni tribui possunt; constat enim ex Dan. IX, 1. coll. 2. captivitatis Babylonicæ finem, qui citra controversiam in primum vel secundum Cyri annum incidit, & quo simul Darii regnum periit, jam primo hujus Darii anno appropinquasse, unde necessario sequitur, ab initio regni Darii Medi usque ad finem captivitatis Babylonicæ septendecim non potuisse labi annos. Idcirco etiam Philo, Pererius aliique unum tantum aut duos regiminis annos ei assignant, ut refert *B. Martinus Geierus in Comment. Dan. pag.* 658. Nabonedus quoque Beroso dicitur Babylonius, cum contra constet, Darium Medicâ ortum fuisse stirpe. Hinc sine dubio pace eruditorum virorum, quos ceteroquin magni facio, rejicienda erit sententia de Nabonedo, quod fuerit Darius Medus; præsertim cum circumstantia illa quod hic sine armis regno potitus sit Babylonico, etiam alia, fortasse meliori, ratione explicari possit, & anni captivitatis Babylonicæ, ad quos itidem provocatur, etiam alias sibi optime constare possint, ut ex dicendis fiet clarius. Rectius sine dubio dicendum. Nabonedum eundem illum Belsazarem fuisse, uti quoque asserit Vitringa l. c. pag. 104. nnm. XXXIX. E contra si sacræ accu-

Digitized by Google

accurate inſpiciantur literæ, patebit, regnum Babylonicum ſtatim poſt Belſazarem ad Mediæ reges devolutum, atque Darium Medum (& ſic quoque Ahasverum, patrem ejus) non fuiſſe ſolum reges *Babyloniæ* ſed ſimul quoque *Medo-Perſiæ*, quod nunc probandum erit, quemadmodum *Conſtantinus L' Empereur* (ut ſcribit Geierus l. c. p. 442,) idem quoque oſtendit in præfatione ſeu diſcurſu, Commentario Jacchiadæ præmiſſo, ſcilicet (1) prædictum fuerat à Jer. XXVII, 7. ad Nebucadnezaris tantum nepotem, qui fuit Belſazar, regnum Babylonicum eſſe duraturum, poſtea vero etiam illius tempus adventurum, ut gentes amplæ & reges magni ab eo exigant ſervitutem, ſeu illud ſubigant. Sic enim ex linguæ hebraicæ indole phraſin עברו בו ibi explicandam eſſe notum eſt. Jam ſi Darius Medus, ejusque pater Ahasverus, qui poſt nepotem Nebucadnezaris regnum poſſederunt Babylonicum, regiæ non fuiſſent conditionis, vaticinium hoc plene non eſſet impletum, quod vero nemo facile dixerit. Obſtare quidem videtur II. Chron. XXXVI, 20. 21. ubi dicitur, Judæos usque ad regnum Perſicum filiis Nebucadnezaris ſubjectos fore. Sed cum expreſſe apud Danielem Darius Medus, ut rex quoque Babyloniæ, memoretur, qui tamen non fuit ex familia Nebucadnezaris,

cui

Digitized by Google

cui vero Judæi in captivitate Babylonica quoque paruerunt; hic locus aliter explicari non poterit, quam ut in eo dicatur, fore, ut judæi captivi detineantur sub Nebucadnezaro hujusque filiis & porro usque ad regnum Persarum, unius enim positio, non est alterius exclusio. Unde locus II. Chron. cit. non impedit, quo minus ex loco Jeremiæ cit. probem, post Nebucadnezaris nepotem Babyloniæ regnum ab alio rege fuisse expugnatum, & sic Darium Medum cum Ahasvero jam ante, quam Babyloniæ regnum ad eos fuerit devolutum, reges fuisse. Si autem reges fuerint, facile concedetur, quod Medo-Persici fuerint reges. (2) Hoc quoque potest probari ex Esai. XIII, 17. & Jer. LI, 11. 28. 21. ubi expresse dicitur, Mediæ reges armata manu invasuros esse Babyloniæ regnum, quod impletum non esset, si statuamus, Babylonios, interfecto Belsazare, Darium Medum, qui rex Mediæ non fuerit, regem creasse suum. Quid quod Esa. XXI. 2. & Dan. V, 28. VIII, 20. diserte prædicitur, *Medos & Persas* (per quos non incongrue, secundum regni istius conditionem, reges *Medo-Persici* intelliguntur) occupaturos esse Babyloniam, quod de aliquo Medo, qui non fuerit rex, explicari non potuerit, vid. Abr. *Calichii Theologia Prophetica de rebus V. T. Period. V. art. XIV. pag. 224.* it.

it. *Bibl. Dordr. Belgic. ad Dan. VIII. 20. not.* 90. Objici fortasse potest vaticinia hæc citata per Cyrum, Persarum regem, fuisse impleta. Sed; ductu loci cit. Jer. XXVII, 7. utique dicendum est, statim post Belsazarem, Nebucadnezaris nepotem, Babyloniæ regnum à Medo-Persis fuisse expugnatum, præsertim cum Esai. XIII. & Jer. LI. *Medis* occupatio illa adscribatur; quod de Cyro dici facile non poterit, cum non Mediæ sed Persiæ rex in Scriptura S. appelletur. Nec obstat, quod Cyrus Græcis autoribus e. g. Thucydidi, Medus vocetur, & Medi quoque ejus subfuerint imperio: nam licet Medus dicatur, non tamen ullibi Mediæ rex salutatur, uti de expugnatione Babyloniæ Es. XIII. sonat. Et quamvis Cyro paruerint Medi, non tamen ab illis regnum ejus fuit denominatum, cum Persica gens sine dubio sub eo prævaluerit, uti ante Cyrum sub Dario Medo gens Medica præ Persis excelluisse dicenda est. Accedit (3) quod Darius Medus edicta sua secundum Medorum & Persarum leges scribenda jusserit, Dan. VI. 8. 9. 12. 15. quod factum non fuisset, nisi simul illorum fuisset Dominus. Objicitur quidem, eum licet Medis non imperaret, quia tamen è Media erat ortus, constituere potuisse, ut & regum Babylonicorum edicta secundum Medorum statutum essent inviolabilia; insuper verosimile esse, eum

Digitized by Google

eum Medicæ gentis proceres præcipuis præfecisse officiis, & consuetudines introduxisse Medicas. Sed sufficere puto, omnes prodere circumstantias, in Scriptura S. traditas, Darium Medum fuisse regem Medo-Persicum. Quod denique (4) provinciæ ejus permultæ, centum scilicet & viginti, probare possunt, Dan. V, 1. sic enim ab India usque ad Chus regnum obtinere debuit, uti ex indole regni Ahasveri, de quo hic quæstio est, & cui totidem fere adscribuntur provinciæ (Esth. I, 1.) erit concludendum. Tam amplum vero imperium regi Babylonici solius regni tribui non poterit. Quod si omnia cum profanis non possint conciliari scriptoribus, hoc nihil refert, nam si cum divinis literis non concordent, rejiciendi merito sunt omnium Christianorum confessione.

§. 8. Hisce, quæ dicta sunt hactenus, consideratis, secundum Scripturæ S. ductum dicendum erit, regem quendam Medo-Persicum, quem Ahasverum, patrem Darii Medi, fuisse opinor (ut ex dicendis patebit) Belsazarem Babyloniæ regem armis aggressum fuisse, bellumque contra eum gessisse, in quo Belsazar forte per insidias & conjurationem interemtus sit; ut ita rex ille Medo-Persicus, Ahasverus, regno illius fuerit potitus. Et licet in Daniele ne levissimum quidem belli istius occurrat vestigium,

ductu

ductu tamen vaticiniorum §. præced. n. 1. & 2. allegatorum, omnino hoc erit admittendum. *Flavius Josephus* quidem libr. X. Cap. XII. ab initio nulla Nabonedi facta mentione, Cyro atque Dario Medo hocce bellum adscribit, unde quidam loca Danielis mox citanda explicant, ac si Cyrus Babyloniæ regnum Dario ad tempus concesserit, ut sic dicatur, eum accepisse regnum, vid. Bibl. Dordr. Belg. in not. ad C. VI, 1. Daniel: Sed omnia melius sibi constant, si prædicto Ahasvero, patri Darii, hanc solum attribuamus expugnationem, ut sic ab Ahasvero Darius filius regnum Medo-Persicum una cum Babylonico acceperit, & quidem jure hæreditario, quia Dan. V, 31. simpliciter tantum dicitur, accepisse (קִבֵּל) eum regnum, *quod profecto*, ut Cl. Buddeus in Hist. Eccles. V. T. pag. 814. scribit, *de successione longe rectius, quam de bellica acquisitione intelligitur.* Inde tamen non, ut quidam putant, necesse est statuere, Darium Medum Belsazari immediate successisse, non enim verba loci citati sunt continuatio prioris historiæ, sed introductio tantum ad sequentem narrationem. Et Dan. IX, 1. itidem dicitur, Darium (הַמְלָךְ) constitutum esse regem in Chaldæorum regno, non vero illud sibi armis subjecisse. Sequitur vero exinde, quod probe notandum, patrem ejus, Ahasverum, eadem jam obtinuisse regna, quæ obtinuit Darius

Digitized by Google

Darius; & sic porro, Ahasverum illum fuisse regem Medo-Persicum, qui simul Babyloniam sibi subjectam habuit. Quod probasse ad scopum sufficit meum. Et si hoc modo rem exponamus; omnia in Daniele satis apte cohærent, & cum aliis Scripturæ S. locis optime conveniunt. Computus quoque LXX. annorum captivitatis Babylonicæ nihilominus sibi rectissime ita constare potest. Perturbaretur quidem ille, si admitteretur, Cyrum statim post Balsazarem regno potitum esse Chaldaico, sed *si aliquot* anni Ahasveri itemque Darii Medi adhuc addantur, quilibet nullo labore intelliget, LXX. annos facile inde posse provenire. Sic autem forte computus erit instituendus:

Nebucadnezar regnavit annos	43.
Evilmerodach - - - -	2
Nirigloſſor - - - -	4
Belſazar - - - - -	4
Aſtyagi comode tribuuntur anni qui alias Nabonedi adſcribuntur, cum forte tot annos Babyloniæ fuerit rex, reliquo vero tempore tantum in Medo-Perſia regnaverit	16.
Darius Medus regnavit -	1.
Summa	70.

Quænam vero hicce *Abasverus* & *Darius Me-*

Digitized by Google

Medus, reges Medo-Persici, sortiantur nomina apud paganos scriptores? in eo non conveniunt eruditi. Sed cum hic non liceat mihi esse prolixo, sine recensione & refutatione diversarum sententiarum breviter ita sentiendum esse mihi persuadeo: Ex Daniele scilicet notum est, nominatos modo reges fuisse ultimos regni Medo Persici, ut §. 7. probatum. Si ergo, ut itidem §. 6. jam monitum est, *Astyages* & *Cyaxares II.* apud ethnicos autores, ultimi in isto regno habeantur, sequitur inde, Astyagem esse Ahasverum & Cyaxarem II. Darium Medum. Communi quoque fere consensu, ut Clariss. Dn. Buddeus notat l. c. pag. 813. olim fuit recepta sententia illa, quæ per Darium Medum Cyaxarem II. intelligit, conf. quoque *Vitringa Hypotypos. hist. sacr. p.* 105. *n. XL.* Et si Darius Medus sit Cyaxares II. sequitur porro sponte, patrem ejus, Ahasverum, fuisse eundem cum Astyage, uti quoque viri quidam eruditi hactenus asseruerunt, vid. *Cl. Buddei Hist. eccles. Tom. II. in Indice Chronol. ad an.* 3405. ubi Astyagem in Scriptura S. Ahasverum vocari dicit. Conf. quoque *Bibliotheca hæc Cl. V. Fasc. I. n.* 9. §. 21. *p.* 32.

§. 9. Hactenus commonstratum esse puto, fuisse regnum aliquod Medo Persicum; cum hoc post Belsazarem Babylonicum bello fuisse conjunctum, & quidem ab Astyage; & hunc Astyagem in Scriptura S. Ahas-

Digitized by Google

verum fuisse nominatum, cujus filius fuerit Darius Medus. Jam si regni illius, populique judaici conditionem tunc temporis, ceteras item circumstantias rite ponderemus, inprimisque caput VI. Danielis cum Estheræ libro conferamus: quam probabilissime inde colligere poterimus, Astyagen, regem Medo-Persicum & Darii Medi patrem, fuisse Estheræ maritum. Quod ulterius nunc probandum erit. Primo ergo, si conditio populi judaici, prout in libro Estheræ describitur, consideratur, judicandũ erit, eum sub pleno adhuc captivitatis jugo fuisse detentum, innumerabilis enim judæorum in Medo-Persia adhuc erat multitudo, dicit enim Haman Esth. III, 8. populum Judaicum esse dispersum in omnibus regni Ahasveri provinciis, conf. quoque v. 6. it. Cap, IV, 3. contra tempore Cyri quam maxima pars Judæorum & quidem præcipuorum jam in Palæstinam erat reversa, habitabatque rursus in urbibus Israeliticis, ut antea, Esr. II, 64. 65. 70. Et licet universa judæorum gens non simul uno eodemque tempore redierit, imo magna eorum pars patrias nunquam repetierit sedes; si tamen reversio aliqua jam ante Estheræ tempus acciderit, procul dubio judæorum in Palæstina degentium mentio in illius libro fuisset facta, & ad illos quoque sine dubio literæ fuissent datæ de interficiendis hostibus & celebrando festo

Purim

Digitized by Google

Purim, quales ad alios in aliis regionibus degentes judæos sunt missæ Esth. VIII, 8. 9. 10. 11. & Cap. IX, 30. Imo Judæi Samaritanos in primis, hostes suos infensissimos, plane exstirpassent, si hoc sub rege aliquo Persico accidisset, de quo tamen in narratione cruentæ illius cladis, à judæis gentibus allatæ Esth. IX, 5. nihil legimus; è contra aliunde constat, Samaritanos sub omnibus fere Persiæ regibus semper adhuc judæos infestasse, nec illos ab his unquam fuisse suppressos. Adhæc Estheræ genus suum judaicum celare (ob quam rationem hoc fecerit, nunc disquirere non est opus) à Mardochai injungebatur Esth. II, 10. & 20. celatio vero hæc generis ad tempora regum Persarum minus quadrare videtur, cum gens judaica omnibus regibus satis tunc innotuerit, ut ex Esr. IV. colligere licet. Inprimis circa Darium Hystaspidem & Artaxerxem Longimanum, cum quibus tamen præ ceteris Estheram conjungunt, celatio hæc judaicæ familiæ non invenit locum, ille enim jam anno secundo, hic vero anno septimo regiminis erga judæos se præbuit benignum, ut hinc Mardochai & Esthera nullam habuerint causam, familiam suam in duodecimum usque imperii Ahasveri annum reticendi. Quibus circumstantiis consideratis, historiam Estheræ jam ante Cyrum, tempore captivitatis LXX. annorum, contigisse statuen-

Digitized by Google

tuendum est, quod & Marshamus in Can. Chronico Sec. XVIII. pag. 609. agnovit, dicens: *Contigit certe Estheræ historia inter hæc Babylonicæ captivitatis tempora*; ubi quoque Clementem Alexandrinum in consensum adducit, qui libro I. Stromat. pag. 309. scribit: ἐν τῃ αἰχμαλωσια ταυτῃ γινεται Ἀβδηρα καὶ Μαρδοχαιος. Hoc porro quoque ex eo, quod de persona Mordochai Esth. II, 5. 6. traditur, elucet, hic enim sub Jechanja rege judæ jam deportatus erat in captivitatem Babylonicam; si ergo Estheræ historia ad tempora *Darii Hystaspidis* aut *Xerxis* aut *Artaxerxis Longimani* referatur, Mordochai annos vixisset centum & ultra, quod pro conditione temporis illius credibile non est. Imo Esthera eo tempore annorum circiter septuaginta fuisset, qua ætate tanta non potuit esse formæ præstantia, ut omnes antecederet puellas. Dicis: Esthera demum nata fuit proxime ante solutionem captivitatis Babylonicæ. Resp. Et sic fuisset virgo 46. circiter annorum, si Xerxi jungenda sit, uti ex annis regiminis Cyri, Cambysis, & Darii Hystaspidis computare poterimus; an vero puella quadraginta sex annorum regi adeo grata fuisset, non facile crediderim. Objicitur quidem, abductionem illam in captivitatem Babylonicam non de ipso Mordochai, sed de Kiso proavo ejus intelligendam esse, vid. *Friedlibii* Theologia Exeget. Tom. I. p. 524.

Digitized by Google

§24. Sed ut à proprietate literæ recedamus non est opus, cum necessitas hic non urgeat, omnia enim, ut ex tota hac tractatione apparet, retento proprio sensu facile sibi constare possunt; præsertim cum Esr. II, 2. & Nehem. VII. vers. 7. commemoretur, jam Cyri tempore Mordachai revertisse in Palæstinam, unde sub regibus Persicis non amplius fuit in urbe Susan. Dubitari equidem posset, an ille idem fuerit, cujus in Estheræ libro mentio fit; sed cum ille locis citatis inter seniores & principes reduces recenseatur, nil obstat, quo minus utrobique eandem intelligamus personam, maximam enim illum inter judæos sibi conciliasse autoritatem, negari non poterit secundum Esth. X, 3. Conf. Marshamus l. c. Sec. XVIII. pag. 609. lin. 18. 19. qui hanc itidem de Mordochai profert sententiam.

§. 10. Satis ergo constat, ad tempora epochæ septuaginta annorum captivitatis Babylonicæ historiam hanc esse referendam. Nunc secundo considerandum erit ulterius, Ahasverum, Estheræ maritum, regem fuisse *Medo-Persicum*, de quo dubitare nequimus, dummodo hunc cum Dario Medo, quem Medo-Persicum fuisse regem supra §. 6. probavi, conferamus. Occurrit namque statim titulus regum Medo-Persicorum, quo Ahasverum hunc expresse decoratum fuisse, ex Esther. X, 2, satis clare apparet, ubi

Digitized by Google

Chronicorum regū *Mediæ & Perſiæ* למלכי מדי ופרס mentio fit. Cum enim res geſtæ regis Ahasveri in iis ſint conſcriptæ, neceſſario inde prona ſequitur conſequentia, Ahasverum & fuiſſe & denominatum eſſe מלך מדי ופרס *regem Mediæ & Perſiæ*, quod per ἐν διὰ δυοῖν more Ebræis uſitatiſſimo dictum eſt, ut hinc quoad ſenſum voces allegatæ ebrææ rectiſſime vertantur: *Reges Medo-Perſiæ*. Unicum hoc argumentum, ſi nullum aliud ſuppeteret, pro confirmanda ſententia mea ſatis eſſe poſſet, expreſſe enim locus citatus teſtatur, Ahasverum fuiſſe regem Medo Perſiæ. Notari vero ad h. l. meretur, vocem מדי, licet alias poſtponatur, hic tamen in titulo regis præponi, uti Dan. VI. de regionibus Darii Medi legimus. Unde cum Cl. Vitringa facere non poſſumus, cum l. c. pag. 110. n. XLIX. ſcribit, per Ahasverum, qui Eſtheram connubio ſibi copulavit, intelligendum eſſe potentem aliquem Monarcham non *Medo Perſicum*, ſed *Perſo-Medicum*, ac ſi maximum ſit diſcrimen inter regem aliquem Medo-Perſicum & Perſo-Medicum; indeque porro concludit, Monarchas Medicos hic non poſſe intelligi, quia Perſæ paſſim in hiſtoria Eſtheræ Medis præponantur. Præterquam enim, quod Eſth. l. c. vox מדי, ut dictum, diſerte præmittatur; ſimul ex iſta vocum tranſpoſitione apparet, unum idemque in Danielis & Eſtheræ libris intelligi regnum

regnum, & perinde esse, sive dicatur rex Medo-Persicus, sive Perso-Medicus, quemadmodum, ut notat Marshamus l. c. p. 606. Suidæ Zoroastres μηδο-μηδης dicitur. Præterea titulus hic, quo Ahasverus rex Medo-Persicus salutatur, nullibi Cyro & ceteris Monarchiæ Persicæ regibus tribuitur, sed hi semper, idque à diversis scriptoribus divinis atque profanis, simpliciter tantum reges Persiæ vocantur sine additione regni Medici, evolve e. g. II. Chron. XXXVI, 22. 23. Esr. I, 1. IV, 7. 24. Neh. XII, 22. Dan. X: 1. Hoc probe notandum contra eos, qui forte dicant: Reges Monarchiæ Persicæ quoque facile & jure quidem nominari posse reges Medo-Persicos, aut Perso-Medicos, cum tam Mediam quam Persiam in sua tenuerint potestate. Quamvis enim hoc non negetur, exinde tamen non sequitur, eos quoque revera sic fuisse appellatos, contrarium quippe ex locis patet citatis. Dicis: Dan. VIII, 20. Persicæ Monarchiæ reges tamen dici Reges Medo-Persicos? Resp. locus hic de regibus successive regnaturis planissime intelligitur, ut primo reges Mediæ deinde Persiæ reges intelligantur. Unde manifestum est, Ahasverum non ad Monarchiæ Persicæ reges, sed Medo-Persicos potius esse referendum. Ut vero titulus, sic quoque regiones & provinciæ Medo-Persiæ ei adscribuntur; non enim tantum, uti quo-

Digitized by Google

que Dario Medo Dan. VI., Media & Persia ei fuit subjecta Esth. I. 3. 14 18. sed numerus etiam provinciarum Ahasveri maxime convenit cum numero provinciarum Darii Medi, regis Medo-Persici. Ahasverus enim regnavit ab India usque ad Chus, & centum viginti septem tenuit provincias; & totidem minus tantum septem, Darius quoque possedit. Convenientia hæc sane citra controversiam dilucide docere potest, Ahasverum Estheræ maritum idem cum Dario Medo possediisse imperium, quod optime sibi constat, si per illum hujus intelligamus patrem. Inæqualitas vero illa parva in numero provinciarum facile explicari poterit, dummodo dicamus, Darium Medum imperium à patre acceptum paulo aliter immutasse, conjungendo scilicet hanc vel illam provinciam, quemadmodem etiam cum loco septem principum patris sui Esth. I, 14. tres tantum constituisse, dicendum est Dan. VI, 2. cujusmodi levis mutatio toto die etiam in aliis contingit imperiis. Unde ex hisce non sine ratione concluditur, ad Monarcham aliquem Medo-Persicum ob formam regiminis & amplitudinem imperii omnino referri posse Estheræ historiam. Obiter circa imperium Ahasveri, Esth. I, 1. descriptum, observari poterit, judæos ex Cap. X, 1. & quidem ex vocibus מדי & מאה per Kabbalam expiscari, quot regiones ex illis CXXVII.

in

in terra continenti, & quot insulæ inter eas fuerint, vox ס"ד enim secundum potestatem literarum numericam continet *centum*, & tot regiones in terra continenti fuisse putant; literæ א"ר autem exhibent XXVII. & tot insulas Ahasvero adscribunt. Supputationem hanc judæus quidam mihi aliquando indicavit, quam tamen omni carere fundamento quilibet facile videt, hinc inter judæorum nugas erit reputanda.

§. 11. Nec obstat arx Susan, quo minus historia hæc regi alicui Medo-Persico tribuatur, non enim demum tempore regum Persarum est exstructa, sed jam tempore Belsazaris regis Babyloniæ exstitit, uti supra §. 5. est probatum. Nec dubium est, quin reges Medo-Persici, victis Babyloniis, hanc arcem sibi quoque regiam elegerint, ubi certis confederint temporibus, cum, ut vox ipsa indicat, locus valde amœnus fuerit, à liliis enim secundum quorundam opinionem sortitus est denominationem. Fortasse hic de Medo-Persicis regibus observari poterit, quod, ut in editione Herodoti supra citata pag. 617. exstat, Athenæus libr. XII. Dipnosoph. de Persicis in genere scribit: διαφοντες δ' επτευξη εγενοιτο πλουτων παντων ανθρωπων Περσαι, ων και οι βασιλεις εχαιμαζον μεν εν Σουσιοις, θερεζον δε εν Εκβατανοις, id est, „Primi autem „omnium hominum Persæ celebres luxu „fuerunt: quorum & reges Susis hyema-

Digitized by Google

„bant, Eckbatanis æstivabant. Quod optime huc quadrat, cum tempore hyemis historia hæc acciderit, uti ex celebratione festi Purim, quod in medium Februarii ut plurimum incidit, apparet. Sed hoc non adeo urgeri posse puto. In probationem vero thesis meæ porro erit attendendum, Ahasverum eodem, quo reges Medo-Persici, stylo scribendi fuisse usum, quando scilicet edicta sua scribi jussit secundum statutum seu morem Medorum & Persarum; ut non violentur, quemadmodum ex collatione Esth. I, 19. cum Dan. VI, 8. 15. patescit, manifesto argumento, eum fuisse regem Medo-Persicum, præsertim cum de regibus Persicis ejusmodi scribendi consuetudinem non legamus. Inprimis vero maxime notatu dignum est, quod ad regem Ahasverum in atrium interius ingredi licuerit nemini, nisi vocato Esth. IV, 11. hunc enim morem apud Medorum reges in usu fuisse constat ex Herodoto, qui Hist. libr. I. pag. 42. Deiocem, Medorum regem primum jam legem hanc sanxisse tradit his verbis: „Primus Deioces cavit, ne cui ad regem in„gredi liceret, sed per internuncios cuncta „transigerentur, adeo ut nec conspici re„gem à quoquam fas esset. Quodque consuetudo hæc ad ejus successores transierit, itidem docet, cum verbis citatis addit: „Hæc ideo faciunt apud regem, ne videlicet

„cum

Digitized by Google

„eum cernentes æquales & una cum eo edu„cati strenui & fortes, indoleant atque in„sidientur, quin potius quiddam à reliquis „hominibus diversum ipsis esse videatur, si „coram ipsum non intueantur. Optime utique hæc cum Ahasvero Estheræ marito, concordant, nec consuetudo hæc dubitare nos sinit, eum fuisse regem Medo-Persicum. Sine dubio quoque consuetudo illa, qua juxta Esth. II, 14. uxores & concubinæ per vices in orbem ad reges admissæ sunt, apud Medos jam invaluit, unde ad reges Persicos, Medorum successores, illa quoque transierit, cum secundum Strabonem, teste *Marshamo in Canone Chronico* Sec. XVIII, pag. 606. Medi Persis ἀρχηγέται fuerint, eademque fuerint Persarum instituta, quæ olim Medorum. Unde ex eo, quod Herodotus libr. III. Hist. pag. 186. edit. cit. de Persis morem hunc referat, inferri non poterit, apud solos Persas illum fuisse in usu, ut sic Estheræ fata ex hoc fundamento ad Persarum Monarchiam tantum sint referenda, cum sine dubio secundum Strabonis verba citata mos ille jam à Medis & Medo-Persicis fuerit receptus.

§. 12. Ex hac quoque hypothesi nostra obscuriora quædam facili expedire poterimus negotio. Si enim, ut supra jam dictum, Ahasverus ille regnum Babyloniæ armata expugnaverit manu, optime conci-

liari

Digitized by Google

fiari poterit, qua ratione judæi ei fuerint ignoti. Cum enim nuper demum ista potitus fuisset regione, hujus incolæ ei nondum fuerunt noti. Aut fortassis simpliciter erit dicendum, reges tunc temporis non adeo sollicitos fuisse, cujus religionis homines sub suo degerent imperio, alias enim usque in duodecimum regiminis annum judæi non potuissent ei esse ignoti Esth. III, 7. 8. Dixeris fortassis, num Ahasverus subditorum suorum adeo incuriosus fuerit ut de judæis in ipsa regia Susan conversantibus nil quicquam inaudiverit? Sed non est, quod mireris, cum Ahasverus ne sollicitus quidem fuerit, ut familiam conjugis suæ dilectissimæ, Estheræ, pernosceret, unde hæc gentem suam & potuit reticere, vid. supra §. 9. Ex hoc vero, quod judæi Ahasvero tamdiu fuerunt ignoti, concludi poterit, Darium Nothum aut Artaxerxem Longimanum ex hoc etiam fundamento non fuisse Estheræ maritum. Illi enim judæi jam anno imperii sui secundo, & huic jam anno septimo erant cogniti, ut ex Esr. IV, 14. & VII, 8. est manifestum, ambo enim reges illi in annis memoratis judæis facultatem ædificandi templum Deique cultum restituendi concesserunt, quod sine speciali illorum notitia fieri non potuit. Hinc simul liquet, eximium illum favorem Artaxerxis Longimani, etiamsi ille maritus Estheræ fuisset, erga judæos

Digitized by Google

dæos non, ut quidam conjiciunt, exinde promanare potuisse, quod uxorem ex judæorum genere prognatam habuerit in matrimonio, anno enim imperii sui septimo, ut dictum, judæis benignum se jam præbuit, cum Ahasvero anno demum duodecimo gens judaica innotuerit. Quod vero loca Esræ citata de duobus memoratis regibus agant, Cl. Buddeus in Hist. Eccles. V. T. Tom. II. pag. 897. seqq. solide pro more evincit. Cum ergo postea judæi Ahasvero innotuissent, atque ab eo ad clavum imperii fuissent admoti, Esth. X, 3. exinde dispalescit, quomodo Daniel statim primo Darii Medi anno inter tres regni gubernatores fuerit constitutus, quia scilicet patri Ahasvero ob sapientiam suam fortasse jam fuit cognitus. Deinde ratio forsitan ex nostra quoque sententia reddi potest, cur antiquitas ebræa Estheræ librum in Codice sacro ante Danielem collocaverit & cum hoc conjunxerit, quia scilicet utrorumque res gestæ in idem inciderunt tempus, licet Daniel ulteriora adhuc attingat tempora, unde forte postpositus fuit. Sic enim quatuor illi libelli, Estheræ, Danielis, Esræ & Nehemiæ optime ordine chronologico se invicem sequuntur. Et quamvis libri V. T. non omnino secundum temporis ordinem sint dispositi, non tamen plane temporis ratio in collocandis illis, præsertim in libris historicis,

no-

Digitized by Google

neglecta fuit; quod etiam de Eſtheræ libello dicendum eſſe videtur, niſi fortaſſe quis ordinem illum, quem inter Hagiographa nactus eſt, inde deducere velit, quod quinque illi libelli, Megilloth dicti, Canticum nempe, Ruth, Threni, Eccleſiaſtes & Eſther eo collocati ſint ordine, quo judæi eos certis diebus feſtis in ſuis legunt Synagogis. Sed dubitari adhuc poſſet, an lectio illa jam tunc temporis, quo libri iſti in ordinem ſunt reducti, moris fuerit. Ceterum ſecundum noſtram hypotheſin nullo quoque negotio explicari poterit, quod alias mirantur viri quidam docti, quod Eſra & Nehemia nullam Eſtheræ faciant mentionem, nec ejus favore apud regem uſi, quia nimirum Eſtheræ hiſtoria tempore illorum non acciderit; alias enim utique facilius ædificandi templum nacti fuiſſent poteſtatem, & Ahasvero Eſtheræque ſine dubio honorificam feciſſent mentionem. Quærere vero hac ratione quis poſſet: cur ergo apud Danielem nulla hiſtoriæ hujus facta fuerit mentio? Reſp. Daniel ea tantum literis conſignare ſibi propoſuit, quæ ſibi ipſi acciderint, atque cum iis connexionem habeant, uti ipſa libri illius inſpectio ſatis docet. Objici porro quoque fortaſſe poſſet, cur ergo tempore hujus Medo-Perſici regis judæis in patriam revertendi libertas non fuerit conceſſa? ſed reſponderi poteſt, ſic non fuiſſe in fatis, ſeptua-

Digitized by Google

septuaginta enim annos captivitas judæorum duratura erat juxta decretum divinum; & eodem modo quæri posset, quomodo Daniel à Nebucadnezare, apud quem summa erat autoritate, & cui Deus Israelitarum tantis se manifestavit miraculis, impetrare non potuerit, ut Judæis in Palæstinam redire licuerit? ad quod sine dubio idem erit respondendum. Nec obstat, Estheræ maritum in Fragmentis Estheræ vocari Artaxerxem, nam scriptum illud apocryphum esse notissimum est, adeoque subtilestæ fidei, unde in probatione adduci non poterit. Nec Persica vocabula plura, in isto libello obvia, evincere poterunt, ad Persarum imperium historiam hanc pertinere, nam Medo-Persicis regibus, quibus Persia quoque erat subjecta, quique in Persia quoque sæpe commorati fuerunt, linguam Persicam etiam fuisse in usu, negari non poterit, præsertim cum non constet, Medos diversam à Persica habuisse linguam. Omnia ergo secundum hactenus factam explicationem aptissime inter se cohærere puto, unde animus non est, argumenta illa omnia, quæ tam pro singulis Persicæ Monarchiæ regibus, quam contra illos urgeri solent, prolixe excutere, conferri interim potest Cl. Buddei Hist. cit. Tom. II. p. 948. seqq. Finiam nunc, ubi unico tantum verbo dixero, interpretum Scripturæ S. consensu, quem adducere quibusdam moris est,

licet

Digitized by Google

licet non adeo perſpicue ſententiam hanc pertractaverint; me hac in re non plane carere. Teſte enim Pfeiffero in Dubiis vexatis Cent. III. Loc. XXVII. quæſt. 2. p. 482. *Gerhardus Mercator in Chronologia, Temporarius Lib. III. Demonſtr. Chronol. p.* 185. & *Melchior Canus* L. II. LL. c. 6. in eandem hactenus à me demonſtratam iverunt ſententiam; quod & de Clar. *Perkinſio* dicendum, qui in *Specimine Digeſti, ſive Harmonia Bibliorum V. & N. Teſt. Tom. I. operum p.* 1771. Reges, inquit, quorum mentio apud Eſram, Nehemiam, Eſtheram, Danielem, fere jam regnat, quos (judicium D. Gualteri & D. Temporarii ſecutus) hunc „ad modum diſtinguo: Sunt iidem vel Medi „vel Perſæ. Medi duo. Primus Ahasverus „pater Darii Medi Dan. IX, 1. Is Aſtyages „eſt, imperator Medorum & Perſarum, impe„rium habens ab India ad Æthiopiam Ara„bicam, nunquam orbatus imperio à Cyro „Perſarum rege, ut falſo dicunt hiſtorici. „Probabile eſt, eum maritum Heſteræ fuiſſe, „non autem Darium Hiſtaſpis, vel Xerxem „&c. Addit denique: Si quis aliter exiſtimat, utatur, per me licebit, judicio ſuo: in „his & ſimilibus non contendendum. Quibus verbis eademque mente huic finem imponam tractationi, perſuaſum vero habeo, eum, qui hactenus dicta probe animo ponderaturus ſit, facile de tota judicium ferre poſſe quæſtione.

III.

Digitized by Google

III.

Enarratio exegetica Psalmi CXVIII. ex meditatione *J. C. HARENBERGI.*

SUMMA.

§. 1. *Versio præmittitur & in notulis adsperſis ratio translationis, quarundam vocum redditur.* §. 2. *Quare ſenſus litteralis agere videatur de Juda Maccabæi, typi Meſſiani, repurgatione & introitu templi Hieroſolymitani.* §. 3. *Quare Judas Maccabæus fuerit Chriſti typus.* §. 4. *Lapis contemtus, dein magni habitus manifeſte Meſſiæ eſt ſignum, ob figuras & imagines luculentiſſimas, ut etiam quidam Judæi agnoverunt pro vero.* §. 5. עבותים *implexi ſalicum rami ſunt, quos etiam Judæi in honorem Chriſti antitypi Hieroſolymæ ingreſſi & repurgaturi amputarunt & ſparſim erexerunt Chriſto obviam & ad latera, reputantes eum pro altari holocauſti perfectiſſimo, uti* §. 6. *docetur.* §. 7. אמילם *interpretatus ſum: AD CIRCUMCISIONEM SUSCIPIENDAM INVITABO ILLOS, cujus rei argumenta adferuntur.*

§. 1.

ANtequam ex momentis rite perpenſis tempus & occaſionem Pſalmi hujus, vel potius Odæ ſacræ doceam, verſio perſpicua, ad amuſſim ebraicæ veritatis exacta, mihi videtur præmittenda, quo lector eo facilius nervum ſententiæ comprehendere queat.

Digitized by Google

Inſcriptio nulla adeſt. Quare ad rem ipſam ſtatim veniamus, 1. *Celebrate Numen* (a) *neceſſario per ſeſe ſubſiſtens, nam benignum* eſt, fuit & erit: *nam perpetuus eſt amor ejus* (b) *juſtiſſimus.* v. 2. *Ingeminet, quæſo, Iſrael illud: Perpetuus* (c) *eſt amor ejus.* v. 3. *Ingeminent; quæſo, Aaronidæ illud: Perpetuus eſt amor ejus.* v. 4. *Ingeminent, ſane ſectatores Numinis illud: Perpetuus eſt amor ejus.* v. 5. *Ex circumſeſſione ad Numen ſubmiſſa voce me converti; Adnuit mihi data reſpiratione* (d) *& auxilio*

(a) Hæc vis latet in voce יהוה ab הוה ſeu היה *eſſe*, quia quicquid præter Deum eſt, aliquando non fecit, & contingenter eſt, quia etiam non eſſe, & aliter eſſe poteſt, immo aliena vi & potentia exſiſtit. Deus eſt, qui eſſentiis dedit ſuum formale per intellectum, ſuam exiſtentiam vero per voluntatem. Quicunque igitur proprie Jehova eſt, ille eſt Deus neceſſario & æternum ſubſiſtens.

(b) חסיד & חסד dicitur tam de Deo quam hominibus, ergo amor juſtus, qualis utrinque adeſſe debet, innuitur.

(c) עולם perpetuitas determinatur ex continuatione exiſtentiæ ejus rei, cui tribuitur. Sed Deus abſolute neceſſarius & æternus eſt. Ergo perpetuitas infiniti gradus & nunquam ceſſatura heic indicatur.

(d) מרחב laxitas, latitudo, opponitur voci צרה ideoque notat, ut ישע & ישועה quod itidem voci צרה opponitur, *omnis felicitatis abundantiam, copiarumque vim.* Vid. *Origines Ebreæ* Alberti SCHULTENS, T. I. L. I. Proleg. §. 26. 27. pag. 18. ſq.

Digitized by Google

xilio idem Numen. v. 6. Numen MIHI, (e) non expaveſcam. Quid, eo tegente faciet MIHI homo! v. 7. Numen mihi pro auxiliatoribus meis eſt, quare ego fruar voluptate (f) de oſoribus meis. v. 8. Præſtat inniti Numini, quam fiduciam conlocare in homine. v. 9. Præſtat niti Numine, quam confidere in Principibus. v. 10. Omnes circumquaque populi cingunt me; Per Numen vero circumcidendos (g) curabo illos. v. 11. Cingunt me, cingunt me, inquam; Per Numen vero circumcidendos curabo illos. v. 12. Cingunt me in modum apum: exardeſcunt ut ignis ſpinarum; (h) In nomine Numinis vero circumcidendos curabo illos, v. 13. Impellis me vehementer (i) ad la-

(e) Egregia repetitio voculæ לי; oppoſita ſignificatione.

(f) ראה & *voluptate frui*, poſcente oratione. Conf. Eccleſ. I. 14. III. 13. præcipue, ſi ב præfixum ſequitur. e. g. Eccl. I. 11.

(g) Alii: concidam, exſcindam, occidam illos. At מול de circumciſione legali & externa & animi vulgo adhibetur. 2) Altera notio eſt ex hac deflexa per translationem, ergo primariæ notioni tamdiu inhærendum, usquedum cohærentia vel emergens inconcinnitas aliud ſuadent. 3) צדיקים defendebant ſe, non offendebant. 4) Accedit dein alia ratio ſpecialis ex Maccabæi temporis momento. 5) Chaldæus אֲחַשְׁנוּן *immutabo illos*, a שנה, non שנן acuere.

(h) Ignis ejusmodi & furit acriter & difficulter exſtinguitur & exſtincturo infert læſionem.

(i) דחה דחיתני *impellendo impulit me.* Putant emphaſin

Digitized by Google

bendum; Verum Numen auxiliatur mihi. v.14. *Vox, clangor, & ampla salus* (k) *sunt in tabernaculis justorum,* (l) *nam dextra Numinis præbuit vim exercitus.* v. 15. *Dextra Domini magnificam sese ostendit. Dextra Domini præbuit vim exercitui.* v. 16. *Non pereo, sed vivo, ideoque enarro factum Numinis.* v.17. *Castigavit me Numen quidem, sed exitio me non dedit.* v. 18. *Aperite mihi januas justitiæ plenas:* (m) *intrabo illas: celebrabo Numen.* v.19. *Hæc porta Numini* sacra est, *justi* (sectatores illius Numinis) *introëant* igitur *per eam.* v.20. *Celebro Te, quia adnuisti petitioni meæ: Esto porro mihi instar salutis copiosissimæ* v. 21. *Lapidem repudiarunt, qui struxerant* altare novum. *At*

phasin subesse ejusmodi structuræ ejusdem verbi. Vid. Glassii *Philosoph. Sacr.* L. III. Tr. 3. *Can.* 37. p. 350. sqq. Idque merito, quia repetitio ejusdem vocis citra aliam intervenientem in omnibus linguis, quas ego quidem novi, emphasin notat. Frustra est Clericus in Arte Critica, id pernegans P. II. Sect. I. cap. IV. §. 3. 4.

(k) ישועה abundantia felicitatis & copiosissima dilatatio animi copiarumque. Albertus Schultens l. c.

(l) צדיקים sunt, qui qualitercunque, integra tamen mente, voluntati divinitus revelatæ in V. T. constantissime adhæserunt. Ita Talmudici etiam adhibent.

(m) שערי צדק dicuntur portæ templi, tam ob institutum Dei justissimum frequentandi illas, quam quia munditiem & justitiam ab adeuntibus requirebant, imo etiam eo quod Messias צדקנו *justitia nostra* ibi adumbraretur.

Digitized by Google

At factus est apex anguli. v. 22. *A Numinis gratia factum est* (n) *hoc: Hoc est quod stuporis plenum videtur animis nostris.* v. 23. *Hunc diem adornavit Numen. Exsultemus & letemur in eo.* v. 24. *Age numen, auxilium præsta nunc: Age Numen, prosperum successum largire nunc.* v. 25. *Celebratissimus est ille, qui intrat in nomine Numinis. Celebramus vos ex æde Numinis.* v. 26. *Fortis heros, Numen est, & is lucem* (gratiam) *concessit nobis.* Quare *separate* (o) *festum* (p) σκηνοπηγιας *per frondes* (q) *densas*, agitando illas *usque ad cornua altaris.* v. 27. *Fortis heros meus es Tu, quare celebrabo Te: Deus mi, laudibus extollam te.* v. 28. *Celebrate Numen, nam benignum est: nam perpetuus est amor ejus.*

§. II. Oda hæc sacra Esaiæ circiter ævo conscripta, est epinicium symbolumque victoriarum, quas Judas Maccabæus a Syris reportavit, in præsentissimum ac magnificum Christi summi triumphatoris typum. Decantata fuit illa publice ad victricia arma Judæ, templum repurgatum de-

Rr 3

(n) Ad factum omne præcedens mysticum voculam זאת contuli, quia id est genii Ebraici. Conf. Glassius l. c. L. III. *Tract.* 1. *can.* 19. p. 74.

(o) אסר est generatim *separare*, ut זרה, סור, deinde speciatim *separare a grege* per ligationem, vel ethice *ab actionibus* per interdictionem.

(p) חג ita significat, nude positum.

(q) עבתים sunt quævis implexa & densa, e. g. funes, frondes. Ob rem ipsam h. l. densæ frondes, salices.

Digitized by Google

denuo intrantis. Si cui ea de re dubium est, id facillime dispelletur ex debita consideratione loci 1. Macc. IV. 54. 55. Κατα τον καιρον ηϑ κατα την ημεραν, ἐν ᾗ ἐβεβηλωσαν αυτο τα ἀλλογενεις, εν εκεινη ενεκαινισϑη εν ωδαις ϗ κιθαρεσις ϗ κινυραις ϗ εν κυμβαλοις. Και επεσον πας ὁ λαος επι προσωπον, ϗ προσεκυνησαν, ϗ ευλογησαν εις καιρον τον ευοδωσαντα αυτοις (הודו לשמים מצליח להם in Ebraismo.) *Circa id temporis ac ad illum diem, quo profanarant illud* (templum) *non recutiti, ad illum diem*, inquam, *initiatum est hymnis, & citharis & cinyris & cymbalis.* Quam vero Odam cantare solebant? Id innotescit partim ex הצליח נא partim ex inciso 24. Και επιστρεψαντες ὑμνουν ϗ ευλογουν εις καιρον τον κυριον, ὁτι καλον, ὁτι εις τον αιωνα το ελεος αυτου: *Et reversi hymnis celebrabant & dilaudàbant Deum Dominum, quod benignus, quod in æternum misericordia ejus.* Præsto quidem est alius Psalmus, videlicet CXXXVI. cujus idem est exordium, sed is indubie Davidis ætate compositus est, ut patet ex 1. Paral. XVI. 34. nam singula incisa ibi singulas designant odas, partim superstites, partim deperditas. Namque quum Psalmus noster in tempora Davidica non quadret, & CXXXVI. ad Maccabæos commode referri nequeat, rationes aliæ accedentes magisque ponderosæ, Psalmum nostrum Judæ tempore decantatum, ideoque tum compositum esse, suadent. Rationes illæ

illæ aliæ sunt sequentes. α) Epinicion de devictis hostibus in hac Oda latere, omne incisum indicat. β) Insignis castigatio & depressio ecclesiæ triumphum præcedens innuitur v. 17. γ) Introitus templi novus indicatur v. 18. 19. δ) חג (r) & עבותים peculiarem solemnitatem σκηνοπηγιας indicant. (s) עבותים sunt κλαδοι ὡραιοι densique ad cornua altaris adsurgentes, tum primum in sacra invecti. חג non est victima. Nec victimæ ad cornua altaris tollebantur vel ligabantur, si ad altare usque, quidni ad pavimentum vel filum rubrum? ε) Omnes vicini populi non alia vice, iisdem stantibus reliquis momentis, justos piosque cingebant. ς) Adde *tabernacula justorum.*

§. 3. Non tamen ideo Christum heic volo excluſum, sed potius incluſum. Ut enim omnes

(r) חג est σκηνοπηγια. Middoth. c. III. m. 4. II. m. 6.

(s) Repurgatio illa publica & instaurata solemnitas incidebat in XXV. Casleu (circiter nostrum Decembrem videturque inde natalis Jesu in eum diem translatus) qui festus & decoratus erat primis encæniis. At encænia illa erant repetitio festi tabernaculorum solemnis, quod paullo ante in speluncis juste celebrare nequiverant. Erant igitur encænia tum חג. Vid. 2. Macc. X. 3. 6. 7. Μετ' ευφροσυνης ηγον ἡμερας οκτω σκηνωμαζων τροπον - -

Digitized by Google

omnes vere pii sunt imago & splendor Christi, quia cum Christo moriuntur, resurguntque, patiuntur & regnant, ita ille typus constanter in V. T. conspicua satis ratione, fuit expressus. Judas vero Maccabæus præcipue Christi est imago. Is enim α) erat sacerdos. Christus etiam, licet alio modo. β) Judas erat caput piorum & חסידים ὁσίων; Christus itidem, sed illustrius. γ) Judas solo fretus Deo repugnabat hostibus; Christus, ab hominibus & angelis aliquando desertus, nihilo secius oppugnabat amicos, sed sublimiori pacto. δ) Judas templi erat instaurator: Christus mystici sui templi, ecclesiæ, perpetuus est instaurator. ε) Judas adservabat suos, ne polluerentur doctrina & moribus gentium; Christus munit suos a corruptelis hæreseon & mundi fecibus laborantis. ϛ) Judas ab omnibus populis circumvicinis deserebatur, & a multis suorum; Sic Christus etiam idque majori desertione. (ζ Sed Judas vincebat & triumphabat; Sic Christus in æternum de suis hostibus triumphat. η) Maccabæi dicuntur vexillis inscripsisse מכבאי ex Exod. XV. 3. Quis est sicut Christus, מי כאל ?

§. 4. Lapidem, quem primarium posuerunt exstructores & instauratores altaris, flocci fecerant Syri & ipsi antea Judæi. De Chasidæis dicitur: (t) Και ελαβον λιθους ολο-

(t) 1. Macc. IV. 47. Conf. Gorionides L. III. c. 13.

Digitized by Google

λιθους κατα τον νομον και ωκοδομησαν το θυσιαστηριον καινον κατα το προτερον. *Et ceperunt lapides integros secundum legem & exstruerunt altare novum, ut prius.* Sic Christus λιθος ἐλλογης ab omnibus spretus, factus est in caput anguli. Huc præcipue istud respicit, quod de *mirabili EVENTU* (u) additur. Namque summum est miraculum, Christum probra & vilipendium subiisse ad nos evehendos, & altare nobis dignissimum præbendum. Non erat tanto mirandum opere, lapidem, terræ adfixum, novo altari adhibitum esse. Sed de antitypo id mirandum est. שערים *portae* priores erant κατακεκαυμεναι, combustæ (x) verum Maccabæi ωκοδομησαν τα ἁγια και τα ἐντος τε οικε (y) *exstruxerunt sancta & interna domus.* Per novas illas portas novus fiebat introitus, postquam ανεβησαν εις ορος Σιων *ascenderant in montem Sion.* Porta nostra ipse Christus est, pulcrior illâ speciosâ, πυλη ὡραια, per quam unice sanctis est ingrediendum. Jo. X. 7. 9. De introitu per hanc portam gloriantur & exsultant Chasidæi N. T. ibique ישועה immo ישוע inveniunt. Lapis fundamenti (z) hei-

Josephus Antiqu. L. XII. c. 11. 2. Macc. X. v. 1. sqq.

(u) Matth. XXI. 42. 1. Pet. II. 7.

(x) vers. 38.

(y) vers. 48.

(z) *Abundantiam saluberrimam*, & effectum, & Christum auctorem salutis.

Digitized by Google

(a) nequit intelligi, quia exſtructores eum nunquam repudiarunt vel ſpreverunt. Interim inſigne veritatis divinæ præſidium eſt, quod ipſi Judæi per *lapidem contemtum* deſignent Meſſiam. R. Salomo ad Mich. V. 1. ממך יצא לי משיח בן דוד וכן הוא אומר אבן מאסו הבונים *Ex te exibit mihi Meſſias*, & *ita ille* (Hieropſaltes) *canit*: *Lapidem repudiarunt ædificantes.* Solet alias hic Rabbinus loca de Meſſiæ obtorto jugulo aliorſum trahere, quo magis mirandum eſt, eum heic veritati indulgere debuiſſe. Lapis hic manifeſtam Chriſti continet dulcedinem. Ut 1) ille fuit antea a Judæis & Syris, Gentilibus, inſuper habitus, ſic Chriſtus ab utrisque initio opprobriis & vilipendio fuit calcatus & exceptus, 2) Ut architecti eum floccifecerunt antea, ſic, qui operibus, ſuperſtitionibus & traditionibus humanis inædificarant, aliquando magnam partem Chriſtum ſuſceperunt & honorarunt. 3) Ut lapis ille erat purus & ὁλόκληρος, non fractus, vel interciſus: Sic Chriſtus eſt ſanctus, integer, nec in cruce fractus. Unus eſt Chriſtus, dividi nequit. 4) In caput anguli lapis ille erigebatur. Sic Chriſtus caput eſt & fundamentum ſuæ eccleſiæ. 5) Lapis ille holocauſtum, expiationis locum firmabat. Sic Chriſtus noſtram expiationem firmat & perfectam

(a) At, quomodo heic intelligi queat, oſtendi in diſſ. de אבן שתיה Cap. IV. §. 25. 26. T. d. H.

ctam nobis semper adservat. 6) Lapis ille in incendio templi mansit nec liquefactus est. Sic Christus manet in æternum, & in ipso incendio pantocritico perstabit. 7) Peculiari divina providentia acciderat, ut lapis ille, antea pro tali non agnitus, evaderet honoratissimus: Sic, Deo singulariter & mirificissime dispensante, Christus, in terra, agnosceretur deinde sanctissimus, & locus esset, ad quem peccata expiaturi, accurrunt. 8) Ut jaceretur lapis ille pro fundamento, removendi prius erant lapides arae, quam Syri ex cæsis lapidibus struxerant (b) Ita Christus non potest juste fundamentum & altare nostrum exsistere, nisi antea sordes & Impuritates a carne electæ, evectæ & adoratæ ejiciantur & repurgentur. Repurga, o Christe, mentem nostram, ut tuæ gratiæ fiamus capaces. Venusta est series meditationum Targumistæ hoc loco, in hanc sententiam: סליא שביקו ארדיכליא הוא ביני בניא דישי וזכאה לא תמנאה למליך ושולטן: *Puerum* (filium) *neglexerunt architecti, ipse erat inter filios Isai & quidem dignus, qui constitue-*

(b) Gorionides l. c. יהודה וכל עדת החסידים אשר היו עמו באו אל ירושלם ויהרסו את כל המזבחות אשר בנו העמים ויבנו מזבח חדש *Judas & universus piorum cœtus, qui cum ipso erat, Hierosolymam venerunt & altaria omnia, quæ gentes exstruxerant, diruerunt -- novamque ædificarunt aram.* Conf. Mischn. in *Tr. Middoth.* c. III, §. 4.

Digitized by Google

tueretur in Regem & Imperatorem. Insigne testimonium recutiti pro nostro Jesu! Nervus, illius vividæ cogitationis defluxit ex vocibus אבן & ראש & בן & פנה quarum prior *lapidem* & *filium*, posterior *caput* & *dominum* notat. Additur eleganter & vere nativitas & origo Messiæ ex Isai ob Es. XI. 1. Unde miselli Judæi hodie conligent, quis ipsorum sit ex posteris Isai? Illi nequidem norunt rationem distinctam ejus tribus, unde oriundi sunt. O cæcam gentem! sed nostris oneribus & jugis exasperatam & induratam!

§. 5. Ut vero intelligatur, quid illo die, quo justi *tabernacula* tenebant, de salicibus עבותים *frontibus*, ad cornua usque altaris adsurgentibus, actum fuerit, ideo expendamus quæso salicem, non illam quæ fuit in לולב, sed qua altare Judæi circumdabant in festo tabernaculorum. Quod illa salix ea aetate (c) ex sincero animo in sacra σκηνοπηγιας invecta fuerit, de eo satis constare puto. Morem illum delineant recutiti in Tr. de tabernaculo: (d) מצות ערבה ביצד מקום היה למטה מירושלים ונקרא מוצא יורדין לשם ומלקיטין משם מרביו של ערבה ובאין וזוקפין בודן מצדי במזבח וראשיהן כפופין על גבי המזבח

(c) Buxtorfius in Lexico p. 992. ex Lev. XXIII. 40. hunc morem repetit. Ita etiam alii, Sed citra rationem sufficientem.

Digitized by Google

המזבח תקעו והריעו ובכל יום מקיפין את המזבח פעם אחת ואומרים אנא ה׳ הושיעה נא אנא ה׳ הצליחה נא ר׳ יהודה אומר אני והו׳ (e) הושיעה נא ואותו היום מקיפין את המזבח שבעה פעמים בשעת פטירתן מה הן אומרי׳ יופי לך מזבח: *Præceptum de salicibus quomodo se habet? Locus est infra Hierosolymam, vocatus exitus. Descendebant eoindeque conligebant frondes* (e) *salicum, & pergebant & erigebant illas a latere altaris, apicesq; illarum flectebantur ad altare. Clangebant simul tuba sono æquabili, & dein sono fracto. Tum rursus clangebant sono æquabili. Singulis diebus circumibant altare semel, cantantes: Age, Numen, auxilium præsta nunc! Age, Numen prosperum successum concede nunc. Rabbi Juda dicit*, eos dixisse duntaxat hæc verba; *Age, Domine, auxilium præsta nunc. Et illo die* (septimo) *circumibant altare septies. Tempore discessus sui quid dicebant?* Dicebant: *Pulcritudo tibi, altare!* Paullo ante discrimen additur septidui & sextidui variantis, quo illæ salices ad altare holocausti fuerunt agitatæ m. 3. hoc modo: ערבה שבעה כיצד יום שביעי של ערבה שחל להיות בשבת ערבה שבעה ושאר כל

(d) סוכה c. IV. m. 5. sq.

(e) Raschi ad h. l. בג׳ מריא אנא ה׳ PerKabbalam litteralem, quæ dicitur Gematria, אנ׳ והו׳ idem est ac אנא יהיה *obsecro, age, Numen*, videlicet utrobique emergit numerus 249. Apage nugas Judaicas!

Digitized by Google

כל הימים ששה: *Salices quomodo sunt septiduanæ? Si dies VII.* ששה *protrahitur in sabbatum, salices septem diebus circumponuntur altari, & reliquis omnibus diebus tantum per* (f) *sex dies.* Salices illas XI. cubitis fuisse altas, Gemara docet. (g) Non ausim adfirmare, minutias illas rituales prima vice tam curate fuisse excogitatas vel observatas, nam Phariſæi eis cumulandis postmodo unice studebant. Interim perstat res ipsa. עבותים densas frondes arborum notant, ut ex Ez. VI. 24. & re ipsa liquet. Chrysostomus & Gallica versio *densos ramos* etiam habuere ob oculos. Non tamen nego, plurimas versiones ipsosque Rabbinos *victimas epulares* respexisse. Augustus Pfeifferus heic vidit aliquid, sed non pervidit. Lutherus quadrat ad meam sententiam, si pro *Meyen* substituas *Weydenzweige*, sed Lutherus ex more Germanis usitato vertit, ubi palmæ festum palmarum penes Pontificios ornant, & betularum frondes & arborum, quæ dicuntur *Sölweyden*, *Flitter Mey*, adhibent penes Lutheranos in festo Pentecostali. Ceterum mos ille 1720. in Ducatu Brunsuicensi publice sublatus est, non tamen in templo cathedrali Gandersheimensi. Pulcra pietas! Lignis abuti-

(f) מרביות sunt ענפים גדולים frondes magnæ. Raschi h. l.

(g) Judæi heic mysteria scrutantur. Vid. עצחיים h. l.

Digitized by Google

abutimur & culcitras dormientibus præbemus. Solebant vero, ut ad res Ebræorum revertamur, ſalices veſpere, ſabbatum præcedente, templo inferri & in aureis vaſis deponi, ne marceſcerent; die autem ſequente erigebantur circa altare, ut populus accedens inde eas tolleret, die feſti ſeptimo tantum. (h)

§. 6. Introitus Servatoris Hieroſolymitanus heic ſimul typice delineatur, namque 1) Chriſtus tum Pſalmum noſtrum Phariſæis revocavit in memoriam, præcipue inciſum de *lapide repudiato* Matth. XXI. 42. 2) Populus utique divinitus ita fieri intelligebat ad implendos typos & vaticinia. Quare, ut alias in feſto tabernaculorum fieri ſolebat, εκοπτον κλαδους απο των δενδρων και εστρωννυον εν τη ὁδω, *amputabant frondes ab arboribus* (i) & agitatas, hinc & inde *in via ſparſim* (k) *ponebant*. Ad montem olivarum hoc factum fuit in vicinia templi, ubi ſalices alias ſolebant decerpi vel ſcindi. Inde ad aram holocauſti, expiatorem Jeſum feſtinabant, ſalicesque arcte contiguas in terra ſtatuebant, & ita ramis utrinque dependentibus, immo ipſis ſalicum denſis ſtatuminibus terram texe-

(h) In סוכה. 45. 1.
(i) Maimon. *de faſciculo feſti tabern.* cap. II. §. 15. ſq.
(k) vers. 8.
(l) στρωννυειν *ſternere* ſæpius eſt paſſim, ſparſim ponere &

xerunt ac straverunt. 3) Eo ipso versum 24. nostri Psalmi decantarunt, addentes quædam promiscue, quorum plurimi in hanc sententiam concinuerunt: הושיע נא בן דוד בריך הבא בשם יהוה הושיע נא מרומם *Libera* (nos) *nunc, fili David. Benedictus* (m) *qui venit in nomine Domini. Serva nunc, qui es in altis.* Crediderim utique, hanc esse summam hymni, qui constitit ex incisis 24. 25-28. quæ ex *Hallel* Judæis erant notissima, cum acclamatione prævia בן דוד ex mystica explicatione vocis אבן, quam Targumista jam amplexus est. הושיע נא est ex v. 24. בריך הבא בשם יהוה est ex v. 25. Ἐν ὑψίστοις est אל & ארוממך ex v. 27. Hæc mea est conjectura, Quod vero asino Jesus

locare. Curtius L. IX. c. 6. n. 7. *classibus maria consternere* scribens, non intelligit continuitatem navium in toto mari, exclusis omnibus interstitiis.

(m) Hac occasione tangenda est illa Christi prædictio (Matth. XXIII. 39.) vindictæ in Judæos perpetuæ index: *Non videbitis me deinceps, donec dicatis: Benedictus sit, qui venit in nomine Domini.* Indicatur Christi adventus ad ultimum judicium, at ubi Judæi contremiscent, nec exultabundi ita damnabunt. Videri posset Christus novum introitum Hierosolymis promisisse. Sed signum pro re signata ponitur. Signum victoris ac triumphantis in modum Hierosolyma ingressi Maccabæi fuerat, decantare illa verba. Victoria innuitur Christi universalis & introitus ultimus in mundum.

Digitized by Google

sus veheretur, illud videbatur memorabile, tam ob traditionem, quod ipse Abrahami ac Mosis asino equitaturus esset (n) quam quod speciatim de Messia Zacharias ita prædixisset (o) quod Judæi negare nequeunt. R. Salomo per regem illum, asino vectandum, Messiam intelligit. Kimchi ceterique omnes eandem insistunt viam (p) licet antecaptis de Messia opinionibus hoc indulgeant. Ipsi pueri הושיעה נא *Hosianna* exclamabant in honorem Servatoris, quia is Messiæ veri character erat. (q) Videmus igitur, Judæos Psalmum nostrum introitui Messiano tribuisse, qui Maccabaico præstantior & salubrior futurus erat. Quanto magis nos hanc odam jure decantamus, ad quos Jesus venit & mystice venturus est. Ingredere, o Jesu, templum tuum, cor nostrum, quod redemptione tua tibi parasti, repurga illud & incole.

§. 7. Hierosolymites, hostes suos sese circumcisurum esse, memorat, v. 10. at ex versione nostra. Quare ita transtulerim vocem אסיל, supra docui. Nil enim magis erat piis curæ cordique, quam gentes

(n) R. Abarbanel in *Commentario in Pentateuchum* fol. 62. col. 1. lin. 22. sqq. edit. Manov.
(o) C. IX. v. 9.
(p) Conf. *Medrasch cobeleth* c. I. v. 9.
(q) *Medrasch cobeleth* l. c. & ad v. 4. puerorum laudes in Messiam pro charactere Messiano habet.

Digitized by Google

quascunq; Deo addicere atq; adducere. Judæi non repudiant eos, qui Mosi nomen dare cupiunt, quod vero in Germania nostra neminem Christianorum, qui castra Judaica sequi avet, circumcidere audeant publice, id ob interdictum Imperatorium fieri solet. Quam anxie Judæi obibant olim terras, ut unicum nanciscerentur Proselytum? Proselytus portæ non magni fiebat a Judæis: majori in pretio erat Proselytus fœderis, qui omnia præcepta Judaica ratione sui sexus & in eorum signum circumcisionem suscipiebant. Quanto majori ac sinceriori cura Jesus, cujus hoc potissima, ut Archetypi, ratio habenda est circumcisionem animorum eorumque expurgationem intendit ac promovere studet? Subesse poterat Judæis ratio politica, scilicet ut roborarent quoque numero & copiis suam gentem, quo validius hostibus, sese defensuri, possent obsistere. Ita Aristobulus Ituræos, gentem prævalidam, devicit atque illorum præputium circumcidit, (r) & Hyrcanus paullo ante Idumæos circumcisioni addixerat &c. Quos vero Judæi devincebant, eos ad circumcisionem adigebant. Quare si *antecedens pro consequente* hoc loco intellexeris, verti etiam אם־לב potest: *Vincam illos.* At Christi majus studium veros Dei filios reddendi, qui

(r) Jos. Antiqu. Jud. L. XIII. c. 19. Gorionides L. IV. cap. 9.

Digitized by Google

qui nos peccatis immortuos vincit & expugnat, ut circumcidat, sordibus expurget, a superfluis & immodicis arceat, atque in gremium ecclesiæ & Patris adducat. O beatos, quorum dux suos hostes tam salubriter devincere & circumcidere studet.

IV.

Observatio critica in voces אדרכון, דרכמון, דרכון I. Par. XXIX. 7. Esdr. II. 69. Neh. VII. 70. 71. 72. auctore J. C. HARENBERGIO.

SYNOPSIS.

§. 1. Voces peregrinæ constituunt bonam partem linguæ ebraicæ. §. 2. Docetur id exemplo vocis דרכמון, *Daricus, cujus Darius Medus fuit auctor. §. 3. 4. Darici metallum, pretium, usus. §. 5. Metallum ejus porro probatur, simulque figura & Icon designatur. §. 6. Darcon est Daricus, Dagen&c.*

§. 1.

UT omnino conatus eorum sua laude privandi non sunt, qui vocum Ebraicarum etymologias & natales, unde

in derivatas colonias quasi deductæ sunt, ex ipso fonte Ebraico indagant: ita id tamen infitiandum est, vocum omniū, quæ in Ebraico V. T. codice obviæ sunt, origines esse ebraicas. Nam si reliquas gentes respexeris, quæ Judæos cingebant, Judæi popellum magis quam vastam nationem præbebant. Nihil tamen frequentius est, quam quod exiguæ regiones & nationes voces civitate donent, quæ a celebrioribus ac numerosioribus gentibus finitimis ore calamoque teruntur. Hispani multas voculas Phœnicibus, Græcis & Saracenis debent: Galli Romanis, Germanis, Græcis: Itali Romanis, Græcis, Gothis: Angli Germanis, Romanis, Brittis, Danis, Gallis: Germani Græcis, Slavis, Gallis. Turci multa trahunt ex Turcheſtan, Slavis, Arabibus, Græcis. Tartariæ minoris (a) incolæ & ipsi Persæ Germanicas terunt voces, ex Scythia susceptas & Arimanica expeditione. Lingua Medica ex Ebræa, Græca & Teutonica multas hausit voces.(b) Cur igitur dubitamus de lingua Ebraica? Aegyptiacas, Arabicas, Syriacas, Medicas & Persicas illa indubie præfert voces, quarum notitiam maxima ex parte nox & monumentorum interitus premunt. Præstabilis

(a) Vid. Busbequii Ep. IV. de rebus *Turcicis* pag. 386. 387.

(b) Vid. Th. Hyde de *religione veterum Persarum* c. 35

lis est conatus Celeb. Alberti Schultens, ex Arabica lingua radices & voces protrahendi bene multas. In præsens vocem דרכין ex Persico Δαρειϰ⸗ دريغان eruere animus est, unde ortum fuisse Arabicum درهم *numus*, *numisma argenteum*, Græcum δραχμη videtur.

§. 2. Darius Medus Cyro & Dario Hystaspide prior nomen huic pecuniæ sorti dedit. Scholiastes in Aristophanis Εκκλησ. p. 741. Εισι μεν χρυσοι στατηρες οι Δαρεικοι. ουκ απο Δαρειου του Ξερξου πατρος, αλλ' απο ετερου τινος παλαιοτερου βασιλεως ουτως ονομασθηναι. *Sunt quidem aurei stateres Darici. Non à Dario Xerxis patre, sed ab alio quodam vetustiori rege ita appellati sunt.* Quis ille fuerit Darius, ex sacris litteris, Daniele puta, nobis utique constat, qui est Xenophontis Cyaxares, Estheræ Ahasverus. (c) Meminisse illius Darii Suidas in voce Θαλης videtur, quippe quem primum ait γεγονεναι προ Κροισου, at deinde των Δαρειου. (d) Numus autem hic forsan, ut Perizonius l. c. judicat, ortus est ex tributo provinciis per Darium hunc impositio. conf. Esth.

35. p. 428. Guilielmi Burtoni λειψανα *Veteris linguæ Persicæ*, M. Z. Boxhornii Epistola de *Persicis Curtio memoratis*.

(d) Marshamus in *Canone Chronico* ad Sæc. XVIII. p. 609.

Digitized by Google

Esth. X. 1. Dan. VI. 2, 3. Herod. L. III. c. 89. pag. 199. Polyæn. L. VII. 11. 3. quorum tamen uterque ultimus id tribuit Dario Hystaspidi, sed errore certo & inde orto, quod antiquiorum illum Darium non norant. Abulpharagius (e) de Dario Medo: *Darius Medus. Adpellant illum Græci Nabonidem. Regnavit autem annum unum, vel, ut dicitur, novem annos, ab ea sublatum est regnum Nabatæorum, Chaldæorum, translatum scilicet ad Persas Magos.*

§. 3. Agnoscunt Judæi antiqui, quod דרכנים fuerint numi aurei, quos ex Babylonia sui detulerint peregrinos. Mischnicus Tr. de *siclis* c. II. §. 4. שכשעלו ישראל מן הגולה היו שוקלים דרכונות מחצי לשקו סלעים *postquam Israelitæ adscenderunt ex exsilio, solverunt darconoth, cessarunt solvere siclos & semisiclos.* Et ibidem §. 1. מצרפין שקלים לדרכונו מפני *Quipermutarunt siclos Darícis ob onus viæ.* Glossa addit: משוי הדרך דרכון היה בו שני סלעים ואמר מצרפין אותן השקלין ישהם הכסף ברינוי זהב שיקל משאם *Darcon continebat duos siclos, dicitque quod permutaverint hos siclos, qui fuerunt ex argento, in numos aureos, ut levius fieret onus eorum.* R. Oba-

(e) Marsham. l. c. p. 604. unde sua hausit Perizonius in *Notis ad Aelianum* V. H. L. I. c. 22. p. 32. (Ed. 2. 1701. Lugdun. Bat. 8.)

Digitized by Google

Obadias in שלשלת pag. 89. דרכון יהוא שני מלעים שוה י' יוליא *Darcon æquat duos ſiclos, qui faciunt 10. Julios.* Pollux L. IV. ὁ δε χρυσους σταθηρ δυο εχε δεαχμας Αττικας. *Aureus vero ſtater duas æquabat drachmas Atticas.* Joſephus porro ſiclum auri comparat Darico, quia acerram decem ſiclis æſtimatam Lev. VII. 14. δαρεικους δεκα δυναμενην *Daricos decem æquantem* pronuntiat. Quia igitur ſiclus aureus didrachmum aureum fuit & viginti drachmas Atticas argenti valuit (f) Darici pondus & pretium ſiclo auri Ebræorum par fuit. Harpocratio: Εισι μεν χρυσοι σταθηρες οι δαρεικοι. ηδυναντο δ' ὁ εις τουτο ὁπερ και ὁ χρυσους δεκα μις Αττικοις ονομαζομενος---λεγουσι δε τινες τον δαρεικον αργυρεας δραχμας εικοσι, ως τους πεντε δαρεικους δυνασθαι μναν αργυρεαν. *Sunt equidem aurei ſtateres Darici. Valebat vero unus idem ac Aureus ab Atticis vocatus -- tradunt vero nonnulli, quod Daricus æquet argenteas viginti, ita ut quinque Darici valuerint minam argenti.* Perizonius l. c. de Daricis: *Numi hi ſunt aurei, reſpondentes Atticorum XX. drachmis argenteis, noſtratibus 6. florenis.*

§. 4. Perſarum præterea ritus obtinuit in imperio Perſico, rerum pretia in Daricorum ſummam conligendi, uti ex Aeliano (g) di-

(f) *Dyn.* VII. p. 72. (113.)
(g) Vid. Jo. Frid. Gronovius pater de *pecunia veteri* L. III. c. 7. p. 360. ſqq.
(h) *Var. Hiſt.* L. I. c. 22.

Digitized by Google

discimus, & multum Reverendus notavit M. Georgius Raphelius. (h) Mos ille jam ante Darium Hystaspidem invaluerat adeoque ab Esra servatus est, qui c. VIII. v. 27. crateras aureos viginti ad mille Daricos computat. Xenophon L. VII. Αναβ. Κυρ. pag. 415. col. 2. ἵππον ὃν ἐν λαμψακῳ ἀπέδοτο πεντακοσίοις δαρεικοῖς. Erat & sicli genus Persis usitatum, quod valebat septem obolos Atticos & semiobolum. Xenophon Αναβ. L. I. p. 254. col. 2. ὁ δὲ σίκλος δύναται ἑπτὰ ὀβολοὺς καὶ ἡμιωβόλιον Obolus vero valebat octo unciis vel besse, hemiobolium igitur quatuor unciis. (i) Siclus igitur ejusmodi æquavit sexaginta uncias seu lothones i. e. XXX. thaleros, vel potius, ubi uncia XVI. grossis Misnicis valet, XXXV. thaleros seu Joachimicos. Xenophon l. c. p. 260. col. 2. Κυπρίῳ κυρῷ Σίλανον καλέσαντι τὸν Ἀμβρακιώτην μάντιν, ἔδωκεν αὐτῷ δαρεικοὺς χιλίους. ὅτι τὴν ἐνδεκάτην ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας πρότερον πυθόμενος, εἶπεν αὐτῷ, ὅτι βασιλεὺς μάχεται δεκα ἡμέρας. Κυρῷ δὲ εἶπεν, ἐπ' ἀγαθῷ ἐπὶ μαχεῖται, ἢ μὴ ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις μαχεῖται, ἐὰν δ' ἀληθεύσῃς, ὑπερχύμαί σοι δεκα τάλαντα. *Cyrus arcessito Silano Ambraciota vate, Daricis eum ter mille donavit, quod ab Cyro interrogatus, die ante eum diem unde-*

(h) In *Annotationibus philologicis in N. T. ex Xenophonte* p. 363.

(i) Gronovius de *Pecunia vetere* L. III. cap. 2. pag. 263.

Digitized by Google

undecimo, dixisset, regem diebus decem proximis prælium non commissurum. Quo tempore Cyrus respondit, non subiturum se aleam prælii, nisi iis diebus prælïaretur. Quod si tu verum dixeris, decem tibi talenta polliceor. Tria millia igitur Daricorum valúere decem talenta. Ut porro decem talenta ad ter mille Daricos, ita unum talentum ad trecentos Daricos. (k) Intelligit Raphelius (l) talentum non Atticum, sed Babylonium. At meliora doceri potuisset a Gronovio l. c. si is ei fuisset ad manus. Talentum enim Babylonium septuaginta duas minas Atticas conficit; (m) Talentum vero Atticum Sexaginta minas, mina quinque Daricos seu stateres. Id enim ex Arriani IV. liquet, ubi τριακοσιοι ἀργυροι ultimo adscendenti Aornon ab Alex. M. promittuntur, i. e, talentum, ut Curtius habet. De Daricis tres alii loci Xenophontis sunt apud Raphelium, qui apud eum, si cui necesse visum fuerit, evolvi queunt. Ut summatim dicam pretium Darici, id duobus philippeis valuisse adjungendum est.

§. 5. *Daricus* ille fuit *numus*, *ex auro* conflatus. Id non solum Græci scriptores sed Judæi etiam largiuntur & testatum faciunt. Aben-Esra ad Esdr. II. 69. דינרי זהב *de-*

(k) Eadem ratione conligit Gronovius l. c. cap. 7. p. 366.
(l) l. c. p. 361.
(m) Aelian. H. V. I. I. c. 22.

Digitized by Google

narios aureos fuisse perhibet *darchmonim*. Raschi ad eundem locum דרכמונים interpretatur שם מטבע של זהב per *nomen monetæ aureæ*. Idem ad Esdr. VIII. 27. מין מטבע אלף דרכונים חיו בעשרים כפורי זהב הללו *Species numismatis. Mille darconim erant viginti talenta auri.* Ex ipso codice sacro liquet, si hæc loca ex 1. Par. XXIX. 7. Neh. VII. 10. fq. evolverimus, *Darcon*, seu *Daricum*, uti ego quidem interpretor, aureum fuisse numum. Ez hachaiim in commentario ad Tr. Mischni de *Sicl*is c. II. §. 1. בני העיר ששולחין שקליהן לירושלים מצרפין אותם וליקחין מהם דרכונות חיו זהובי טבעים דרכונות אין שאר זהב לו שאינו טבוע ובמש שקלים מפרש טעם שמא ישאל מרגליות וכו וזה לכל שוה כסף שמא יזיל ונמצא הקדש מפסיד אבל מיבעא לא זייל: יפיר מ דרכון הוא ב שלעים: *Oppidani, qui mittebant sicles suos Hierosolymam, eos permutabant collybo & capiebant pro illis Daricos, qui fuere aurei cusi. Non erat reliquum aurum ei urbi, quod non esset conflatum. De mole siclorum prægravante sententiam explicant, ne vilescerent margaritæ &c. Illud ipsum est omnino æquale argento, ne vilius fieret & deprehenderetur templum damno adfici, sed moneta non vilius caperet pretium. Exponit R. Maimonides: Darcon est duplex siclus.* Videtur de siclo profano aureo loqui, ex errore communi & qui diu inhæsit, statuens, siclum sacrum esse duplum pro-

profani. Sed ne sic quidem omnia satis constant, quia סלע *Sela* in Talmude idem est quod siclus sacer. (n) Sufficit in præsens, ex Judæorum testimoniis patescere, quod *Darcon* fuerit numus aureus. Xenophonidem confirmat Anab. I. p. 260. col. 2. subjungens loco supra excitato: τουτο το χρυσιον τοτε απεδωκεν, επει πεπληθυν αι δεκα ημεραι. *Hoc ipsum aurum tunc* Cyrus minor vati Ambraciotæ *dedit, ubi exacti fuere illi decem dies.* Restat, ut figuram numismatis impressam recenseamus, quam docte & concise Thomas Hyde indicat, (o) *Quia*, inquiens, *Persæ erant sagittarii optimi, ergo apud Mausoleum Persepolitanum in Regum manibus tenetur* (p) *Arcus, cui innituntur, ut Persarum insigne. Et apud Strabonem in Darii, forte Hystaspis, sepultura ponitur Epitaphium: Amici, fui ἱππευς καγω πεζοτης ἀριστος, venatores fugavi & omnia facere potui. Et dicente Plutarcho in Moralibus* p. 211. persarum numisma Daricum sagittario signatum fuit. *Talis nummus vel apud Spanhemium vel*

(n) J. H. Hottingerus de *Nummis Orientalium.* §. V. pag. 98.

(o) De *Religione Veterum Persarum eorumque Magorum* c. 23. p. 307.

(p) Id non adeo certum est, quia videtur esse serpens, cujus caudam Rex manu tenet, uti Cornelius de Bruins in Reizen c. 39. p. 221. Ipse quidem c. 40. p. 232. de arcu explicat, sed alibi, ubi de Thau Ezechielis agerem, dubitationem meam proposui.

Digitized by Google

vel apud Golzium videri poteſt, ubi Rex altero genu flexo jaculatur. Et ſi recte memini, Suetonius, in Caligula, ponit in Parthorum vexillo draconem & in eorum vexillo regio Arcum. Ipſe Tabula II. adjecta iconem nummi exhibet.

§. 6. Ut igitur Daricum & Darcon pro uno eodemque nummo habeamus, ſequentes nos impellunt rationes. (1) Eſra qui Paralipomena ſcripſit, (q) & Nehemias, vixere poſt Darium Medum. (2) Ex exſilio Babylonico origo Daricorum repetitur, itidem Darconim, ob שקלים c. II. §. 4. (3) Tum Darcon, tum Daricus fuit numus aureus ob §. 5. (4) Joſephus Daricos Græce adpellat, quos ceteri Judæi darconim. (§. 3.) Perſæ (5) ſummam conligebant Daricorum, ſi de majori pecuniæ multitudine ſermo eſſet, quare Darici fuere nummi vulgatiſſimi. Id & de Daricis & de Darconim (§. 4.) oſtenſum eſt. Tum (6) adfinitas ſoni favet inter voces דרכן & Δαρεικὸς. Tandem (7) terra Babylonica, dominatus Perſicus, & licentia Judæis ademta, quæ percuſſionem nummorum indulſit demum ſub Demetrio Syrorum rege, ſententiam corroborant noſtram. Accedit (8) quod aurea δεκαγμα ſub Dario Medo, Eſra & Nehemia nondum fue-

(q) Du Pin dans la *Diſſertation preliminaire ſur les auteurs des Livres de la Bible* §. 1. p. 23. col. 1. T. I. *Bibliothequ. nouv. des Auteurs Eccleſiaſtiques.*

Digitized by Google

fuerit inventa vel trita. Quare non possum, quin Darconem & Daricum pro uno eodemque nummo habeam.

V.

CAR. FRID. KRUMBHOLZII,

Animadversio

Ad

Marc. XV. 11.

Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον, ἵνα μᾶλλον τὸν Βαραββᾶν ἀπολύσῃ αὐτοῖς.

§. 1.

VEtustissimus ille codex, quo quondam THEODORUS BEZA usus fuit, quique nunc Cantabrigiæ adservatur, pro ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον, habet ἔπεισαν τῷ ὄχλῳ. (a) At enim est hoc, si quid judico, unum ex interpreta-

(a) Vid. BEZAE *Adnotat ad N. T. f. m.* 220. *Edit.* 1598.

Digitized by Google

tamentis istis, de quibus celeberrimi nominis Vir, CLERICUS, (b) ex instituto agit, quibusque optimos novi quoque instrumenti codices esse obsessos, non solum apud omnes, qui naris sunt paullo emunctioris, est in confesso; (c) sed & larga variantium lectionum seges vel maxime confirmat. Fortassis enim veterum quidam, quum in MARCO legendo versaretur, neque vim & efficaciam vocis ἀνάστασιν rite caperet, τὸ ἔκστασιν, quo vocabulo divus MATTHAEUS, eandem nobis (d) historiam tradens, utitur, explicationis ergo ad marginem adlevit, quod postea ineptus quidam atque impe-

(b) *Art. Crit. Part. III. Sect. I. Cap. VII. p. m. 78 sqq. Edit. Lipsi.*

(c) Sane JACOBUS HASAEUS, Vir quondam κεφαλικώτατος, cujus præmaturum obitum dolet orbis, qua patet, litteratus, licet in eruditissima pariter & elegantissima dissertatione de *glossematibus quorundam locorum N. T.* in *Bibl. hujus Cl. I. Fasc. V. n. III. p.* 687. reperiunda, ab iis se longe alienissimum esse, qui γλωσσήμασιν in codice sacro aliis ostendere annisi fuerunt, libere non modo profiteatur; verum quoque, quantum ea in re viros alioquin eximios ratio fefellerit, multis exemplis in medium allatis docte demonstret: re tamen ipsa, non pauca illorum in quibusdam novi pacti codicibus iisque optimis hinc inde deprehendi, liberaliter admodum concedit *l. c. §. II. p.* 691.

(d) *Cap. XXVII. comm. 20.*

Digitized by Google

peritus librarius pro ἀνέσεισαν in ipsum verborum MARCI ordinem admisit.

§. 2. Certe quum longe plures iique melioris notæ codices legant ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον, causſam ego, quare, quin hæc genuina sit lectio, dubitemus, plane non video. Maxime quum τὸ ἀνασείειν hic loci vi quadam & efficacia gaudeat singulari. Descendit enim, ut rem ab ovo, quod dicitur, repetamus, a præpositione ἀνὰ, & verbo σείειν, quod proprie de arboribus dicitur, quæ ventorum vehementia tantopere nonnunquam concutiuntur, ut fructus ex iis decidentes legere queamus. (e) Immo de maris juxta & terræ motibus usurpatur; quod suos inde ducit natales, vocabulum σεισμὸς (f) τὸ σείειν itaque, si primam atque nativam vocis notionem spectare velimus, notat *magno cum impetu movere aliquid sive concutere.* Deinde vero per metaphoram quandam ad hominis animum transfertur, quando adfectuum impetu turbatur ille acfortiter commovetur. Ita divus MATTHAEUS (g) expositurus, quanta omnium, qui tum Hierosolymis agebant, quum CHRISTUS asina vectus in urbem ingrederetur, animi fuerit commotio; ἐσείσθη, ait, πᾶσα ἡ πόλις. Idem, (h) ut aliquo

(e) *Apocal. VI.* 13.
(f) *Matth. VIII.* 24. *XXVIII.* 2.
(g) *Cap. XXI. comm.* 10.
(h) *Cap. XXVIII. comm.* 4.

Digitized by Google

aliquo tantum adumbret modo terrorem illum, quo milites servatoris sepulcrum custodientes, exanimabantur pæne, quum angelus Domini magno fulgore coruscans e cœlo descenderet, & accedens lapidem ab ostio monimenti removeret: ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου αὐτοῦ, inquit, ἐσείσθησαν οἱ τηροῦντες, i. e. *custodes vero præ metu ipsius adeo percellebantur animo, ut toti contremiscerent.*

§. 3. Quemadmodum igitur τὸ σείειν; ita quoque τὸ ἀνασείειν de vehementiori mentis commotione usurpatur. Id tantummodo inter utrumque verborum intercedit discriminis, ut, siquidem præpositio ἀνὰ in compositione significationem intendit, hujus adhuc major sit virtus & efficacia, quam istius. Ita τὸ σείειν, si quando ad animum hominis refertur, *vehementer aliquem commovere* significat; at τὸ ἀνασείειν etiam *concitare aliquem* designat *adeo, ut affectuum impetu agitatus tumultuari ac furere quasi occipiat.* Ὅτι ἀνασείει τὸν λαὸν, inquiunt (i) Judæorum proceres, DEI filium plane innoxium omnisque omnino labis expertem criminantes, hominem eum esse seditiosum, qui pessimas doctrinas atque opiniones ubique disseminans multitudinem concitaret ita, ut ea tumultus subinde moveat. Patet itaque, de iis, qui aliquem concitant ita, ut det etiam turbas, dici nonnunquam τὸ ἀνασείειν. Ista ve-

ro

(i) *Luc. XXIII. 5.*

Digitized by Google

ro vis voci hoc quoque ineſt in loco. Quippe, *nequaquam fruſtra operam inſumſiſſe ſacerdotum principes, ſed perſuaſionibus ſuis atque conſiliis doloſis adeo plebem concitaſſe, ut veluti mare procellarum vi agitatum tumultuari cœperit*, eadem innuit MARCUS.

§. 4. Contra quem turbam eo concitaverint modo, ille quidem nominatim non indicatur attamen ex iis, quæ antecedunt, facile id ipſum colligitur. Nempe Pilatus, ut JESUM, quem eſſe integrum ſcelerisque purum, ex omnibus iis, quæ cum eo usque adhuc acta fuerant; probe cognoverat, minori maximorum pontificum indignatione abſolvere poſſet; Barrabam quendam, ſcelus hominis, quique facta per tumultum cæde cum reliquis motæ ſeditionis ſociis in vincula conjectus erat, propter eum conſiſtere jubens, Judæorum genti optionem permiſerat, utrum vellent, ut ipſis more conſueto dimitteret; certo ſperans adeoque confidens fore, ut innoxium virum Barrabæ, homini tam nefario, quoque ſceleſtiorem inter eos, qui in vinculis ſervabantur, nullum habebat, præferrent. Ac ſane videtur populus ſatis bene, quantum inter utrumque fuerit diſcriminis, agnoviſſe, ideoque dubius hæſitaſſe, annon potius a Pilato, ut JESUM dimitteret liberum, ſit expetendum. At enim ſummi ſacerdotes, infenſiſſimi ſervatoris noſtri hoſtes, id ani-

Digitized by Google

madvertentes ſumma ope nitebantur, ut in ſuas populum pertraherent partes; ea de cauſſa optimum ſervatorem ſtrenue tam diu calumniabantur, donec tandem imperitam plebem ita concitarent, ut contra illum inſurgeret. Quocirca, ut orationi ſua conſtet integritas, verbis: οἱ δὲ ἀρχιερεῖς ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον, addo primum vocabula, κατὰ τὸν Ιησοῦν, per ellipſin omiſſa.

§. 5. Sed vero nondum hac ratione omnem omnino ſuperavimus difficultatem. Nam adhuc plura deeſſe, ex iis, quæ ſequuntur, quæque cum antecedentibus nullo modo cohærent, hautquaquam obſcure liquet. Quæritur itaque, quænam ea ſint, quove pacto defectus ſermonis ſupplendus. Clariſſimus Vir, FR. HEUPELIUS (k) τὸ ἀνῆσαι poſt τὸν ὄχλον deficere putat, premens forſitan ea in re veſtigia ERASMI SCHMIDII, f. liciſſimi quondam oraculorum divinorum interpretis; quippe qui in ſua novi fœderis interpretatione latina illud MARCI: οἱ δὲ ἀρχιερεῖς ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον, ἵνα μᾶλλον τὸν Βαραββᾶν ἀπολύσῃ αὐτοῖς, reddit: *at ſummi ſacerdotes concitarunt turbam, ut potius ROGARET, QUO Barabbam ipſis dimitteret.* Verum enim vero, ſi recte calculos ſubduco, nequaquam ſufficit iſtud. Sacerdotum ſcilicet primores, id quod e rebus, quæ circumſtant, omnibus manifeſto liquet, mul-

(k) *Notis Grammat. Hiſt. Crit. ad Marc. p.* 497.

Digitized by Google

multitudini non modo fuerunt auctores, ut Pilatum de Barabæ potius dimissione sollicitaret; verum hæc quoque pravis istorum instigationibus atque consiliis morem gerens à Pilato, ut Barabbam e vinculis dimittere malletre ipsa, & quidem impetu magno & importuno prorsus clamore contendit. Id ita esse, liquido ex commate patet proxime sequenti, ubi Pilatus populo respondens Judaico, ex eodem quærit: τί οὖν θέλετε ποιήσω, ὃν λέγετε βασιλέα τῶν Ἰουδαίων; *quid igitur vultis faciam ei, quem dicitis regem Judæorum?* Profecto ex ista Romani præsidis interrogatione intelligitur, nisi me omnia fallunt, perspicue, Judæos cum illo colloquentes, ut Barabbæ potius libertatem concederet, antea efflagitasse. Sed, ais, unde probabis, istos ab initio statim magna contentione ac vociferatione prorsus impetuosa postulasse id ipsum? Respondeo. Divus non modo LUCAS (1) disertis illud testatur verbis; verum quoque ex iis, quæ sequuntur, planissime id ipsum demonstrari potest. Commate nimirum XIII. MARCUS, *iterum clamasse* Judæos, a Pilato, ut JESUM NAZARENUM cruci affigendum curaret, efflagitantes, palam adfirmat: unde, jam antea inconditum eos sustulisse clamorem, constat aperte. Rebus itaque omnibus probe ponderatis ac rationibus rite subductis, hunc

(1) *Cap. XXIII. comm. XVIII.*

Digitized by Google

MARCI locum ita supplendum esse censeo: οἱ δὲ ἀρχιερεῖς ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον (κατὰ τὸν Ἰησοῦν, καὶ κρίζας αὐτὸς ἠτήσατο παρὰ τῦ Πιλάτυ,) ἵνα μᾶλλον τὸν Βαραββᾶν ἀπολύσῃ αὐτοῖς, i.e. *Sacerdotum vero principes concitabant populum & in furorem quasi agebant (contra JESUM,) & magno iste sublato clamore petebat a Pilato, ut Barabbam ipsis dimittere mallet.*

VI.

T. d. H.

Relatio de itinere,

quod annis clɔ Iɔɔc xxi. & sequentibus circum terrarum orbem factum est.

AMplissimos nobilissimosque viros, qui sodalitio Indiae Occidentalis Belgico praesunt, expeditionem ad ulterius exploranduin terras incognitas, quae Meridiem spectant, moliri ante hos quatuor annos constante famâ, atque omnium sermonibus celebrabatur. Tenebat ea res omnium animos valde sus-

Digitized by Google

ſuſpenſos exſpectantium, quem illa habitura eſſet exitum, &, quid commodi, aut rerum novarum ex tam diſſitis, & plus uno orbe diviſis regionibus poſt tot fruſtra tentata conamina ad nos, qui Europam incolimus, proventurum eſſet. Neque levis exſpectatio felicis eventus lactabat omnes, quod id negotii curae, ac regimini viri rei navalis peritiſſimi, qui pridem hoc conſilium animo volverat, erat concreditum. Tandem elapſis aliquot annis triſtes tantum hominum reliquias perditis navibus in Europam inter mille aerumnas reverſas fuiſſe re infectâ, neque ditibus Salomonis inſulis, quas inveſtigatum profecti erant, viſis, & ſic ſpe, qua jam Attalicos theſauros devoraverant, dejectos illos, nuntiatum fuit. Mirum me deſiderium tenebat, quæ illius itineris ſors, quæ fortuna fuiſſet, & quid plagarum imperviarum, rerumque adhuc incognitarum detectum eſſet, cognoſcendi. Accidit tandem peropportune, ut ad me inviſeret, vir antea haud ignotus, quem cum oppido paucis ex tam difficili, ac periculorum pleno itinere,

Poſt tantos caſus, poſt tot diſcrimina rerum,

ſalvum atque incolumem noſtris oris reddiderat divina providentia. Ego diligenti ſciſcitatione ex eo quaeſivi, quid cum illis actum eſſet, quem curſum tenuerint, quid rerum commemorabilium obſervaviſſet. Ad

Digitized by Google

quae cum ille & promte & fideliter respon-
deret, & simul, quæ ejus humanitas erat,
schedulas communicaret, quibus in ipso
itinere, quae illi notatu digna erant visa, tra-
didisset, ego & dicta actutum mandavi lite-
ris, & ex iis, quæ manu erant exarata, ea
excerpsi, quæ lectione tuâ, B.L. non indigna es-
se judicabam, omissis iis, quæ parum ad rem fa-
cere videbantur, rerum circumstantiis,
aut, quae scire magis nautarum, quam no-
stra, qui musicas artes tractamus, interesse
credebam. Hoc itaque Catone contenti
erimus, donec pleniores ab aliis commen-
tarii de isthoc itinere vulgabuntur, quod for-
san post aliquot annos futurum, non o-
mnis spes evanuit, postea quam eandem pro-
fectionem eodem duce ante mensem unum
alterumve rursus susceptam esse, utinam
meliori cum successu! publicae nos relatio-
nes docuerunt. Si nihil aliud, memoriam
tamen hanc brevitas, pariter & veritas nar-
rationis, pro qua spondere ausim, commen-
dabunt. Non male sibi consulet, quisquis,
ut melius tantae viae cursum sequatur, con-
feret mappam Geographicam terrarum au-
stralium, quâ nullam accuratiorem novi,
eâ, quae subjuncta est, descriptioni itineris,
quod in Indiam Occidentalem fecit Fran-
ciscus *Coreal*, ex Hispanico Belgice transla-
tae, atque impressae in forma octies divisâ

Am-

Digitized by Google

Amstelodami, a. 1722. Tomo III. pag. 203. Sed ad rem ipsam.

Ad diem IV. Eid. Julii anni MDCC XXI. tres naves huic expeditioni destinatae, quibus nomina ab urbe *Tienhofia*, (*Tienhoven*) ab Africa (*Africanische Galey*) ab *aquila* denique (Arend,) imposita erant commeatu ad XXIV. menses & viris plus sexcentis instructae Amstelodamo solvunt. Ipsis Kalendis Augusti, Texelia, quae nota est navium in utramque Indiam contendentium statio, nacti idoneam ad navigandum tempestatem, alto mari se committunt. Postridie Kal. Septembris insulas fortunatas quas nunc Canarias vocant, attigêre. Die XVII. Octobris totum mare, quasi carbonibus ignitis, (a) vel facibus ardentibus (nautae vocant *seequallen*) conspersum conspexerunt. Die 10. Novembris vident Brasiliam prope insulam, quae à S. Sebastiano nomen gerit, sed prohibentur descensu in terram. Ut tamen penuriae aquae succurrerent, appellunt insulam non habitatam, ibique a die 21. Novembris ad Kal. Decembris commorantur, duobus tamen, qui olim Coloniae literis operam dederant, quod indociles essent graves itineris marisque molestias pati, in continentem terram aufugientibus, neque revertentibus. Die undecimo Decembris

(a) Vide quae de illo *φαινομενῳ* notavimus in disquis. de Leviathane c. V. §. 13.

Digitized by Google

bris cum perveniſſent ad gradum latitudinis auſtralis XXXIII. min. 58, horribili tempeſtate agitantur. Die ejusdem menſis XXVI. intolerabili frigore (b) premuntur, ita ut duplicatae veſtes inter eos diſtribui debuerint, pervenerant autem ad latitudinis auſtralis gradum 46. min. 33. Kal. Januariis anni MDCCXXII. vident inſulas Mauritii & Statuum (*Staateneyland.*) Mare autem plenum erat canibus marinis (*Seerobben*) & thunnis trium ulnarum magnitudinis, velocitate incredibili oceanum ſulcantibus. Die Januarii XIX. fretum Magellanicum (c) in-

(b) Mira profecto res. Utrinque enim paribus ſpatiis & noſtra Saxonia, & hic terrarum tractus diſtat ab aequatore. Diceres itaque, cum ſimilium ſimilis ſit ratio, parem utrobique oportere eſſe aëris vel calidi vel frigidi conditionem. At res ſe prorſus habet aliter. Menſe enim Decembri, cum apud hos populos polo antarctico tam vicinos, quam nos ſumus arctico, aeſtas cum maxime eſt, omnia aeterno premi gelu, ſaeviſſimisque aduri frigoribus, conſtans eſt omnium relatio. Cauſa illius haud dubie petenda eſt, ab Apogaeo, ſive malis Aphelio, quod verſus boream inclinans nunc nobis breviorem hiemem, at aeſtatem longiorem, at Auſtralibus terris, ex adverſo hiemem longiorem, aeſtatem vero breviorem efficit. Digna lectu atque examine ſunt, quae in hanc rem adtulit *Jo.* Auguſtus RIVINUS in diſſ. de *terra auſtrali* habita Lipſiae, 1716.

(c) Omnium accuratiſſime illud delineatum eſt in mappa, quae in deſcriptione itineris, quod per illud in

Digitized by Google

intrant, rigebant omnia frigore intenſiſſimo, &, etſi media aeſtas erat, aeterno tamen gelu preſſa & nive altâ contecta videbantur montium cacumina. Neque dies erat, neque nox, ſed crepera lux,

Quam tu nec tenebras, nec poſſes dicere lucem,

ipſum

Cernebant cœlum pice nigrius, & freta ventis
Turbida, perque cavas vix adeunda rates.

Ita ut confirmari viderent illud Ovidii Met. L. I. n. 64. ſq.

- - *Scythiam ſeptemque trionem*
Horrifer invaſit boreas, contraria tellus
Nubibus aſſiduis, pluvioque madeſcit ab Auſtro.

Kal. Februariis intrant mare pacificum. Interea per tres dierum hebdomadas ſolem non viderunt ad diem usq; 6. Febr. quo exiguus ſolis ſplendor iis rurſus apparuit, quando verſabantur ſub gradu lat. Auſt. 46. Min. 25. longitudinis 297. Die 14. Febr. littora provinciae Chili, quae altiſſima ſunt, praeternavigant; Vident Baldiviam, (d) lat. Auſtr.

in nare auſtrale *Narbeorougius* fecit, edita Amſt. 1712. 8. occurrit, cum quibus tamen conferri meretur delineatio illius, quam exhibet *Frezierius* itinerario T. II. p. 507.

(d) Accuratam hujus loci, quem *clavem* maris Auſtralis judicant Hiſpani, deſcriptionem vide dans *la relation de voyage de la mer du ſud par FREZIER*, Amſt. 1717. p. 75. ſqq.

Digitized by Google

38½. Die 15. insulam *la Mocha* lat. Austr. 38. die 24. conspiciunt insulam Ferdinandi, sitam sub gradu 33. latitudinis australis cum dimidio, ibique laeti inveniunt navem *Tienhofen*, quae inde a die 17. Dec. anni praeteriti oculis illorum erepta fuerat, & tamen interea temporis attigerat gradum latit. Austr. 64. cum 58. minutis, quo plus ultra nullus adhuc Europaeorum pervenerat. (e) Notandum est per tres dierum hebdomadas iis solem non esse conspectum, donec ad gradum latit. austr. XLVI. min. 25. longitudinis autem 297. pervenissent, id quod factum die 6. Febr. quo obscurius sol iis rursus apparere coepit. Mira hic erat copia bestiarum quas vulgo vocant *Wallrussen* Belgae *leones marinos*, (f) quod capita gererent instar leo-

(e) Hoc fere omnes confitentur; qui vel recentissime omnium hoc iter emensi sunt, v. gr. Dampier, Covvley, Sharp, alii; ultra gradum meridionalis latitudinis sexagesimum non perveniri posse: Et licet non ignorem in nonnullis itinerariis aliquot adhuc supra sexagesimum superatos esse gradus legi, nusquam tamen observavi tam longe, quam ab his factum est, processum fuisse.

(f) Confirmat hoc *Dampier* l. c. p. 98. *Il y en toujours autour des milliers, je pourrois peutetre dire des millions, ou assis dans les bayes, ou allans a la mer & en venans. A un mille ou deux de terre vous voyes l'Isle toute converte de ces animaux, qui se jouent à la superficie del eau, ou sont au soleil à terre &c.* Ratione tamen pedum differunt ab illis,

Digitized by Google

leonum, magnitudine grandium taurorum, paululum diversae formae quam sunt illi, qui in Groenlandia visuntur. Cum incederent pedibus, elabi non poterant, ubi nasum quis percutiebat, confestim exspirabant. Tam ingens quoq; multitudo canũ marinorum occurrebat, ut promovere pedem non licuisset, nisi viam sibi eorũ cædibus aperuissent. Insula Ferdinandi continet milliaria quatuor. Inculta est atque inhospita, horrida rupibus inaccessis, & profundis vallibus; ferax tamen ferarum & Capreolarum (g) sed quas

lis, qui circa terras septentrionales inveniuntur: Audiamus *Frefierium* l. c. p. 141. *Les loups marins s' y trouve en si grande quantite, qu'on en voit souvent les rochers couverts. Ils different des Loups marins du Nord en ce, que ceux la ont des pattes, au lieu que ceux ci ont deux nageoires alongees à peu pres comme des ailes vers les epaules, & deux autres petites, qui enferment le croupion. La nature à neanmoins conserve au bout des grandes nageoires, quelque conformite avec les pastes, car on y remarque quatre ongles, qui en terminent l' extremite; peutetre parceque ces animaux s' en servent pour marcher en terre, ou ils se plaisent fort. La ils jettent des cris semblables en ceux des veaux, d' ou vient qu' on les appelle veaux marins, mais leur tete ressemble plutot à celle du chien, qu' a tout autre animal, & cest avec raison que les Hollandois les appellent* Chiens marins &c.

(g) Si quis miretur quomodo in tam inculta loca haec animalia potuerint pervenire, is meminerit, eas huc translatas esse a Joanne Ferdinando, Hispano, qui insulæ nomen dedit. Is cum decreviſſet illam

Digitized by Google

quas accedere, vel sclopeto tangere vix licet. Multum operae in iis sectandis insumserant, sed nequidquam. Unum nautarum, quem nimium venandi studium in abruptos montium vertices rapuerat, inveniunt mane exanimem, e rupe praeruptâ praecipitem factum una cum sclopeto frustatim comminuto. Posteaquam heic inde a die 25. Febr. ad diem 17. Martii commorati essent, hoc die rursus vela in altum dant, & Kalendis Aprilis conspiciunt *insulam Principis.* (*het princen eyland*) Die sexto, cum versantur sub gradu lat. austr. 27. & longit. 268. vident insulam Europaeis adhuc incognitam plane, cui *pascbatos* (het paaschen eyland) nomen dant, quod die, quo memoria resurrectionis Dominicae celebratur, huc appulissent. Incidunt in naviculam coagmentatam ex frustis ligni, non majoribus magnitudine manus. Illi insidebat homo colore fusco, quem capiunt, at cum illi non intelligerentur, dimittunt. Die ejus mensis octavo haut rari nantes in gurgite vasto conspiciuntur insulae coloni, immo tanta copia, ut propter eorum multitudinem terram appellere prohiberentur. Adscendunt illi navem, mirantur omnia, praecipue tormenta bellica in furta & rapinas

illam excolere, tres quatuorve capreolas in eam intulit, ex quibus incredibilis earum deinde copia enata est. Luculenter illam describit *Dampier* dans les *Voyages* T. I. c. 4.

Digitized by Google

nas(h) valde erant proclives, neque navi discedere voluerunt, priusquam vi ejicerentur. Cum die decimo ejus mensis nostri homines in terram descendere conarentur, innumerabilis hominum multitudo in littore conspicitur, descensum impeditura, sed a nostris repelluntur; Cum enim haud pauci globulis essent vulnerati, reliqui fugam arripiunt; ita tamen ut corpora sociorum, qui necati erant, statim auferrent secum. Mitius tamen agere cœperant deinceps, nostris amice ex tuguriolis suis offerentes terræ fructus, sacchari arundines, Jambe Jambes, Pisanges, & gallinas magno numero. Utebantur autem vestibus versicoloribus ex serico & gossypio contextis. Auribus utebantur longis, & ad humeros usque dependentibus, & eum in modum perforatis, ut vel manum potuisses inserere. Insignis erat corporis (i) proceritas, virorum quidem pedum duodecim, ut vel nostri homines

(h) Sane piceatas manus, rapacesque ungulas fere omnibus esse qui has regiones australes incolunt, unanimi consensu eorum, qui hæc illustrarunt, facile confirmari posset.

(i) De insigni hominum hos terrae tractus, qui propius polum antarcticum adtingunt, inhabitantium magnitudine multa exstant scriptorum testimonia. Num autem accurate ea fuerit tot pedum, more mathematico mensuratorum, non ausim affirmare.

Digitized by Google

nes inter crura recto corpore transire potuissent. Sequioris autem sexus decem vel undecim. Picti erant & corpus & faciem mares colore rubro vel fusco, mulieres autem coccineo. (k) Idolorum loco venerabantur duo saxa incredibilis magnitudinis. Lapis latissimus incumbebat terrae. Illi impositum erat saxum tantae molis, vt vix a septem hominibus potuerit expansis manibus circummensurari, ita ut incredibile crederetur, illud ab ipsis hujus loci incolis, quanti etiam erant, motum, & huc positum fuisse. Altitudo erat, qualis est trium virorum. Circa cacumen saxi sculptum erat hominis caput, insignitum coronâ, quæ opere tessellato & musivo ex parvis lapillis erat efficta. Numen majoris idoli erat TAURICO, & alterius *Dagô*. (l) Saltim id nomi-

nis

(k) Sed cum passim legamus horum climatum incolas colore subrufo & cupreo nasci, dubitari posset, num & hujus insulae colonis rufus ille color appictus fuerit.

(l) Mirum foret, si non cuiquam haec legenti cogitatio incideret, hos tam immani corpore Viros Dagonem colentes propaginem fortasis esse illorum Cananaeorum, quos & inter idola sua veneratos fuisse *Dagon*, & humanae propemodum magnitudinis formam excessisse, & a Josua finibus suis pulsos constat. Credibilius tamen est a continente in has insulas ejectos esse. Sane Patagonibus, & freti Magellanici littora inhabitantibus, duodecim

&

Digitized by Google

nis ei acclamabant. Venerabantur eos saltando, jubilando, circumcursitando, plaudendo manibus, cum in morem, quo vitulum ex auro conflatum veneratam fuisse Israelis progeniem sacrae literae testantur. Cum explodi audirent tormenta bellica, miris gesticulationbus utebantur, digito exserto jam homines nostros, jam saxum monstrantes & ejus veluti auxilium imploraturi clamabant, *Dâgo*, *Dâgo*. Increbuit interea ingens aëris tempestas, qua parum aberat, quin omnium navigiorum suorum jacturam fecissent Belgae. Oceano se itaque committunt iterum die Aprilis duodecimo, cursumque dirigentes ad occidentem die 21. se deprehendunt constitutos sub gradu 27. lat. austr. milliaribus 650. à provincia Chili; Die Apr. 27. sunt sub gradu 23. & min. 2. Intera commeatus valde imminuit, aqua deficere, morbi scorbutici crescere, panis mucore & rancedine corrumpi, & reliqui cibi vermibus scatere, & perquam pusillâ mensurâ distribui. Die vigesimo Maji perve-

& amplius dodrantium staturam innumeri, iique oculati testes adtribuunt. Hos autem tantae molis viros propaginem esse illorum Phoenices vetustorum incolarum per fretum Gaditanum & Oceanum in has oras ejectorum, & per terram continentem posteris temporibus in circumjacentes insulas dilapsorum ecquis temere vel adseverare ausit vel inficiari?

Digitized by Google

veniunt sub gradum 14. & min. 41. multae ibi cautes, atque insulae, ut dixisses, ibi fuisse olim continentem; Inter illas eminebat, multis fluminibus divisa, quam ea propter vocant *insulam* aquaticam. (*het Water Eyland.*) Heic in scopulos frangitur una navium, (die Africaense *Galey*) salvis tamen hominibus. Ob fluctuum motus (vocant die *branding*) non licebat iis terram navi contingere. Quinque tamen homines nimiarum pertaesi molestiarum sua sponte in insulâ manserunt, armis & victu ex navis, quae perierat, reliquiis sic satis instructi. Die 25. Maji praeternavigant insulam, quae à *muscis*, quarum heic incredibilis est numerus, nomen tulit. Die Maji 29. inter cautes insulasque versantur, videntque hinc inde fumum, sed non datur accessus, deprehendunt autem se sub gradu 15. latit. Aust. & m. 17. longitudinis autem 224. tum versari. Kal. Junii insulam inveniunt nondum Europaeis exploratam. Incolae, & excellenti forma homines, & coloris non minus albi, quam si in his regionibus geniti essent accessu eos prohibere conantur, insilientes in aquas, hastisque, quarum cuspides armatae erant praeacuto ligno, igni ac si ferrum esset, durato, in eos involant. Cum autem sclopos bombardarum minorum percepissent, praecipiti cursu praealtae rupi insiliunt. Tum induciis quasi factis nuces & her-

Digitized by Google

herbas amaras ſpecillis, corallis, pectinibus, & id genus mercibus aliis permutant. Interea cum peranguſta via inter petras explo-raturi terram procederent, obviam fit iis ſenex manu ſignum dans, ne pergerent, ſed retroirent, &, ut ſignificaret, quod iis imminebat periculi, lapidem in terram ante ſe projicit. Illis haec non hujus curantibus, ab omni parte ingens lapidum nimbus in capita eorum decidit, quo cum multi vulnerarentur, vel inviti referre pedem coguntur. Homines illi uniones ſatis grandes geſtabant in auribus, corpus & collum ornabant margaritiferae conchae. Hanc inſulam, quod ferax eſſet herbae amarae quidem, ſed ſalubris, vocata eſt inſula refocillationis. (*verquickingseyland*) poſita ſub gradu lat. A. 15. min. 47. longit. 224. Interea temporis cum paulatim alimenta deficerent, morbi autem augerentur quotidie, ſpes decollabat eo, quo intendebant, perveniundi. Die itaque tertio Junii deliberatione inſtituta decernitur, reverſionem in patriam per Indiam Orientalem mutata velificatione quaerendam eſſe. Conſtituti tunc erant ſub gradu Lat. Auſtr. 15. min. 41. at longit. 221. min. 18. &, ut judicabant, a Peruvia remoti ſpatio duodecies centum milliarium. Die Jun. 12. cognoſcunt ſe verſari ſub gradu Lat. A. 15. min. 16. at longit. 205. min. 8. Die 14. vident duas inſulas, ſed ob exaſpe-

Digitized by Google

ratum vehementius mare accedere propius non erat integrum. Interea multis lembis cinguntur eorum naves. Erant autem tam eximii operis, tam affabre iis insculptis figuris nobiles, ut nihil suprà. Certe Europaeorum arte venustius caelari nequivissent. Incolae armati erant jaculis, capita ornati foliis viridibus, & corpus arundinibus. Haec Insulae à navarcho Boumanni nomen tulit. (het *Boumans eyland*) Amoena erat adspectu, fertilis, consita arboribus, plena palmetis.

Die XV. vident insulam per septem leucas protensam, & gradibus ab aequinoctiali circulo 13. minutis 41. a primo autem meridiano gradibus 200. min. 55. distantem, sed, quo tempori parcerent, descendere non audent, quod quotidie miseriae eorum & morbi magnis accessionibus augerentur. Die 18. Julii multas insulas conspiciunt, & inter eas novam Selandiam, quae est milliarium circiter trecentorum, & sita sub gradu lat. austr. sexto, min. 4. longit. 166. Die Julii decimo cum tentarent descensum in terram, occurrunt loci incolae magno cum clamore. Statura erat novem, decemve pedum, color niger, toti paene nudi, ingenii audacis ac ferocis, vident tantum mares, non feminas, neque infantes. Intrant incolarum casas, & praeter poma, quae vocant *patattes*, & retia piscium nihil in-

veniunt. Die 22. Jul. cum perveniſſent ad gradum lat. auſtr. 2 m. 25. longit. 156. min. 15. vident plusquam quinquaginta inſulas, milliaris circiter ſpatio diſſitas. Die 31. Jul. anchoram figunt prope inſulam Gramoam, (quae, ni fallor, haud alia eſt, ab illa, quae in tabulis Geographicis vocatur Arimoa,) ſuis cultam incolis, neque longe diſſitam ab Inſula Moa, vel Demoa, necdum habitata. Cum cymbulis aliquot ad illam aditum molirentur, plus quam viginti naviculae iis obviam fiunt, plenae virorum arcubus & ſagittis armatorum. Patiuntur tamen noſtros homines in terram deſcendere, novorumque hoſtium adſpectu perculſi, cingunt eos ab omni latere & viri, & feminae, & pueri omnes arcubus inſtructi, cumque forte quidam noſtrorum glande aenea petiviſſet arborem, ita, ut nux, quam Cocos vocant, decideret, atque avide diriperetur, expedite more ſelium inſiliunt arborem, eamque ſuccutiunt, atque alacriter noſtris hominibus nuces abundanter colligendas exhibent. Cumque accepiſſent cultellos, tabacum, fiſtulasque, & id genus alia, largâ copiâ nuces & poma Aurantia, imo & arcum cum telo ſuo ἀνδρῶν loco Belgis offerunt. Homines illi deformes erant adſpectu, praeſertim mulieres, hae in perforatis naribus bacillos, ad unius non ſolum digiti, ſed pedis, ſive dimidii cubiti longitudinem geſtabant. Ad-

vesperascente coelo descendunt in insulam Demoam, navem oneraturi nucibus & pisangiis. Die Sextilis 14. praeternavigant *Schouten Eyland*. Die 16. lineam aequinoctialem transeunt. Die 25. conspiciunt novam Guineam, die 26. insulam Gilolo, d. 27. Amboinam, die 28. Ceram, die 29. Bouro. Kal. Septembribus Celebes. Die ejus mensis septimo Javam, die nono veniunt japparam, ubi vident crocodilos multos in littore, quos nullo negotio (m) in fugam conjiciunt. Die XI. cognoscunt integrum diem iis periisse, cum enim feriam sextam hebdomadae se agere putarent, septimam, i. e. diem Saturni se jam attigisse conspiciunt. (n) Die Octobris tertio tandem enecti prope fame,

(m) Confirmari inde potest, quod in diss. de Leviathane c. II. §. 12. sqq. asserui, capturam harum bestiarum, non tam difficilem esse, quam vulgo putatur.

(n) Notum est, id illis omnibus accidere, qui totam tellurem circumnavigant, vel per fretum Magellanicum ad Indos Orientales contendunt, ubi scilicet integrum diem se perdidisse deprehendunt, quando in Indiam pervenere. Geographi passim hujus rei causam indagant, quae citiori & tardiori solis occasui adscribenda est. Omnium primo id contigit Joanni Sebastiano a Cano, Ferdinandi Magellani comiti, qui cum an. 1521. primus omnium totam terrarum orbem circumiverat, redux deprehendit diem Jovis esse, quem putabant esse Mercurii, adeoque integrum diem amissum.

Digitized by Google

me, & saevissimis tum ardoribus solis, tum noctis frigoribus fracti, veniunt in urbem Bataviam, quae princeps est urbium Orientalis Indiae, Belgis parentis. Ut autem appulerant, ut prohibentur navibus egredi, & post aliquot dierum intervalla & navigia & merces, & homines confiscantur. Hi etiam vel in custodiam mittuntur, vel operis servilibus addicuntur. Neque enim permittit societas Orientalis Indiae Belgica cuiquam, Tros Rutulusve fuat, nisi suo jussu suisque auspiciis, adventum in has oras. Quanquam enim dura diraque & pene inevitabili necessitate compulsi in has plagas advenissent, non exercendae mercaturae, sed salvandae vitae causa, quamquam & se è Belgicâ profectos, à Belgis ablegatos, & miseriis omne genus paene confectos esse clamarent, non tamen haec eos tutos, liberosque praestare potuere. Quin in magni beneficii loco iis ponendum fuit, quod iis omnibus bonis, & navigiis spoliatis post duorum mensium commorationem permitteretur redire in patriam. Et ita postridie Kal. Decembris Batavia solvunt, die 12. Februarii anni sequentis MDCCXXIII. promontorium Bonae spei appellunt, & tandem post enavigata duodecies mille milliaria & transmissam quater quinquies ve Zonam torridam, innumeris exantlatis periculis, laboribus & molestiis, omnium rerum vacui post exactum

Digitized by Google

biennium die 8. Julii in Texeliam insulam perveniunt. Noli tamen putare id de omnibus esse dictum, *Pauci, quos aequus amavit Jupiter!* Tristes enim tantum reliquiae, & vix duodecima pars eorum, qui iter ingressi erant, redditæ sunt patriae. Ex plus quam sexcentis, qui exeunti classi impositi fuerant, tantum tribus supra quinquaginta datum fuit

Fumum de patriis posse videre focis:

Ex CXI. qui una vecti fuerant navi, trium illarum minimâ, *sex* tantū evaserunt, quorum uni hanc relationem debeo. Omnes praeter concussam tot incommodis valetudinem, ventresque inaniis, sacculosque araneis oppletos nihil retulerunt mercedis. Pro thesauris Ophiriticis, quibus inhiabant, vix carbones invenerunt. En vivam tibi rerum humanarum imaginem! Et nos currimus, laboramus, insomnes noctes ducimus, fatigamur, affligimur, alicujus aut lucri, aut gloriae vana spe excitati! Praeter fumum, & umbram vix aliquid praemii ferimus. Quae meditanti, sequentes excidunt versiculi;

I per inaccessos terram quae vergit ad austros,
Climata per Boreae frigore pressa redi;
Lois lustra contraria littora campis;
Regnaque, qua surgit sol, Nabathaea pete.
Viscera nil praeter macerata fameque sitique,
Membraque sive aestu torrida, sive gelu,

Nil

Digitized by Google

Nil praeter vacuasque manus, vacuosque locellos,
Et lacerae referes taedia mentis inops.
TERRA VALE, noſtris ſtatio male fida carinis,
Non deſideriis es ſatis apta meis.
Ah! quoties fallax corvos deludis hiantes,
Et fumo & ventis paſcis, aliſque tuos.
Divitias Croeſi promittis, & aurea regna,
Et mera das nobis ſomnia; TERRA VALE.
ASTRA PETAM, niveis quis me circumdabit alis,
Sive aquilae, pernix ſive columba tuis?
ASTRA PETAM; heic axem pedibus preſſurus utrumque,
Mirabor nitidi limina celſa poli;
ASTRA PETAM; nullis ubi me minuenda procellis,
Turbine mulcebit nec temeranda quies.
ASTRA PETAM, & DOMINI requieſcens tutus in ulnis,
Delitiis ſemper, laetitiisque fruar!

T. d. H.

Digitized by Google

VII.

Joh. Jacobi HULDRICI,

V. D. M. & Philosophiae moralis, jurisque Naturalis in Athenaeo Tigurino Prof. publici

GUALTHERUS REDIVIVUS,

sive de vita & morte

RODOLPHI GUALTHERI,

Oratio. (a)

ARGUMENTUM.

Gualtheri patria, parentes, genus, nativitas §. 1. Educatio §. 2. Proficiscitur Lausannam, Marpurgum, Ratisbonam §. 3. In Angliam, ubi bis singularem Dei providentiam expertus est §. 4. Admovetur muneribus. Fit Provisor scholae Carolinae, Pastor Schwammendingensis, & deinde templi ad B. Petri §. 5. Bis matrimonium iniit cum Zviuglia & Blaurera. Generi. §. 6. Filius unicus praeclarae spei moritur. §. 7. Edit de *Anti-Christo* librum. Qua re sibi invidiam excitat. §. 8. Summo periculo modo valde commemorabili liberatur. §. 9. Succedit Bullingero §. 12. Donatur rude, moritur. Ejus successores §. 11. 12. Ejus laus. Eruditio. §. 13. Labores §. 14. Commercium literarum. §. 15. Hospitalitas §. 16. reliquae virtutes §. 17.

§. 1. RO-

(a) Habita illa est publice Tiguri add. VIII. Kal. Jan. anno clo

Digitized by Google

§. 1.

RODOLPHUS GUALTHERUS, patriam sortitus est, veterem illam doctorum hominum nutriculam, Tigurum nostrum, Helveticarum urbium principem, non tam originis vetustate, & crebra fortunæ varietate, & rebus multis & pace & bello fortiter gestis, & plurimis dotibus aliis, quam quidem restitutæ religionis gloria, & tot præstantium hominum, quos tum ardens ad sidera evexit Virtus, tum præcellens usque ad seræ posteritatis memoriam insignes fecit eruditio, quibusque alma hæc nostra parens aut natales ipsa, aut ubera saltem dedit,

cio IↃCCXXIII. Copia ejus mihi facta est non ab ipso auctore, Viro pietate in Deum, eruditione, meritisque in cœtum Christianorum præcellentissimo, sed ab utriusque communi amico. Spero tamen eo haud invito me ejus ἔκδοσιν heic loci suscepisse. Saltim eo Lectori eam fore gratiorem confido, quo pauciora sunt, quæ de summo illo viro apud Adamum, Verheyden, Konigium, Freherum, Teissierium (*dans les eloges T. III. p.* 412.) leguntur. Et sane saepe miratus sum, unde factum sit, ut eum Helvetii in consignandis heroum suorum literatorum vitis tam diligentes optimo exemplo sint, hujus Viri, cui sane inter hos locus non ultimus debetur, memoriam fere neglexerint. Putavi autem, ea, quae ad historiam Gualtheri non spectabant, præfationem, conclusionemque commode omitti posse. T. d. H.

dit, magnitudine & multitudine ante omnes, non Helvetiæ duntaxat, non Germaniæ unius, sed, absit invidia, totius Europæ Urbes memorabilem. Patrem habuit ex honestissima & vetere familia, quæ nisi ex se prius nota fuisset, à RODOLPHO nostro accipere potuisset memoriæ suæ initium, *Andream Gualtherum*, hominem integerrimæ existimationis & antiquæ Virtutis, Fabrum lignarium, exque illa adeo hominum sorte, ex qua ipsi æterno Dei Filio, humanam naturam induto, ut hoc quidem tempore ejus rei memoriam solemniter recolimus, curator & tutor contigit. Matremvero *Adelheidam Glattfelderam*, fœminam omni sexus laude præditam, & quam vel ex filio possimus agnoscere. Avus ejus paternus fuit *Henricus Gualtherus*, vir armis clarus, & in bello Mediolanensi signifer, qui suis virtutibus post quatuor alios ejusdem generis ad Tribunitiam dignitatem provectus optima Reip. nostræ officia præstitit. Non ergo Gualtherus splendidè, sed nec obscurè natus fuit; natus non quidem cum multis, quæ vitiorum sæpe aut velamenta aut irritamenta sunt, sed nec sine omnibus imaginibus, qui vel absque illis posteris luculenta virtutis & consummata imago existere, gentem suam æternare, & plus gloriæ majoribus reddere, quam ab iisdem accipere potuit. Et natus quidem non sine fato, postridie Calendarum

Digitized by Google

rum Octobris, anni illius magni & æternis fastis digni supra Millesimum quingentesimi undevigesimi, quo magni *Zuinglii*, futuri sui soceri obstetrice opera Ecclesia nostra spiritualiter renata est. Natus est insuper properanter, & partu præcoci & septimestrali. Et ne forte ab Ecclesia ad Architecturam avocaretur, patre suo, antequam natus esset, orbatus est, inter illustres posthumos magno suo merito recensendus. Mortalitatem autem explevit optimus iste GUALTHERI parens casu Tragico. Cum enim forte fortuna præteriret ædem illam Tribunitiam, cui *Camelus* symbolum est, quæ circa illud tempus ex ruinis suis exstruebatur, illapsa in caput nihil tale ominantis abiegna trabes tanto impetu fuit, ut animam protinus exhalaret. Quo tristi nuncio denati Uxor, cui dulci pondere septimo jam mense tumebat Venter, exterrita uterum ferre desiit, *Gualtherumque* suum ante diem abjecit; adeo parvulum, adeo minutulum, atque pusionem, ut parvi alicujus & in nodum quasi collecti cadaveris verius, quam veri infantis spectaculum præbuerit. Ex veteri de hoc partu relatione parvulus iste Æneas, nec major nec carnulentior fuerit elixa aliqua eaque emaceratissima costa: Er was weder gröſſer / noch leibiger / als ein gekochtes mägeres Rippleim. At quantus è, quantillo GUALTHERUS factus est? Videba-

batur hoc vatidico afflatu præsagire Vir de Rep. nostra præclare meritus, D. Sprünglinus, ærarii tum publici Quæstor, GUALTHERIQUE ex sacro fonte susceptor, qui illi per omnem vitam patris affectum exhibuit. Cum enim iste cerneret, mœstam matrem omnem de vita pueruli producendæ spem abjecisse, blandum isthoc animo dolore fracto fomentum suggessit: Quo minor jam iste tuus RODOLPHULUS puer est, eo major olim Vir erit. Nec certe vanum fuit hoc boni Viri augurium. Servatus enim provida Numinis cura dulcissimus infans, & tandem Vir factus, inter maximos etiam Dei Heroas verticem tantum extulit, quantum lenta solent inter viburna cupressi. Prodigiosa itaque suo modo fuerunt GUILIELMO nostro vitæ initia, quam illius prodigiosa fuerit progressio, nunc porro videamus.

§. 2. *Adeò* læta nempe in puero etiam peradolescentulo adhuc indoles emicabat, ut quam primum labia in dimidiata verba frangere poterat, jam supra quam ætas ferat, sapere ab omnibus judicaretur. Postquam itaque in urbe patria primis literarum elementis imbutus esset, cœlestesq; illi in mente igniculi læto lumine coruscare cœpissent, Quæstoris *Sprünglini* prima cura fuit, ut literarum studiis maturè admotus is tandem esset, qui ob mirificam indolem fieri facilè poterat.

Digitized by Google

erat. Florebat tum pueris, totaque Helvetia celeberrima fuit schola ad *Capellas*, Cœnobium in agro Tigurino factionis Divi Bernhardi, quod si antehac fuit ignobile, magnitudine profecto cladis, quæ hinc nomen traxit, emersit. In illam ergo scholam GUALTHERUS provida Tutoris sui cura anno ætatis nono ablegatus est, ibique prima eruditionis tyrocinia sub magni primum BULLINGERI, & Johannis postea *Liberiani* auspiciis ita deposuit, ut æquales omnes post se longis intervallis relinqueret, præceptorumque exspectationem incredibili industria etiam superaret. Sed nonnisi per Triennium hic GUALTHERUS substitit, eoque exacto Tigurum, anno illo fatali, qui & tot magnis sanctissimisque viris indignas mortes & toti Tigurinæ civitati funestam cladem intulit, Trigesimo primo rediit, in Bullingeri ædes receptus. Possitis vel ex hoc facere conjecturam A. A. quam fuerit emendatus iste puer, qui à gravissimo Viro & incomparabili ingeniorum æstimatore effuse adeo amabatur, ut tectis illum ac sedibus suis receptaverit, inque ea domo vivere voluerit, in qua omnia, vetere majorum norma, ad honestum & ad dignitatem referebantur, quo præstantes & usu magnarum rerum & doctrina viri quotidie, tanquam ad Oraculum confluebant, unde Eruditionem, unde prudentiam, unde optime vi-

Digitized by Google

vivendi rationem & fidelissimum præcipiendi genus, exempla vix duodecennis GUALTHERUS affatim petere poterat. Triennii rursus spatium in Bullingeri aedibus à GUALTHERO peractum est, totoque illo tempore alterius hujus parentis revera amor & deliciolum fuit, illius lateri assiduus hæsit, idemq; illi amicitiæ gradus apud Maximum Virum patuit, qui filio patere solet & apud parentem. Bullingerus GUALTHERI animum quotidie novis gloriæ facibus incitavit, GUALTHERUS Bullingero studia sua indies novis profectibus probavit, & quod ardentibus ingeniis à natura tributum est, hujus ductu atque opera ætatem suam antevertit & cum ipsa semente fructus tulit, anno ætatis suæ decimoquinto is jam factus, ad quem communia civium nostrorum vota, tanquam summum Ecclesiæ olim nostræ decus jam tum propenderant, & concordes omnium spes se erexerant.

§. 3. At cum GUALTHERUS non sibi duntaxat & patriæ, sed etiam aliis terris & Ecclesiis esset natus, nec voluit nec debuit paternæ domus perpetuus custos esse. Erat tum Lausanna commune quoddam eruditionis in Helvetia, uti Marpurgum in Germania Emporium. Tiguro ergo GUALTHERUS primum quidem Lausannam, deinde Marpurgum se transfert, utrobique ob igneum spiritum, ob proficiendi helluonem animum, ob erectum ac mirabile ingenium

mox

Digitized by Google

mox inclarescens. Imo hic potissimum juvenis ad alta surgens famæ vexillum primus extulit. Vix enim unum alterumve mensem in hac bonæ mentis palæstra egerat, cum fama ejus ad ipsum glorioſissimæ & nunquam perituræ memoriæ principem, *Philippum* Landgravium defertur. Cumq; circa illud ipsum tempus (annus seculi fuit quadrageſimus primus) Magnanimus princeps una cum aula Theologisque suis abitum ad Comitia Ratisbonenſia meditaretur, GUALTHERUS splendidi comitatus multa pars, Theologisque Hassiacis ab Epistolis esse jubetur. Et hæc quidem profectio AA. causa potissima futuræ magnitudinis, quam inter doctos consecutus est, fuit. In illa enim ex secessu & otio literario, ex fumo adeoque & umbra in fulgorem & lucem protractus, non modo in istis comitiis multa magnaque vidit nomina, Carolum Vtum Imperatorem, si Religionis melioris odium excipias sine pari; Maximos item Electores, principes; duces, Cardinales, Archi-Episcopos, Episcopos, sed & quod majus est, multis ex illis innotuit, &, quod maximum, magnis Dei viris & verè *Θαυμασίοις*, *Philippo Melanchthoni*, *Martino Bucero*, *Joanni Sturmio*, *Caspare Crucigero*, aliiis item & alis amicus & familiaris factus est. (*) §. 4.

(*) Narrationem ipsius itineris prolixa & memorabili GUALTHERUS ad Bullingerum Epistola executus est, quam au

§. 4. Itineri huic adjicienda est recensio alterius, quod GUALTHERUS noster Lausanna Tigurum ad tempus redux, una cum Nicolao *Partrigio* Anglo in Angliam suscepit. Quatuor illud mensibus & aliquot diebus finitum est, inciditque in annum seculi trigesimum septimum, estq; vel hoc nomine, quod ad posteritatis memoriam disseminetur, dignū quod GUALTHERUS in illo admirabilem Dei erga se providentiam plus uno specimine expertus est. Ut enim alia taceam, hæc fuit, quæ nobis magnum juvenem bis ex ipsius Libitinæ faucibus servavit. Primum quod GUALTHERUS in hac profectione eluctatus est, summæ diei periculum hoc fuit: Secundo Rheno Bonna Coloniam cum defluereț, coorta est subito maxima & spurcissima cœli intemperies, largumque cum nivibus imbrem excutientibus procellis fluctibus etiam intumuit exæstuans Rhenus, ac spumante impetu utrumque navigii latus ita verberavit, & ursit, ut navarchus ipse de cymba, quæ obliqua jam & gubernaculi impatiens agebatur, salva in portum collocanda desperans animum abjecerit, reliquorum vero nauticorum non tam ad Deum, quam ad Mariam omnesque sanctos & sanctas rauci clamores littoribus passim ripisque resonuerint, donec tandem remis pertinacius ever-

ctoris hujus benevolentia faciet, ut eam alio loco, tecum. B. L. communicare possim.

Digitized by Google

everberatum flumen cessit, Deus in suppetias venit, & quia submersione haud procul abfuerunt, quanquam ægre & toto corpore permadentes in proximam ripam evasserunt, pedibus iter ad Coloniam reliquum inter soteria emensi. Servavit hic Deus GUALTHERUM ex periculo; Audite insuper, quam illum mox servaverit à periculo. In itinere *Dynkerkam* cum veniffet cum socio GUALTHERUS, ingens cupido utrumque stimulavit quantocyus transfretandi, præsertim, cum emuncti jam forent illorum loculi, resque illis fere rediissent ad stipem. Conquirunt ergo incredibili aviditate, quæ in Angliam iret, navim, conquisitamque conducunt, de portorio cum portitore paciscuntur. Indicitur deducendæ navis hora. Redeunt temporius etiam, quam ex pacto oportuisset, ad portum. Sed eheu! perfidus Palinurus jam solvit, aque magna plane spe optimos juvenes destituit, qui parum abfuit, quin cum deficiente crumena animis etiam deficerent. Sed admirabilem Numinis providentiam! Vix unam alteramve horulam muliebriter se lamentis lachrymisque dederunt boni isti homines, cum ecce nova iis, quanquam lugubris aliis, gaudii materia subnascitur, mox enim vertit ventus, & subito spissæ nubes intendunt se cœlo. Tum inhorrescens etiam mare paulatim levari, deinde acriori vento concitatum flu-

Deus ciere, imo quid dico, integros aquarum montes volvere & revolvere, & maxima inter se navigia collidere, horridumq; nostris spectaculum præbere, videntibus jam & palpantibus, ipsum cœlum inexplicabili fatorum Lege & occulta sua cura eos servatos voluisse. Mersa enim mox profundo salo fatalis ista, ipsisque tantopere desiderata navis & vere Cymba Charontis omnes, quos vexit, misere destituit. Sic quos magnis rebus destinat Deus, maximis periculis eripere solet, & submersionem sæpius minari, sed minari tantum illis, quos omnium maxime ad gloriam suam emergere vult.

§. 5. Atque hactenus, ut privatus vixerit GUALTHERUS vidistis AA. nunc quis ejus ad publica munera aditus fuerit, operæ pretium erit percipere. E Germania igitur Tiguro suo redditus, quod ipso illo comitiorum Ratisbonensium anno, quæ ætatis GUALTHERI fuerat 22dus, factum est, paratos jam sibi invenerat, præsertim postquam major fama sua inventus fuisset, honores, Scholæ mox Carolinæ provisor & Schwammendingensis pastor declaratus. Sed angustior fuit hæc Scena, quam ut in ea tam vastæ mentis Thesauri explicari satis possent. Aperiendum fuit theatrum illustrius. Cum ergo anno mox insequente 42do Plebanatus in summo Urbis Templo vacuefieret, illi mox GUALTHERUS suffectus, sed &

vix

vix huic ſpartæ admotus eſt, cum magna & nobilis urbis noſtræ pars majore illum luce dignum judicaret. Diem ſuum obiit intra primum ab Ordinatione GUALTHERI in Cathedralis Eccleſiæ Diaconatum Octiduum cum maximo omnium piorum mœrore Vir laude ſeculoque major, *Leo Judæ*, paſtor ad D. Petrum. Cumque in illius ægroti & lenta tabe confecti vicem GUALTHERUS noſter cœtui Petrino aliquoties fuiſſet à Concionibus, non diu *Leoni* quærendus fuit ſucceſſor. Paratus & quaſi proviſus erat, qui plus ſemel omnes ab ore ſuo pendentes habuit, auditoribusque in morem nivis ſupervenit, validus facundia GUALTHERUS. In illum ergo mox illus cœtus homines irruunt, & vix tres & viginti annos natum concordiſſimis calculis in paſtorem ſuum, quaſi omnes ejus dedititii fuiſſent, eligunt, raro, imo forte nullo Exemplo. In qua ſtatione quanta cum cura, quanta cum prudentia, qua canus erat GUALTHERUS ante canitiem, imo ferme ante primam lanuginem, ſit verſatus, quam maſcule in juvenili etiam ætate magnam iſthanc fortunam ceperit, quam ſe omnibus bonis paſſim commendaverit, quo Zelo purioris doctrinæ & incomparabilis pietatis facem auditoribus ſuis prætulerit, quot monumentis omni ære perennioribus, quæque nulla exedet vetuſtas, in impedito alio-

Digitized by Google

quin hoc officio victuri nominis famam ad ultimæ ætatis memoriam prorogaverit, quas pro Deo moleſtias voraverit, &c. &c. nulla erit tam muta poſteritas, nulla tam ingrata fama, quæ non debitis in Cœlum laudibus elatura ſit. Multa cadunt intra calicem ſupremaq; labra, plura intra 33. annorum, quibus GUALTHERUS maximo hoc officio diſtrictus fuit, ſpatia. Haud ingratum eſſe poterit vobis AA. HH. haurire auribus præcipuos caſus, quibus vita GUALTHERI interea acta decurrerit. Audietis hic quædam prodigiis ſimillima, imo prodigia mera.

§. 6. Prodigium equidem haud fuit, quod GUALTHERUS noſter, dum totus in eo eſt, ut ſpartam, quam nactus eſt, exornet, de nuptiis cogitare cœpit. Sed habuit aliquid ſaltem ex prodigio, quod Eruditus ad Eruditi; paſtor ad paſtoris, futurus olim Tigurinorum Antiſtes ad Tigurini Antiſtitis, Reformator ad Reformatoris filiam animum adjecerit, ſibique adeo GUALTHERUS in vitæ ſociam delegerit *Regulam ZUINGLIAM, Huldrici Zuinglii*, magnanimi illius Herois & primi Romanæ Tyrannidis in Helvetia concuſſoris filiam, & generis adeo honeſtate, & vultus dulcedine, & morum comitate inſignem aque multis præclaris procis expetitam Virginem. Duxit GUALTHERUS

hanc

hanc Uxorem anno seculi 41mo, amisit eandem anno 65to. Cum illa proin per quinque fere lustra concordissime vixit, nullaque inter illos lis, nisi sola amoris fuit. Hinc Zuingliæ suæ obitum Gualtherus impatientissime etiam tulit, & admirando ei Carmine parentavit. Quod dum vobis non præcino. AA. & oculis profecto vestris, & auribus parco; auribus, quia prolixius est & beatiori vena effusum; oculis, quia ejusmodi insuper ut pumiceos illos esse oporteret, si ad talia non lachrymis rorarentur. Sacravit Gualtherus noster animo paululum à mœrore adlevato se novæ Sodali Vitoduri anno 66to in ædibus redivivi illius Ambrosii, & viri sui nominis, i.e. vere immortalis *Ambrosii Blaareri*. Fuitque illa, *Anna*, Filia Thomæ Blaureri de Gyrsperg, viri nobilis, præclari & qui melioribus temporibus Constantiæ gessérat consulatum. Novos certe honores novus iste genero illustrem alioquin & plurimas imagines sustinentem Familiam intulit. De liberis, quos Octo ex utrisque votis Gualtherus susceperat, multa dicere festinatio prohibet. Henricum Bullingerum, Bullingeri illius κατ' ἐξοχὴν Filium, *Josiam Simlerum*, *Henricum Wolphium*, magna utique & ad fastos etiam nomina, per Filias generos nactus est. Plura dicere haberem de unico Gualtheri Filio, qui, ut paterni nominis, sic & paternarum Virtutum ex as-

Digitized by Google

se hæres fuit. Sed obruor ferme argumenti majestate & dicendorum copia. In pauca ergo rem contraham: Iste igitur Gualtherus Filius, in quo omnis chari parentis cura steterat, omnesque ejus spes sitæ fuerant, futuri ad minimum magni Antistitis aut celebris Theologiæ Professoris rudimentum atque magnum incrementum, vixdum adolescentiæ spatia media emensus & ex Anglia, ubi anno ætatis uno & vigesimo in Celeberrimis Academiæ Oxoniensis Comitiis artium magisterio publice auctus fuit, domum redux factus, & mox præciptiæ apud nos & patriciæ Æscherorum familiæ, ducta in uxorem & forma, & moribus, & generis natalibus & dotibus aliis ornata Virgine, *Maria* ÆSCHERA, innexus, & patri etiam suo & affini Bullingero successor datus, postquam ut ipsissima jam patris Imago omnium in se oculos animosque advertisset, inque eo cuncti & singuli patris acumen, genium & loquutionem mirari simul & deosculari solerent, o vim fatorum insuperabilem! in morbum inexplicabilem implicatur, & in maximarum rerum impetu cursuque crudeli funere extinguitur, annum ætatis agens 25tum, summa utique consecuturus, si virtutes ejus maturuissent. Amissi desiderio adflicti sunt boni omnes, eruditi passim, qui quantam sui aviditatem apud illos reliquerit incomparabilis & vere consummatus adolescens, scri-

Digitized by Google

scriptis plurimis in ejus memoriam Epicediis, testati sunt. (a) Ut tamen viventem nemo ardentius amavit, sic defunctum nemo impatientius requisivit ipso patre, utpote cui tot in hoc uno spes una quasi hora mortuæ, extirpatæ & terræ mandatæ sunt. Interim illud impatientius sensu latino, non alio hic acceptum velim. Alioquin enim bonus & orbus parens se præclare satis tragicæ huic scenæ aptavit, & si non hilari, forti tamen & constanti vultu personam sustinuit, quam imposuit magnus ille ædilis & vitæ necisque omnium Dominus. Quod si per tempus liceret, divino, quod in præcocem tanti Filii abitum Gualtherus pater conscripsit, inditoque hactenus carmine vobis possem confirmare.

§. 7. Sed levia forte hæc sunt & transeunda præ iis, quæ jam memorabo. Edidit nempe Gualtherus noster anno seculi 46to *Antichristum* suum, i. e. quinque conciones de Antichristo habitas, in quibus tetrum illum peccati hominem & atrum perditio-

(a) Adjecta illa sunt *J. Gul. Stuckii* vitae Josiae Simleri typis exscriptæ Tiguri 1577. Non contemnendum carmen hujus Gualtheri F. adjectum est Josiae Simleri vitae H. *Bullingeri* editae Tiguri 1575. sub hoc titulo. *Militia Christianorum in his terris adversus Satanam, carnem & mundum militantium.* Alia ejus opuscula recenset Jo. Jac. Frisius in Bibliotheca Gesneri p. 734. b. T. d. H.

Digitized by Google

nis filium vivis adeo coloribus pinxit, ut nemo jam fuerit, quin in illo ipsissimum Papam Romanum agnosceret. Maximam quidem insignis iste ingenii fœtus & magnæ mentis opus, præsertim postquam mox ab ipso Gualthero Latina veste indueretur, ab aliis autem in alias & fere omnes Europæ Vernaculas Linguas transfunderetur, apud omnes veritatis amatores gratiam authori suo, sed majorem longe apud ejus ofores, & Curiæ Romanæ, imprimis in Helvetia nostra, Curculiones & parasitastros invidiam conflavit. Nec satis isti habebant, hominem de publica veritate bene meritum linguis veneno tinctis confodere, librum ultricibus flammis, suis quique locis exurere, iramque Dei in caput Authoris detestari, sed Ampliss. insuper Magistratum nostrum ausi sunt confœderati Cantones pontificii missis in hanc rem multis libellis querulis solicitare, ut Gualtherum nostrum, de quo omni asseveratione affirmabant, illum ob editum hunc libellum ultima pœna dignum esse, de gradu saltem suo dejiceret, & ceu hominem fœdifragum solum vertere juberet, in publicis etiam comitiis minati, se, nisi id nostri facerent, bellum quo tota Helvetia denuo arsura sit, impigre renovaturos esse. Metuebant multi hinc Gualthero nostra pessima multa. Sed in cassum. Verberarunt quidem hæc omnia Amplissimi Magi-

stra-

Digitized by Google

ſtratus aures, ſed animum non moverunt. Evaſit itaque hunc turbinem Gualtherus, ſed ſuperandus ei mox fuit alius.

§. 8. Nihil nempe ulli papalium nefaſtum dehinc in Gualtherum videbatur, & ſicis, gladiis, pugionibus, vulneribus patere homo adeo execrabilis credebatur inultus. Inde mirum non eſt, ad ultimum eum periculum veniſſe, præſertim cum iſti homines ſanguinaria de Gualthero Conſilia jam ſociaſſent, imo præcipites quosdam & ad omne obſequium venales animos promiſſis, quanta ipſorum fortuna capiebat, oneratos ad ultimum nefas in Gualtherum admittendum ipſo opere impuliſſent, qui occaſioni indies imminebant, agitatum ſcelus exequendi. Sed cavit iſtud Deus, ſtructasque exitiales in inſons caput inſidias ſequenti ratione averruncavit. Dies olim Veneris fuit, & obſcura adhuc lux, cum Gualtherus pio more ad ſummum Urbis noſtræ templum citis paſſibus contenderet, auditurus Bullingerum concionantem. In via dum eſt, jungit ſe ei Venerabilis canitie ſenex & poſt nunciatam ſalutem in ſequentem ferme modum Gualtherum interfatur: „Eſt quod ex me „cognoſcere debes, Gualthere, & ad ſalutem „tuam pertinent, quæ adfero. Prono certe „loco ſtat anima tua ſubornatique jam ſunt „in caput tuum tres inclinatæ in ſcelus omne „levitatis ſicarii. Hi ventura Hebdomade

Digitized by Google

„ad ædes tuas aderunt, fores pulsabunt, literas „afferent. Adolescentes erunt, magni quidem „simplicitatis simulatores, sed callidi tamen „& ad fraudem acuti, sine ulla religione „& fide homines, & quorum vel vultus nescio quod ingens malum præferet; „mediae staturæ, Italice vestiti, Ocreas induti. Cave igitur per Deum, tecto hos „tales homines vel ad momentum recipias, „aut si forte incuria tuorum recepti fuerint, „longum cum iis sermonem socies, aut vincula Epistolarum illis præsentibus laxes. Si „faxis secus, transactum crede, de te est, „durabit & ad posteros atrox memoria vulnerum, quibus te miserum homines illi pecunia & splendidis multis promissis perditi, „confecturi sunt. Nondum, ut putem, demeministi, Chare mi Gualthere, quid haud „ita pridem sancto illi Dei servo, Johanni „*Diazio*, tuo olim Ratisbonæ familiari, acciderit, & quam perfidi & cum immanissimis Tigribus rabidisque Leonibus comparandi fratris ejus sanguine maduerint manus. Hæc excutere mentem alii, quam Gualthero potuissent. Sed animum homo adversis suis clarus mox collegit, exque monitore suo quæsivit, Cujas esset, & unde tantorum secretorum arbiter? Sed tulit breve responsum; Hæc scire tua nihil interest; Tu modo fac rationem tam salubris consilii accipias; Qui monet, amat. Cave Gualthere & ave. Hisque dictis θαυμάσιος se

Digitized by Google

senex, qui videbatur, à Gualthero nostro recessit, & ipsam ædem sacram, quanquam ad aliud latus ingressus, conticuit, Gualthero mox suspicante, num non forte Angelus è Cœlo esset. In qua sententia eo magis fuit confirmatus, quod cives illi omnes, qui quidem ibi consederant, quo bonus iste Vir se penetravit, uno ore, à sese ejusmodi hominem visum nunquam esse, asseverarent, quodque quæsitus insuper in tota urbe, nusquam quicquam ejus apparuerit. (b) Rem itaque totam cum amicis; præsertim cum *Bullingero* suo, qui in captandis consiliis illi semper Nestor, imo Senatus fuit, communicat Gualtherus qui illum una voce omnes cohortabantur, ne datum consilium damnaret. Quibus ille obtemperans, & Conjugi & convictoribus, quos semper habebat ex dissitis etiam terris plurimos, & omni denique familiæ serio imperat, ut ne quem omnium, qui literas se ferre diceret, intra Ædes admitterent. Illuxit quintus à consilio dies, & prandii jam tempus cœperat, cum pulsatur Gualtheri ostium à tribus hominibus perinde vestitis. His Josua Pictorius inter Gualtheri

(b) Historiam huic geminam contigisse Simoni Grynaeo Joachimus Camerarius narrat in vita P. Melanchthonis. Ex quo eadem repetit M. Adami in hujus pariter & Grynaei vita. Miror Baelium, qui de Grynaeo agit in ultima Lexici editione, hujus rei prorsus non meminisse. T. d. H.

Digitized by Google

theri convictores unus, & forte tum inter culinam & hypocaustum medius, fores, omnia alia cogitans recludit. Qui quidem veniam introeundi haud superstitiose eblandiuntur, sed se bonarum literarum studiosos esse, & ab amicis ad Gualtherum Epistolas ferre, causati, hypocaustum ipsum præpropere petunt. Gualtherus qui jam mensæ accubuerat, facinus quodammodo præsentiens protinus consurgit, magnoque animo advenas ipsos, nec minus truci vultu adoritur, manibus, ut videbatur, non temperaturus. Dextera enim arripuerat cultellum, quo cibos inter prandendum secare consuevit, sinistra subalari suo telo, quo vulgo tum homines etiam Ecclesiastici armati erant, admota. Id cum cernerent parricidæ, notabiliter expallescunt, labareque mox animos sinunt, cogitati sceleris jam ducti pœnitentia. Insistere ergo iis Gualtherus plurimas jam conscientiæ notas in ipsorum ore deprehendens, exque iis percontari: Unde venirent? Illi pudorem, quantum poterant, vicissim confirmare, serpentino astu linguas tingere, & respondere. Venire se Basilea literasque Gualthero afferre à *Petro Perna*, qui plurimum ipsum salvere jubeat, divertereque ad gladium. Ad quæ Gualtherus. Ite ergo illuc; Non jam mihi otium est vobiscum plura garriendi. Pransus literas legam, & vos in Hospitio visam. Atque

Digitized by Google

que ita metu exsangues, attonitisque similes & ne mutire quidem contra illum, quem trucidaturi venerant, ausos, à se dimittit. Qui quanta maxima celeritate poterant, non ad diversorium, in quo nullo unquam fuerant, sed ad portas contendunt, citatis equis in fugam effusi, &, qua quemque aut spes ducebat, aut pavor, dissipati, in sequentibus tamen eos volatu plus quam Pegaseo obstrepentis conscientiæ furiis, quæ hos feros Scythas tædis suis ardentibus agitare & perterrere, ut putem, non desierunt, donec alibi aut natura, aut etiam Carnifex, quorum omnium omnia tormenta, omnes equuleos, catastas, rotas & cruces deniq; omnes pati illidigni erant, proditorem spiritum ab iis reposceret. Et hæc jam, hæc magna illa Historia est, quæ Gualtherum nostrum hominum vulgo exemit, & in locum numerumque maximorum Dei Heroum, illustrissimorum Ecclesiæ Luminum, & verorum prodigii virorum reposuit, quamque hinc inter vera & mera prodigia referendam esse, nobis jure optimo asseruisse videtur.

§. 9. Inde ergo, à miraculosæ puta hujus liberationis tempore Gualtherus de Ecclesia, nostra, ut aliis omnibus modis pulchre mereri non desiit, sic aliquot etiam pro ejus bono flagrantissima quoque hyeme & inter mordentissima frigora, itinera suscepit, &

le-

legationes obivit, interdum etiam cum afflictissima valetudine graviter conflictatus. Annis præsertim 68vo & nono pertinacissima febris, quæ totis 29. hebdomadibus immodicabilis duravit, illum usque adeo exercuit, ut macie & squalore confectus extrema exspectaret, ad cœlestia totus anhelans & humana omnia nauseans, præprimis cum ob continuos fere & vix consolabiles capitis dolores & tot tristes dirasque noctes per morbum vigilatas, omnia vivendi pretia apud illum rationibus vincerentur. Sed natura prævaluit, supremusque omnium morborum medicus Gualthero ad altiora destinato spiritum etiam tum prorogavit. Conspiciebantur ex illo tempore in Helvetia Reformata passim funestæ Cupressi & flebiles urnæ. Cumulabantur luridæ & tristissimæ Optimorum & de Ecclesia Dei meritissimorum virorum mortes, adeo ut nulla fere civitas, pagus nullus fuerit, qui non ob Heroem aliquem sibi ereptum pullatus incesserit, faccsque funereas accenderit. Horret cogitatione ejus rei animus. Sed vix tamen unquam tristius funus tota Helvetia Reformata extulit, quam cum Tigurum nostrum inferias jam faceret æterno illi viro & pulcherrimo quarumvis ingenii dotum monstro, *Henrico Bullingero*, quo homine, absque invidia dictum sit, nullum in Urbe & Ecclesia nostra, vel consummatæ eruditionis, vel raræ prudentiæ, vel fervidæ pietatis, vel omni-

Digitized by Google

omnium denique quæ Theologum, quæ pastorem, quæ Ecclesiarum patrem & Antistitem decent, virtutum Exemplum habuimus, nec forsitan habituri sumus, illustrius. Profecto hujus funeris acerbitas, si unquam ullius, utrumque orbis cardinem concussit, & percelluit. Atque in illa mortalitate interceptus est Vir vere immortalis. Huic suæ immortalitati Bullingerus, ut omnia alia ratione, sic eo quoque prospexit, quod inter supremæ voluntatis curas, & Cygneas ad Ampliss. Magistratum Cantiones Gualtherum ut omnium dignissimum Cathedra sua successorem suo suffragio ornaverit. In quo quidem Bullingerus verecundas Gualtheri sui spes & carentia ambitu vota, sed absque ullis supremi Diacosiorum Senatus ingratiis, superavit. Hi enim illustris defuncti voluntatem religiosissime custodituri, Gualtherique, quo nemo magis Bullingerum eruditione & virtutibus exprimere aptus fuit, meritis verum suum pretium posituri, nihil cunctationis interponunt, sed votorum unanimitate RODOLPHUM GUALTHERUM Ecclesiæ Tigurinæ Antistitem, seu, ut humilia illa & sine vitiosa æmulatione pectora, quæ ad instar altissimorum fluminum minimo sono labebantur, loqui magis amabant, pastorem declarant.

§. 10. Factum id est anno seculi LXXVto cum Gualtherus jam ageret ætatis suæ annum

num supra quinquagesimum sextum. Quantum proinde virtutibus suis novus iste sacrorum Antistes & eruditione omnibus reverentiæ sui ceu vectigal quoddam imposuit, tantum illi ab annis & veneranda ista canitie decoris accessit. Sed quo major hinc honor Gualthero surrexit, eo onus etiam gravius accrevit. Diaconatum tamen hunc suum revera glorioſum reddidit, & omnia quæ à bono pastore & Ecclesiarum Antistite officia expectari possunt, cumulatissime implevit, omnium in se amorem & admirationem indies magis ac magis concitavit, perdius & pernox pro bono Ecclesiæ invigilavit, & ubi haud raro totos dies alia negotia ad se traxissent, ipsi suæ quieti nocturnæ manus injecit, lucubrationumque molestas fuligines bibit. Scriptis insuper egregiis, & conquisitis undique, aut potius nativis luminibus decoris, & suo authore dignis, non modo sui, sed totius Tiguri nostri memoriam per universum terrarum orbem, surgente à sole ad eum, quo Vespertina tepet regio, extendit & ad Exemplum; prædecessorum suorum commune quoddam omnium per totam Europam Christi Ecclesiarum Oraculum & Asylum, sinus & portus & sacra anchora fuit. Donec tandem postquam novem fere annis in hoc stadio sudasset, ut fessus & anhelus cursor, qui à pedibus suis destitutus carceribus laxari desiderat, sub onere ferme succumberet,

Digitized by Google

beret, & ratio denique repuerascentis ætatis, madidique infantia nasi receptui canere permitteret. Itaque ab Amplissimo Senatu anno 84to suæ ætatis 65to rude donatus, reliquum senilis suæ puerilitatis biennium in otio exegit, substituto unanimi Ducentorum consensu in ejus locum Viro maximæ virtutis, nominis atque gloriæ *Ludovico* LAVATERO, Tritavo meo. Quem tamen virum immortalitate dignum cum paulo post cœlestis consecuta sit immortalitas, qui illi superfuerat, Gualtherus alterum vivens adhuc δεύτερον in viro itidem docto, pio & maxime venerabili, *Rodolpho* STUMPHIO, Livii illius Helvetici, Johannis Stumphii dignissimo filio, vidit. Sed non vidit diu. Eo ipso enim anno, qui illius seculi 86tus fuit, quassa Gualtheri navis & fessa carina novissimis fluctibus adluitur, penitus mersa ea die, qua veteri more Ecclesia Christi Domini natales celebravit. Appetente enim festi hujus diei Vespera, & vergente jam ad occasum sole, imo occaso, sol etiam iste occidit, & inter circumfusorum, qui manus morientis finxerunt, & postremos deficientis halitus exceperunt, amicorum desideria ac suspiria blandissime ac placidissime GUALTHERUS noster expiravit, postquam è piis precibus & sanctis meditationibus, quantum quidem piissimus senex illarum capax fuit, mortualem sibi lectulum

Digitized by Google

antea pulchre adornasset, ut deflagraturus phœnix dicitur ex Casia, Cinnamomo, aliisque lignis odoratis fatalem sibi nidum struere.

§. 11. FUIT ergo, mei auditores, FUIT, Heu! FUIT GUALTHERUS. Fuit illud immortalitate dignum ingenium, & ad beatorum sedes commigravit, & nihil jam nobis ex tanto viro, præter nomen & famam, quæ ipsa secula transibunt, nisi laudabile & inimitabile fere Exemplum supereſt. In quo ipso tamen cum illo omnium optime actum est. Bene actum est cum illo, qui labente anno omnes suos annos, & cum iis simul omnes seculi miserias deposuit; Melius cum eo, qui moriente die per beatam mortem, si tamen fas est omnino mortem vocare, qua tanti viri mortalitas magis finita; quam vita, est, immortalitati consecratus & in illam vitam ingressus est, in qua soli Deo vivitur & vacatur; Optime omnium cum eo, qui ipsa nativitatis Christi in his terris feria ad originem suam renatus, non jam die crastina nobiscum vagientis seculi cunas in terris trahet, sed in cœlo, ubi beati ævo sempiterno fruuntur, illi in throno gloriæ considenti æternum Τεκτάγιον dicet, & sese Angelorum Choris immiscens, & fatalem illum suum monitorem, de quo supra, de facie cognoscens, Deo in carne manifestato & in gloriam recepto, non equidem in pascuis Beth-

Digitized by Google

Bethlehemiticis, sed ridentibus superioris Hierosolymæ atriis atque palatiis Gloria Deo in excelsis accinet. Et ita A. A. finivimus Gualtheri nostri & βιολογίαν & θανατολογίαν. Si jam eadem prolixitate vobis recitanda esset ejus insuper προσωπογραφία nec decem Clepsydræ, utut spatiosissimæ, ad hanc actionem absque comperendinatione sufficerent, & me adeo dies, & vox & latera, vos autem juxta patientiam, quæ jam forte vos defecit, etiam aures destituerent. Ipsa proinde dicendorum turba in pauca me omnia colligere jubet.

§. 12. Altissima primo in Gualthero eruditio & doctrinæ quædam immensitas erat. Per omnia se vastum ejus ingenium diffudit. Ecclesiasticæ & Exoticæ lectionis quasi βιβλιοθήκη ἔμψυχος καὶ μυστικὸν περιπατοῦν fuit. Quantum in Græcæ Linguæ scientia profecerit, testari possunt præter alia Julii Pollucis Onomasticon ab eo anno ætatis suæ 22. jam Latinitate donatum; (c) Item Johannis

(c) Paenituit tamen eum deinde illius editionis. Ita enim in Epistola ad Bonav. Vulcanium, quae in Epist. III. Virorum, quae Lugd. B. n. 1617. in 8. prodierunt, Cent. II. ep. 49. p. 747. *Pollucis translationem ante annos fere quadraginta adolescens adhuc aggressus sum, cujus me saepe puduit, cum quod multis in locis me hallucinatum esse postea viderim, tum quod cum me procul absente liber exculeretur multi loci a typographi operis corrupti sint.* Confer

Digitized by Google

nis Contacuzeni Apologiæ & Orationes, & Theodoreti de providentia sermones è græco itidem in latinum tanslati. Quantum vero in Latio sermone excelluerit, docere queunt, ut de ejus annotationibus in aliquot Ciceronis Orationes, sub nomine Eubuli *Dynateri*, Basileæ ferme à puero adhuc vulgatas, & multis aliis nihil dicam, vel solæ ejus Homiliæ, omnes non solum ingenii ubertate divites, sed & ea sermonis elegantia conditæ, ut Musas plerumque ipsas aut loqui aut scribere credas. Adeo in ils Veneribus Gratiisque perspersus stylus est; adeo seculi sui eloquentia, quæ tamen maxima fuit, non contentus, & suo indulgens flumini veteres passim æmulatur, exprimit, reddit, Romanamque puritatem nullo unquam barbaro vocabulo contaminat. Non jam dicam pluribus, quam cœlesti fere instinctu, & quasi afflatus numine sacro, cujusvis generis carmina mira insuper facilitate effuderit, & scriptor etiam comicus sine pari fuerit. Lege illius *Nabalem*, quisquis harum rerum curiosus es, &

fer etiam epist. sequentem p. 752. Edita est aversio Basileæ a. 1541. Recusa est licet emendatior in editione Wolffg. *Haberi*, Francof. 1608. 4. Anno sequenti 1542. in 4. quoque prodiisse Gualtheri observationes in obscura Pollucis loca testatur Vir Cl. J. A. Fabricius in Bibl. Gr. L. IV. c. 33. §. 2. T. d. M.

Digitized by Google

& fateberis, Gualthero fere cum Plauto & Terentio æmulationem fuisse, & vix in hoc quoque sciendi genere antiquitatem habere, quod ei opponere possit.

§. 13. Suppar eruditioni Gualtheri nostri fuit laborum incredibilis & fidem excedens assiduitas. Eadem profecto ille firmitate animi laboribus suffecit, quâ nos otium patimur. Totos inter labores dies consumere, & ad literarum studia noctibus uti, in voluptatibus suis deputavit. Hinc inter tot, quæ illum circumsaliebant, negotia tot tamen nata sunt literata otia, quibus se à mortalitate & oblivionis injuria vindicavit, & nomen suum æternitatis postibus, velut clavis adamantinis, affixit. Profecto tanta est librorum, quos solus Gualtherus scripsit, varietas, & tam magnus numerus, ut Bibliothecæ instar esse queant. (d) Et quidem omnes tales sunt, quos vel rigidi legant Catones & quorum alios similes sua memoria à Gualthero nostro identidem quotidiano quasi convitio flagitarunt non primarii tantum orbis Reformati Theologi, sed Principes etiam & purpura splendidi Viri. Concionatus

(d) In Catalogo Bibliothecæ Oxoniensis Hydiano lego ejus operum XV. Vol. in folio, ut vocant, ibi exstare. Ingentem eorum indicem quoque dedit J. J. Frisius in Biblioth. Gesneriana p. 733. qui tamen haud parvis accessionibus locupletari facile posset. T. d. H.

Digitized by Google

natus est Gualtherus porro, & cum Petrinus, & cum summi Templi pastor esset, hebdomadatim ter. Inque Calendariolis ejus portatilibus, quæ longa annorum serie Bibliotheca nostra civica munificentiæ Celeb. & Venerab. scholæ nostræ Rectoris debet, vidi, beatæ mem. Virum sua manu consignasse, se 17mo Jan. Anni 811 demum operto capite concionari cœpisse.

§. 14. Et quid dicam de creberrimis literarum commerciis. Musæum Gualtheri Europæ quoddam compendium fuit. Si quis addubitet de nostra fide, productus alibi hujus commercii Catalogus docebit, me modestius, quam pro re, loqui. Tot amicos fere habuit, quot notos. Innotescere autem illi in votis erat omnibus, quotquot eruditionis nomine se commendare, aut illius consiliis se adjutum iri, sperare poterant. Et quidem inter eos fuerunt non Theologici duntaxat viri; sed plurimi insuper in publicis dignitatibus versantes Politici, sago & toga & natalium splendore clari, Regum & principum Legati, imo Reges etiam & principes ipsi. Quibus rebus omnibus hunc virum unum suffeciisse, vel ideo magis mirum videri debet, quod plurimis amicorum officiis districtus & omnibus expositus, omnibus communis & obvius, nunquam habuerit desertam & damnatam solitudine domum, in qua latere suoque sue-

Digitized by Google

eo vivere illi facile fuerit, sed obsessa quotidie limina & impleta turba quadam hominum atria. Neque ad eum plebejæ tantum animæ ventitabant, sed Viri Illustrissimi & maximis dignitatibus prædíti, indigenæ & exteri, quos insitum mortalibus studium magna & inusitata noscendi sedibus undique suis, ex Anglia, Gallia, Germania, Dania, Polonia &c. ad Gualtherum nostrum exciverat. Quibus omnibus ille, ne amicitiæ & Hospitalitatis officia videretur deserere, patientissime vacabat, imo illos plerosque mensa etiam sua excipiebat, collocatos in eos sumtus in aliis circumcidens, & quod cessabat forte ex reditu, frugalitate supplens.

§. 15. Qua occasione monere incidit, me ex Calendariolis supra citatis observasse, mensarum hæc sacra, quibus tamen ut apparatus & impendii, sic temporis modus constabat, apud illorum temporum Mégalandros, qui nullam in frontis nunquam exporrectæ sulcis sanctitatem ponebant, sed innoxiæ omnes popularitatis & plurimi salis, minimi fellis homines erant, fuisse consuetissima. O quoties, A. A. non mentiar forte, si dixero sexcenties, ibi lego: Cœnarunt mecum *Bullingerus* & tres generi; item Fratres & Collegæ, *Collinus*, *Cellarius*, *Ottho*, *Hallerus*, *Wolphius*, *Wickius*; *Ammianus*, *Frisius*, *Pellicanus*, *Gesnerus*, *Martyr*, & qui non alii inferioris etiam caveæ, seu, ut nos

loqui solemus, junioris Collegii socii, quales tum quidem adhuc erant Stumphii, Leemanni, Huldrici, Stuckii. Addo etiam viros Consules & Consulares, Consul *Lavaterus*, Consul *Habius*, Consul *Bræmius*, aliquando duo Consules, Quæstor Edlibachius, Quæstor Æscherus, Quæstor Werdmyllerus, Archigrammateus, Hypogrammateus. Et in contrarium. Ea, ea A. A. fuerat illorum temporum Conditio, ea mentium Conjunctio. Nunquam autem illa in Diariolis istis lego, nunquam lecturus sum, quin hisce fere, utut nec multi cibi, nec multi potus homo sim, cogitationibus animum meum exedam: Utinam & tu vivendo in amica illa tempora incidisses, & tantorum etiam subinde virorum conviva, imo apparator & apparitor vel gelidæ calidæve minister fuisses! Videor mihi videre, A A. videor audire, quibus & quam sanctis, quam piis, quam amicis multum sermonibus illi epulas suas condiverint, & vesperas extenderint, & quoties inter socraticas istas cænulas & vere Christianas agapas in hæc fidem & dederint & acceperint: Se sine ulla livoris aut invidiæ suspicione amorem porro in omnes æqualiter dispensaturos, se invicem ut fratres validissime dilecturos, infirmitates & leviores dissensus mutuo toleraturos, in amore vinci turpissimum putaturos, ultima pro fide experturos, Regni Domini & Ser-

va-

Digitized by Google

vatoris noſtri, Jeſu Chriſti, cujus adeo plena & prægnantia illi geſtabant pectora, pomœria unitis viribus in Curia, in Eccleſia, in ſchola, ſuis quemque dilatatures eſſe. Inde fluxit inæſtimabilis illa & indicibilis Heroum illorum, quorum proh dolor! exempla nobis perierunt, Concordia, quæ, ut alicubi vere ὁ πάνυ Hottingerus, tanta inter illos fuit, ut major in militante Eccleſia ſperari vix aut optari potuerit.

§. 17. Sed quo provehor? Videtis ipſi, me copia rerum & immenſitate laudum Gualtheri mei obrui, & quo plura dico, eo plura dicenda reſtare. Neque mirum adeo eſt, cum ipſe hic Gualtherus terminos laudis & gloriæ ſuæ noluerit metiri ſpatio, me neq; dicendi finem fere invenire poſſe. Et profecto non invenirem, ſi prolixe æque cumulateque dilaudare velim cætera ejus κατορθώματα, non fucatam pietatem, profuſam liberalitatem, incomparabilem affabilitatem, Chriſtiano & Dei ſervo dignam humilitatem, animum vere cubicum & ſibi undique ſimilem, conſummatam ingenii limam, inexpugnabilem in dicendo illecebram, igneum zelum, raram prudentiam, merita in patriam, in ſcholam, in Eccleſiam noſtram infinita, & quæ non alia? quis enim omnia, aut animo aſſequi queat, aut Oratione complecti? Nulla, paucis, nulla dicendi vis meritis Gualtheri par eſt, niſi alter

Digitized by Google

nobis divino munere Gualtherus obtingat. Sed inveniendus tamen aliquando finis. Malo ergo me ipsum vincere, & reliqua, quæ in Gualthero eminebant, & elucebant, plurima, sacro silentio involvere, quam parcitate laudum mearum deterere.

VIII.

Jacobi TAMNAU, (a) Regiomonte-Borussi, de ΛΕΒΗΑΩΝ & ΛΕΒΙΑΩΝ *Hesychii*

Observatio.

VOces Hesychii Λεβήδων & Λεβίδων sic corrupte in omnibus Glossographi editionibus hactenus lectas, cum paullo curatius pensitarem, dubitare nullus potui, quin ex sacris seri-

(a) Jam pridem constitutum fuit docto huic Viro curare novam editionem Lexici Hesychiani. Quod institutum ut feliciter persequatur, optabunt mecum omnes, qui, quantus eruditionis ranioris thesaurus in eo libro contineatur, non ignorat. Ceterum conferenda sunt, quae in hunc locum a Cl. Is

Digitized by Google

scriptoribus essent desumptæ, & speciatim ex iis, qui libros de nominibus Hebraicis conscripsere, quales adhuc sub Originis, Cyrilli, Alex. & Eusebii nominibus satis mutilati exstant. Ubi vero hæc nomina ut plurimum ea forma occurrebant, qua apud LXX. Intp. nobis venire solent, eorum statim auxilium implorabam, verum impetrare illud non poteram, frustra enim ibidem quæsiveris Λεβήδων, frustra Λεβίδων. At, dum interea de vera nominum illustrandorum lectione sollicitus sum, ultro mihi in mentem venit, simile quid Hesychium afferre ad vocabulum Δεηβών (quod extra literarum seriem sequitur vocem Δείλαιοι) ita autem scribit. Δεηβών, ῥυσις ἑρμηνεύεται, ἐν ᾧ δὲ τόπῳ, ἔνθα ἵδρυται ἱερὸν μωαβητῶν, rectius forte legas Μωαβιτῶν, qui error frequentissime ex soni affinitate nascitur. Hunc locum qui videt in emendatione vocis Λεβίδων minus hærebit, pauca tamen in antecessum de Voc. Δεηβών dicenda habeo. Sopingius in editione Schreveliana hæc adnotat: *Scribendum* Δεηβών *mentio ejus Num.* 32 *v.* 13. (lege 32. v. 3. & 34. secundum edit. Cl. Bos) *Sed quid* ῥυσις? Respondebo Sopingio, saltem monerem prius, quamvis literarum ordo lectionem Δεηβών exigat, frequentius tamen

Is. Eilh. *Harkenrothio* supra Cl. VIII. Fasc. II. p. 339. sqq. jam nutata leguntur, Tamnavio, cum hæc scriberet, non visa. T. d. H.

Digitized by Google

tamen apud LXX. Intp. legi Δειβὼν vel Δηβὼν nonnunquam Δέβων, verum nescio ubi occurrat Δεβὼν, quod vult Sopingius, pugnare tamen ideo de eliminanda hac lectione nollem, cum & hanc facile in libris, quos exscripsit, deprehendere Hesychius potuit, mihi saltem dum corrigo Lexicographos, semper oculis obversatur monitio Richardi Bentleii ex annotationibus in fragmenta Callimachi, & Gronovii ex præfatione ad Harpocrationem: Sobrie admodum Lexicographorum loca ex serie literarum emendanda esse, qua de causa & hic acriter perstringit Blancardum. Propositam vero a Sopingio quæstionem illustro ex Hieronymo, qui ad Jes. cap. 15. adnotat: *ob aquas tacite illic fluentes oppidum illud indifferentes Dibon & Dimon dici usque ad ipsius tempora*, hunc locum debeo Cl. Relando, qui eum affert in Palæstina illustrata pag. 735. adde quæ profert verba ad Jes. 15. v. 2 *Dibon, quæ interpretatur fluxus eorum*; hinc forte Coccejus: *An à* דב *pro* זב. Hoc dubio procul sibi vult Hesychius cum glossa sua, ῥύσις ἐρημίνεται. Verba autem quæ sequuntur, ἔστι δὲ τόπος, ἔνθα ἵδρυται ἱερὸν Μωαβιτῶν una cum glossa ad vocem Δεβίδων sunt explicanda, unum enim idemque urbis nomen sub duabus his vocibus Δειβὼν & Δεβίδων latere, ex glossæ convenientia cuivis luculenter cernere datur. Sed unde mirabilis illa mutatio τῦ Δειβὼν seu ut

Sopin-

Digitized by Google

Sopingio placet, Δηβών, in Λεβίδων? Ne adeo mirum hoc cuidam videatur, notari modo velim variantes τῶν ὁ lectiones, quidam enim hujus versionis codices legunt Δηβὼθ & Δαιβών, quidam Δίβων, nonnulli Δαιβηδών, in textu Hebræo דִּיבֹן legitur, hinc etiam in Eusebii Onomastico retentum Διβών, facile igitur descriptor ω Λ ex Δαιβηδὼν deleta inferiori literæ linea pro Λ legere potuit, & hac ratione in Λ vocem rejicere, quem errorem alii literarum transpositione auxerunt; attamen, cum hoc nomen urbis ex Esai. cap. 15. v. 2. desumptum videatur, magis mihi fit verosimile illud Λε in Λεβίδων ex particula ΚΑΙ vocem Δηβών præcedente depromptum cum nomine urbis coaluisse, ut ex ΚΑΙΒΗΔΩΝ factum sit ΛΙΒΗΔΩΝ. (b) Sed ejusmodi cumulare conjecturas,

(b) In Syncelli Chronogr. edit. regiae pag. 320. ubi agit de rebus Tiberii, legitur Ὁ αὐτῷ ΛΙΒΑΔΑ . . . quod suppletur & corrigitur in margine hoc pacto, Ἰουλιαδα ἀνηγειρεν. Sed si quid mutandum, anne scribendum Λιβιαδα? Illam urbem ab Herode in honorem Liviae conjugis Augusti, matris Tiberii aedificavit Herodes & dicta est Livias, &, cum, quod alibi pluribus docui V mutetur à Graecis in B, Λίβιας, Λίβυας. Haec urbs erat Arabiae, & Moabitidos. Sita enim fuit trans Jordanem, vel potius trans mare mortuum ad austrum Judaeae, habens latitudinem quindecim scrupulis majorem, quam Hierosolyma, teste Ptolemaeo. Adeoque in

ras, quomodo scriptor falli potuerit, quid aliud est, quam operam perdere? iis certe ridiculum foret, qui noverunt, quot quantaque, infinitis jam sublatis, errorum portenta adhuc in auctore illo supersint. His ideo omissis, ostendere mihi sufficiat, quomodo procedat glossa: Τόπος, ἐν ᾧ ἐθυσίαζον οἱ κατὰ τὴν Λιβαδησίαν Ἀραβίαν Μωαβῖται; Omnino hic ex emendatione Salmasii restituendum Μωαβῖται, Locum vero τῶν ὁ, quem respicit glossa, habes apud Esai. cap. 15. v. 2. Αυπεῖσθε ἐφ' ἑαυτῖς, ἀπολεῖται γὰρ ἡ Δηβὼν, ὁ ὁ βωμὸς ὑμῶν: Ut inde simul discamus ad Moabitas pertinere hanc urbem, probe observandum, quod capitis titulus præfert: Τὸ ῥῆμα τὸ κατὰ τῆς Μωαβίτιδος. Porro Num 21. v. 30. legimus, quas terras Moabitis Amorrhæi abstulerint, ab Hesebone nimirum usque Dibonem. Ut situm ejus quoque pernoscamus, audire juvabit, quæ adnotat Eusebius in Onomastico: Δαβὼν, ἡ Διβὼν, ἐπὶ τῆς ἐρήμου φυλῆς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ: ἔστι δὲ

in media sita Moabitide. Et haec est una illarum urbium, quam *Hyrcani* Patrem Alexandrum *Arabibus* eripuisse testatur Josephus A. J. L. XIV. c. 2. Hanc olim suspicabar ab Hesychio innui. Praecipue cum ΑΙΒΗΔΩΝ vel ΑΕΒΙΔΩΝ parum abeat à ΑΙΒΙCΙΩΝ, quo nomine eadem vocitatur in concilio Hierosolymitano T. V. concil. p. 284. cui ejus episcopus subscripsit. Sed postaquam has observationes legi, mutavi sententiam. T. d. H.

Digitized by Google

δὲ καὶ αὕτη ἕως ἔτι νῦν κώμη παμμιέθης παρὰ τὸν Ἀρνωνᾶν, ἣν τὸ παλαιὸν ἔσχον τῶν υἱῶν Μωάβ, καὶ μετὰ ταῦτα Σηὼν, τὴν Ἀμορῤῥαίων, οἱ υἱοὶ Ισραὴλ ἀπέλαβον, καὶ γέγονε Φυλῆς Γάδ. Μέμνηται δὲ αὐτῆς Ησαΐας ἐν ὁράσει τῇ κατὰ τῆς Μωαβιτιδος, καὶ Ἱερεμίας. Fuisse præterea Dibonem locum illum, ubi Moabitæ sacra faciebant, clare satis versio τῶν ὑ exprimit: ὑ ὁ βωμὸς ὑμῶν, licet τὸ ὑμῶν in textu Hebræo appareat; qua ratione vero Moabitis Arabiæ adscribatur, nemini obscurum esse poterit, qui novit omnem terram ad ortum Jordanis Arabiam dictam. Speciatim de Moabitide Steph. Byz. Μώαβ μοῖρα τῆς Ἀραβίας Ὀυρανίας ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ. Sed quid tandem: κατὰ τὴν Λιβαδησίαν. Hic me maxime male habuit scrupulus. Fateor, si auctorem idoneum inveniissem, qui Ἀραβίας Λιβανησίας sic dictæ a Libano monte, injeciisset mentionem, (c) in-

(c) Sed, etsi non statim occurrit memoriae locus, in quo id fiat, non tamen inde concludas, nusquam inveniri. Scimus diversa esse Arabiae epitheta, a varietate locorum, quae complectebatur, desumta. Imo a vel unica urbe illi accessit agnomen; sic Epiphanius in ἀνακεφαλ. p. 145. memorat Ἀραβιαν της Φιλαδελφιας *Arabiam Philadelphensem*. Quidni pariter ea Arabiae pars, quae erat septentrionalior, & Libano propior, quae alias audiebat Peraea, cujus pars erat Moabitis, potuit appellari Λιβανησια. Est & Arabiæ locus, לבנה *Libna*; οἱ ὁ vertunt Λιβωνα, cujus mentio fit Num.

indubitanter hanc lectionem retinuissem, maxime quod Codex Bibl. Brem. illam quoque præfert; Ast, quis Arabiam ita dividat, & si quis dividit, ubi terminos hujus regionis constituat, an etiam Dibonem his terminis ineludat, hactenus mihi non liquet: Verum hoc nemini obscurum est, Arabiæ quandam partem, ut a bene multis, ita egregiis auctoribus dictam Ναβατέαν, Ναβαταίαν & Νάβαταίαν. Hinc Bonfrerius in Onomastico Eusebii, *Nabajoth, urbs, vel regio potius in regione Ismaelitide*, cujus meminit Esai. cap. 60. v. 7. Sic dicta ab Ismaelis primogenito, qui itidem Nabajoth dicebatur, Genes. 25. v. 13. & 1. Paral. 1. v. 29. Porro testatur & Hieronymus Quæst. Hebr. in Genesin, *ab hoc totam regionem ab Eupbrate usque ad mare rubrum dictam esse Nabatenam.* Quamquam alii a Nabatha urbe Arabiæ (quæ alio nomine Petra dicta est) Nabathæam & vel Nabathenam regionem dictã malint. Vide eundem ad voc. *Nabuthæi*. Ipsa auctorum loca, ex quibus hæc desumpta, afferre hic non attinet, ubivis enim obvia sunt. Confer Hadriani RELANDI Palæst. illust. p. 90. seq. & pag.

Num. XXXIII: 21. quæ num huc pertinent, dispiciant alii. Ne nunc memorem *Libnam*, quæ & *Lebna*, *Lobna* & *Lobena* dicitur, sitam in tribu Judæ in tractu Eleutheropolitano, & ad *sacerdotes* pertinentem, ut patet ex Jos. XXI: 13. 1. Par. VI: 57. de qua passim Geographiae S. scriptores. T. d. H.

Digitized by Google

pag. 893. ubi Medaba urbs Nabatæorum describitur. Situm vero urbis in eodem Arabiæ tractu collocatum, si noscere cupis, vide eundem p. 720. Quin ipse Hesychius populi hujus meminit voc. Δευσηνή; quod observatum A. Relando p. 90. ubi duplex Typothetæ error obiter corrigendus: & *apud Hesychium* Ναβαταῖοι *in voce* Δευσηνή. Lege Μαβαταῖοι (sic enim corrupte in omnibus editionibus legitur) in voce Δευσηνή. Eo confidentius igitur sic emendo glossam: τόπος ἐν ᾧ ἐδυσιάζοντο, κατὰ τὴν Ναβαταίων Ἀραβίαν Μααβῖται. Vel ut pressius antiquæ & veræ lectionis corrupta hic vestigia legam: Κατὰ τὴν Ναβατηνὴν Ἀραβίαν. Ego certe, expendens, quam prope hæc vocabula quoad scripturæ antiquæ similitudinem sonique affinitatem sibi conveniant & exinde facile permutari possint, nihil plane contorti video pro Λιβαδασίαν reponere Ναβατηνήν. Cæterum an glossa planior reddi possit, alii viderant. Quod vero ad prius vocabulum Λεβίδων attinet, cum voce Λεβίδων restituta minime confundendum autumo. Glossographus noster subinde voces cum Glossis comparare consuevit; scio. Nonnunquam glossæ unum idemque nomen respicientes discrepant: scio. Non raro loca Lexicographi insolenti mutatione emendare oportet: & hoc scio. Ego tamen a me impetrare hactenus nequeo, quo temere affirmem simili ratione & hoc voca-

Digitized by Google

bulum restituendum esse. Brevibus igitur sententiam meam de his proferam. Vox explicanda rursus, judicio meo, mendo laborat; integra autem glossa est. Hinc prò Λεβηδων lego Λεβανων, sic forma Hebraica dictum pro Græcorum Λίβανος, quam retinere passim Origenes & Eusebius solent. Intelligo autem templum Hierosolymitanum, quod testantibus Patribus aliquando in SS. nomine לְבוֹנָה venit: qua de causa id fiat, inquirere hic loci instituti mei non est. Eusebius demonst. Evang. libr. 8. p. m. 410. Λίβανον γὰρ ἐν τούτοις συνήθως αὐτὸ τὸ ἱερὸν ὀνομάζει ἐπὶ πᾶσι δὲ ἑτέρων προφητειῶν ἀποδέδεικται Λίβανος αὐτὸς ὁ νεὼς ἐπικεκλημένος. Τοῦτο καὶ αὐτοὶ παῖδες Ἰουδαίων ἴσασιν νῦν ὁμολογοῦσιν &c. Si verò forte dubium oriatur, quomodo vox τόπος de solo templo dici possit, intellige Hierosolymas una cum templo. Idem pag. seq. 411. Λίβανον δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ διαρρήδην, ἐπεὶ Ἰεζεκιὴλ σημαίνει λέγων ὁ Αστος ὁ μέγας &c. confer Hieronymum ad Esai. cap. 33. p. 260. & Zach. cap. 11. v. 1. p. 585. *Perspicue Libanus templum intelligitur Judæorum, quod instauratum à Zorobabel rursum à Vespasiano & Tito conatur subvertendum. Et quia Libanum templum appellaverat μεταφορικῶς, & in reliquis servat translationem.* Hanc igitur ubi lectionem & vocis sensum admittis, nihil corrupti servat glossa: τόπος τῶν Λευιτῶν, ἔνθα ἐθυσίαζον. Addo saltem Svidæ locum, ex quo discas,

ſcas, quam late nonnunquam pateat Levitarum nomen. Λευί. ὄνομα κύριον, ἀφ' ἧς φυλὴ ἱερατείας τάξιν ἐπλήρου καὶ Δευίτης, ὁ ἱερεύς. Hæc dum ita meditabar, optaſſem uti libris meis, ex quibus plura forte & meliora haurire potuiſſem, verum, cum ad manus mihi, extra patriam verſanti non ſint, eo minus conjecturam hanc obtrudere cuipiam ſuſtinebo.

IX.

Brevis de G. SOPINGIO relatio.

JAm ſaepius Sopingii injecta fuit mentio, tum in praecedenti, tum in aliis, quibus Heſychio accenſa lux eſt, hujus Bibliothecae obſervationibus. Ecquis ille fuerit, ignoratur fere, immo C. Schrevelius, qui notas Sopingianas ſane non contemnendas ſuae Heſychii editioni, quae venuſta magis eſt, quam accurata, inſeruit, ne verbulo quidem monuit, vel unde eas hauſerit, vel quis ille Sopingius fuerit, & vel ipſum ejus praenomen ſiluit. Non injucundum itaque accidet τοῖς φιλοβιβλοις, ut quae de eo mihi comperta ſunt, cum iis communi-

Digitized by Google

centur. S.R. vir, meique perquam studiosus Eil. Folc. HARCKENROTHIUS, non infrequens in hoc opere nomen, de illo ita ad me. „Sopingius ille, qui Hesychium illustravit *Godofridus SOPINGIUS* est, dum vive„ret, Ecclesiastes Bolswardiae in Frisiis, „1612. cum Gellio Acronio, aliisque missus „ad ordines praepotentes Hollandiae in negotio Remonstrantium, teste praefatione „actorum Synodi Dordracenae, cujus etiam „responsio ad bonam fidem *Sibrandi Lubberti* „citatur in nupera historia Ostfrisica anti„Ubbo-Emmiana Tom. I. Lib. VII. n. 57. Pa„reps ejus fuit *Nicolaus Sopingius*, qui extor„vis ad nostram regionem, commune exsu„lum hospitium tempore persequutionis in „Belgio Hispanicae profectus, apud Greetzy„lanos in ministerio Ecclesiastico fuit, hinc „vulgo Greetzylanus dictus, qui etiam Leo„wardiae, resurgente ibi vero Sole justitiae „Christo, primordia Ecclesiae cum aliis je„cit 1578. quo anno etiam vocationi ab Ec„clesia Ultrajectina ipsi die 27. Octobris ob„latae paruit, de quo plura dicturus sum in „historia Ecclesiae nostrae Emdanae. Ultra„jecti cum collegis suis *Hermanno Modeto*, „alias *Strikker* vocato, *Wernero Helmichio*, *Jo„hanne Utenbogardo*, quorum epistolas inedi„tas aliquando dabimus, amice vixit, & Ec„clesiae isti cum laude praefuit usque ad an„num 1589. quando cum Collegis discedere „jussus

„jussus ob negotium Leicestrienſe, ut passim „annales Belgici testantur. Sequenti anno „1590. apud Bredanos in ministerio consti„tutus, obiit 1592. ut testatur Henricus van „Rhenen, in indice pastorum provinciæ „Ultrajectinæ 1705. edito p. 6. relicta autem „ejus vidua Ursula superstes fuit 1607. die „14. May, ut liquet ex Warneri Helmichii „epistola ad Abrahamum Muysenholium, pa„storem Bredanum eod m die exarata, in „qua sui quondam collegæ *Sopingii* viduam „salvere jussit teste Thom. Crenio, Obs. „Phil. Part. XVII. p. 113. Haec Cl. Harcken„rothius. Libri ab eo adducti titulus hic est; *Godofredi SOPINGII Apologetica responsio ad libellum Anonymi, qui vocatur* bona fides Sibr. Lubberti *& ad H. GROTII pietatem*; Franeq. 1616. 4. Occasio scripti haec fuit. Ediderat Grotius a. 1613. librum, quem inscripserat: *Ordinum Hollandiae & Westfrisiae pietas*; In quo inter alia probare conatus erat doctrinæ Remonstrantium apprime convenire cum doctrina ecclesiæ Reformatorum, maxime Melanchthonis. Respondit illi scripto Sibrandus LUBBERTUS, Professor Franequeranus a. 1614. Anonymus quidem ex Remonstantium coetu Lubbertum aggreditur libello, cui titulum imposuerat; *Bona fides Lubberti.* Hunc aggressus est Sopingius libello isthoc, cujus titulum dedimus, in quo & sibi probandum sumsit potissimum Me-

Digitized by Google

Ianchthonis sententiam aliam esse a sententia Remonstrantium, illique melius convenire cum Reformatorum opinionibus. Id quod notari potest contra eos, qui omni opum vi concordiam cum nostro coetu cum maxime impedire satagunt, quod à Synodi Dordracenae placitis non omnes secedamus, cum quibus sibi nihil esse volunt negotii. Sed non cogitant Viri eruditi cum eo nomine nos a societate omni repellunt, se semetipsos simul è sodalitio deturbare praestantissimorum Virorum, quibus sacrorum emendationem debemus. Caeterum liber ille Sopingii ab auctore non ipso, ante ejus ἔκδοσιν sc., pr. Cal. Dec. a. 1615. aet. 42. exstincto, publici juris factus est, sed a Godeschalco Aeltio, tum ejus in ecclesia Bolswardensi Frisiorum collega, deinde Arenacensis ecclesiae ministro. Wittenius in diario allegat quoque hujus Sopingii *Christianam & modestam declarationem* &c. sed eam non vidi. Jacobo *Triglandio* in hist. Eccles. Belgica vocatur *vir doctrina & pietate valde insignis.* Exstat ejus epistola de herba *Britannica* in Epist. ad J. Isacium Pontanum, quae inter eas, quas VirCl. Antonius, MATTHAEUS edidit Lugd. B. 1695. est CLXIXma. Ex illa colligo eum Hesychio operam navasse. Ita enim scribit. In *Hesychio nostro quaedam celtica vocabula offendi, quae data occasione colligam.* Plura quoque eundem parasse, quae morte prae-

Digitized by Google

lanchthonis ſententiam aliam eſſe a
tia Remonſtrantium, illique melius us
nire cum Reformatorum opinionibus,
quod notari poteſt contra eos, qu
opum vi concordiam cum noſtro cert
maxime impedire ſatagunt, quod à Sy
Dordracenae placitis non omnes
cum quibus ſibi nihil eſſe volunt
Sed non cogitant Viri eruditi cum eius
ne nos a ſocietate omni repellunt, fe
ipſos ſimul è ſodalitio deturbare prae
ſimorum Virorum, quibus ſacrorum
dationem debemus. Caeterum libe
Sopingii ab auctore non ipſo, nec
ἐκδοσιν ſc., pr. Cal. Dec. a. 1615. ac
extincto, publici juris factus eſt, ſed
deſchalco Aeltio, tum ejus in eccleſia
denſi Friſiorum collega, deinde Arna
ſis eccleſiae miniſtro. Wittenius in
allegat quoque hujus Sopingii *Chriſtiana*
modeſtam declarationem &c. ſed eam non
Jacobo *Triglandio* in hiſt. Eccleſ. Belgic
catur *vir doctrina & pietate valde inſigni*
ſtat ejus epiſtola de herba *Britannica* inſ
ad J. Iſacium Pontanum, quae inter eas
VirCl. Antonius, MATTHAEUS edidit Lug
B. 1695. eſt CLXIXma. Ex illa colligo
Heſychio operam navaſſe. Ita enim
bit. In *Heſychio noſtro quaedam obſcura*
bula offendi, quae data occaſione colligam
ra quoque eundem paraſſe, quae

praeventus abſolvere non potuit, patet ex literis Sibrandi Saccama ad Pontanum, in qua ſcriptorum & fragmentorum ejus meminit. Invenitur ea in eadem συλλογῇ, & eſt numero CLXXIIIma. T. d. H.

X.

THEODORI HASAEI,

De vocis ASTARTES

vera origine & ſignificatione Diatribe, in qua neglecta radix שרר vel שחר reſtituitur, variarumq; aliarum vocum notiones & derivationes exhibentur.

ARGUMENTUM.

Occaſio ſcriptionis §. 1. Conjecturae de ἐτυμῳ vocis *Aſtartes*. *Verelii*, *Mushardi* §. 2. *Huetii* §. 3. *Hilleri*, *Hydii*, *Fungeri*, *Juriaei* §. 4. Noſtra ſententia. Aſtarte notat *ſtellam*, & deſcendit a voce שרר vel שחר. Tria in etymologiis ſunt obſervanda; *forma*, *materia*, *analogia*. §. 5. Noſtra ſententia probatur, quia (A) hic retinetur vocis *formale*. שחר apud Arabes eſt *fulgere*, *ſplendere*. Germanicum & Belgarum Schittern §. 6. Hinc eſt סדרים *luminaria*

Digitized by Google

aria. Quam vocem ita vertendam esse Job. X: 22. non *ordines* probatur ex natura oppositorum. §. 7. 8. An סתר *fidus* notet Job. XXXI: 27. §. 9. Ab illa radice multae proveniunt voces, quae ad *astra* spectant: v.gr. Chaldaeorum אסתהרי, sol & סהרא *luna*; §. 10. Persarum *Stara* & *Ester* §. 11. Unde dicta est *Esthera* §. 12. sc. ob pulchritudinem & virtutem. Propter quas homines vocabant *stellas*. Ita & vocabant Amasias, §. 13. An & eadem vox latet in voce *Zoroastres*. Variae de hac voce sententiae. §. 14. Latet in omnibus fere vocibus, quibus Europae *stellam* significant, v. gr. ἀστηρ, ἀστρον, στερεα, *Astrum*; Stern/gestirn/starre, *starne*, *stierne*, *stierna*, *steorra*, *sidus*, *sidera*. §. 15. Σειρ, σειριος notat omnes stellas. Τειρεα, *stellae*, Ἀστροθη, Ἀστερον §. 16. *Stella*: *Estoile*, *Eostor*, *astre*, i. e. focus §. 17. Simili modo *Astarte* formata est; א & ע saepe praeponuntur vocibus §. 18. Quia (B) *materiale* idem confirmat. Astarte enim fuit stella, quod ostenditur *generatim*, quia fundamentum omnis Idololatriae erat cultus stellarum §. 19. Speciatim. Unde toties Astrum vocatur; Et id innuunt ejus epitheta Astroarches, Ἀστραρχη, Regina coeli, Belisama/Coelestis. Ουρανια §. 20. Unde numero plurali Astaroth. Quare caput bubalum illi adscribitur §. 21. Accedit (C) *Analogia*. Simili enim modo alii, quos *astra* credebant, dicti *Astraea*; *Jupiter Asterius*, *Astraeus*, *Astrataea*; §. 22. Inprimis autem *Saturnus*, quae vox ejusdem & significationis & originis est cum Astarte. Ridiculae ejus etymologiae. §. 23. Est a סתר, qua notat *lucere*, *splendere*. Convenit rursus *forma*, nam est idem, quod Stern; *Materia*. Est enim *stella*, coeli *lumen*, coeli filius. §. 24. *Analogia*; Simili enim modo dicitur à *luce* ΦΑΙΝΩΝ, ΛΑΜΠΩΝ, ΗΛ. Stellae dictae ex φαι-

νομε-

Digitized by Google

oria. Quam vocem ita vertendam esse Jdl
22. non ordines probatur ex astris oppidos
§. 7. 8. An סהר *sidus* notet Joh. XXXI: 27
Ab illa radice multae provenient voces, q
astra spectant: v. gr. Chaldaeorum סהרא
סהרה *luna*; §. 10. Perfarum *Stea* & *Ela*
Unde dicta est *Esthera* §. 12. sc. ob pulchr
nem & virtutem. Propter quas homines
bant *stellas*. Ita & vocabant Amaka §. 13
& eadem vox latet in voce *Zoroastres*. Vim
hac voce sententiae. §. 14. Latet in omnibus
cibus, quibus Europae *stellam* significant, q
ασηρ, ἀστηρ, στερα, *Astrum*; Stern, ster
sterne, *sterne*, *sterna*, *sterre*, *stiarn*, *stara*, *
Σαρ, σαρ notat omnes stellas. Τσαβα
Ἀστροθε, Ἀστηρ §. 16. *Stella*: *Estar*, *
astre, i. e. focus §. 17. Simili modo *Astarte*
ta est; ת & ד saepe praeponuntur vocibus
Quia (B) *materiale* idem confirmat, Astarte
fuit stella, quod ostenditur *genuinis*, qui
damentum omnis Idololatriae erat cultus
rum §. 19. Specialim. Unde tores Astrum
tur; Et id innuunt ejus epitheta Astarte
Ἀστροχη, Regina coeli, Bellisama, Coelestis
cornua §. 20. Unde numero plurali Astarte
re caput bubalum illi adscribitur §. 21. Acc
(C) *Analogia*. Simili enim modo alii, quos
credebant, dicti *Astraei*; *Jupiter Asterius*, *
us, *Astrateus*; §. 22. Inprimis autem Sam
quae vox ejusdem & significationis & o
nis est cum Astarte. Ridiculae ejus etymo
giae. §. 23. Est a סהר, qua notat *lucere*, *splen*
Convenit rursus *formae*, nam est idem, quod Gr
Materia. Est enim *stella*, coeli *lumen*, coeli *
§. 24. *Analogia*; Simili enim modo dicitur a
ΦΑΙΝΩΝ, ΛΑΜΠΩΝ, HA. Stellae dictae a

νομενα. §. 25. Idem prorsus significat ΚΡΟΝΟΣ, ita dictus non à χρονῳ, sed à קרן, quod *lucere*, *micare* notat. In Saturnalibus luminum & cereorum erat usus. §. 26. Astartem ab astris dictam notarunt Suidas, Etymologus, Phavorinus §. 27.

§. 1.

QUi hunc proxime anteit fasciculi capite *sexto* pag. 475. ubi data mihi fuerat occasio, de OSTERA, patrum nostrorum idolo sententiam meam exponendi, pollicitus fui me quam primum in natales illius vocis, quae non alia est ab Astarte, antiquissimo juxta & famosissimo non Phœnices solum, sed & totius paene terrarum orbis Deastro, quae in sacris עשתרות vel עשתרות dicitur, inquisiturum. Ne malum nomen sim; illud promissum nunc exuam, posteaquam uberrimum jam conjecturarum de nominis illius ἑτυμῳ adesse proventum monuero. Neque tamen eas heic coacervabo, quod id haud indiligenter factum est a Synoride perinsignium Philologorum Jo. FRISCHMUTHO, & Augusto PFEIFFERO, ab *illo* in dissertatione de מלכת השמים ad locum Jer. XLIV: 17. 18. 19. (a) ab *hoc* in *dubiis vexatis* S. S. Cent. II. l. 55. quae scripta in omnium versantur manibus. Quibus addi

(a) Edita illa est Jenae, 1663. 4. & recusa in Thes. Diss. Amstel, T. II. p. 866. sqq.

Digitized by Google

possunt ea, quae in hanc rem, supra pag. 462. sqq. disputata leguntur. Ut tamen eo liquidius ex collatione mutua variarum sententiarum institui queat de re isthac Judicium, addam alias quasdam hariolationes, quae ad illorum Virorum notitiam non pervenerunt.

§. 2. *Olaus VERELIUS* in N. ad Gothrici & Rolfonis Westrogothorum (b) RR. hist. p. 53. *Astbaroth* explicat, quasi *amoris dominium*, quia *amor* Gothis sit *Ast*, cujus casus obliquus *astar* conjunctum sit cum vocula *ad*, quod notet *possessionem* sive *dominium*. Acute, lepide, belle, ut nihil supra! Vicina huic quidem est, sed dubito an melior *Lunebergii MUSHARDI*, cujus de *Osteris Saxonum* dissertationem supra p. 460. laudavimus. Originem putat petendam in Ebraeorum עש quo arcturum illi significant, & unde Latinorum *astrum* sit ortum, quodque conveniat cum Germanorum *As*, *Hes*, *Het*, *Es*, quem quidem alias interpretari Martem, se vero unicum & summum Deum esse arbitrari pronunciat. Deinde observat *Ast* esse amorem, & in casu secundo *Astar* & *Oster*. Illi additum esse Gothicum *At*, quod est, pater, ut Graecorum ἀττα, &c. & inde factum *Astarat*, vel *Astaroth*. Sed non est, quod verear, ne multos ista sententia nanciscatur assensores.

§. 3.

(b) Hic liber editus est Upsaliae, 1664. 8.

Digitized by Google

possunt ea, quae in hanc rem, supra 462. sqq. disputata legantur. Ut tamen liquidius ex collatione mutua variarum tentiarum institui queat de re illius um, addam alias quasdam harmoniae quae ad illorum Virorum notitiam pervenerunt.

§. 2. *Olaus VERELIUS* in N. ad Cl. & Rolfonis Westrogothorum (b) hist. p. 53. *Astharoth* explicat, quia dominum, quia omor Gothis sit A. o casus obliquus *astar* conjunctum cum cula *ad*, quod notet *possessionem* sive um. Acute, lepide, belle, ut nihil Vicina huic quidem est, sed dubito an lior *Lunebergii MUSHARDI*, cujus de Saxonum dissertationem supra p. 466 vimus. Originem putat petendam in Ebr rum עד quo arcturum illi significat unde Latinorum *astrum* sit ortum, quod conveniat cum Germanorum *Ast*, *Est*, *E* Es, quem quidem alias interpretari bluto se vero unicum & summum Deum esse bitrari pronunciat. Deinde observat esse amorem, & in casu secundo *Aster*. Illi additum esse Gothicum *A*, qu est, pater, ut Graecorum πατηρ, &c. fo de factum *Astarat*, vel *Astaroth*. Sed u est, quod verear, ne multos ista fenestr nanciscatur assensores.

b) *Hic liber* editus est Upsaliae, 1664. 4.

§. 3. Neque sane condigna est HUETIO sententia, quam P. D. HUETIUS protulit in Dem. Ev. prop. IV. cap. 10. §. 3. ubi Sephoram, sive Zipporam Mosis uxorem non aliam, esse ab Astarte asserit. Recte A. Pfeifferus allegato loco eam *nullis idoneis rationibus subnixam* esse pronuntiat. Iis enim eam argumentis adstruit, quibus si res confici possit, quavis poena me dignum deputavero, si non ex Astarte simili ratione & Evam, & Saram, & Rebeccam, &, quidquid illustrium in sacro codice feminarum memoratur, efformaverim. Sane illustrem virum sui oportet esse oblitum, quando ex Sephora effingit Astartem, cujus jam longe ante tempora Mosis mentio exstat, &, quam jam Abrahami temporibus innotuisse ex Geneseos libro apparet. Sed audiamus quomodo Huetius ex origine nominis, suae opinioni pondus addat. *Astarte*, ita scribit, *nomen habet ab* עשתרות, *quod* greges *sonat, utpote uxor Mosis viri pecuariae rei dediti, de genere Israelitarum, qui erant Viri pastores ovium, curamque habebant alendorum gregum.* En cor Zenodoti, en jecur Cratetis! Sed hujus commatis multa habet Abrincensis praesul, quae ut suam potius ostentaret eruditionem, scripsisse videtur, quam quod ipse de iis apud animum suum persuasus esset, quaeque librum illum *Conjecturarum* potius, quam *Demonstrationis* titulo dignum esse, arguunt.

§. 4.

Digitized by Google

§. 4. *Matthaeus* HIELERUS, qui nuper tanto suo bono, quanto literarum sacrarum damno rebus humanis exemtus est, in synt. Hermen. Loco III. c. 5. p. 200. Astarten derivat ex עשר divitiae, & quod cum hac voce idem est, עתרית ubertas, quasi *astaroth* & *Astharim* sint a plurali עתרות & עשרים vel עשרי עשרות, addit. *Figuram si Ebraeos audiamus Veneri suae Philistaei & Sidonii oves tribuerunt, quoniam & ovium greges Astharoth Phoenicum lingua dicuntur, lucroque & foecunditati notandae aptissimum symbolum ovis fuit, utpote, quod animal bis parit in anno.* Paulo aliter mentem suam explicat p. 205. עשתרות, *Abundantiae & divitiarum Numen Jud. II:* 11. *Compositum ex* עשר *vel* עתר *vel* עתרית *abundantia, unde etiam, quod possessorem ditare soleat ovium greges appellat* עשתרות, & rursus pag. 332. עשתרות i. e. *divitiae largae & immensae.* עתרות *flexum a masculino* עתר *abundantia. Ovium quoque greges ita vocantur:* מעשרות את בעליהן *quod ditant Dominos suos: ut legitur tract. Talm. Cholin fol.* 84: 2. Ita secunda radicalis, litera ת in עשתרית esset epenthetica, quod tamen sine exemplo esse adeoque non admittendum observat Bochartus in Hier. p. I. L. II. c. 43. Haud ita pridem Thomas HYDIUS in L. de religione Persarum c. V. p. 131. illis accessit, qui vocem illam à עשתרה grex deducunt, *quod Arabibus & aliis pastoralem vitam agentibus prosum esset inter pecudes & stel-*

las

§. 4. *Matthaeus* HILLERUS, qui a
tanto suo bono, quanto literarum
rum damno rebus humanis exemta
fyat. Hermen. Loco III. c. 5. p. 200.
ten derivat ex עשר divitiae, & quod
hac voce idem est, עתר uberes,
ashroth & *Astharim* sint a plurali inusit
vel עשיר עשר, addit. *Figurae*
audiamus: Veneri suae Philistaei &
tribuerunt, quoniam & ovium greges
Phoenicum lingua dicantur, lacteque &
distati notandae aptissimum symbolum
pote, quod animal bis parit in anno.
aliter mentem suam explicat p. 207.
Abundantiae & divitiarum Numen fuit.
Compositum ex עשר *vel* עיר *vel* עתר
tia, unde etiam, quod possessorum ditiss
um greges appellat עשתרות, & rursus
עשתרות i. e. *divitiae largae & immen*
flexum à masculino עתר *abundantia. Ovium*
greges ita vocantur: עשתרות צאנך
ditant Dominos suos: ut legitur Prov.
Cholin fol. 84: 2. Ita secunda radicalis
ת in עשתרות esset epenthetica, quod
fine exemplo esse adeoque non admi
dum observat Bochartus in Hier. p. I. l.
c. 43. Haud ita pridem Thomas HYDE
in L. de religione Persarum c. V. p. 1
lis accessit, qui vocem illam à עשתן
deducunt, *quod Arabibus & aliis gentibus*
eisdem agentibus pronum esset inter pecudes

las collationem instituere, & inde rei pastorali accommodata nomina imponere stellis. Et ita confert Sepharvaitarum Deum seu astrum ענמלך, *Anamelech*, quasi id esset *pecus Rex* ab ענא Ana sive ען *an*, quod semper collective pecudes minores notet. Joh. FUNGERUS in Etymol. rei aliquantum propius accedit, compositum esse hoc nomen scribens ab עש *stellarum* congregatione vel constellatione, & תור, quae vox & lustrare & certam dispositionem significet. *Asch* quidem esse Arcturum, & *Tor* ordinem gyrantem. Petrus tandem JURIEU in hist. *dogm. & cultuum eccl.* P. IV. tr. V. c. 1. Astaroth sine ulla fere mutatione putat descendere à עשתות ארות, *Asta oroth*, quod significet, *facit lumina.*

§. 5. Quod si & his symbolam adjicere nostram licuerit, in eam ingressus sum opinionem, vocem illam primario sensu significare *stellam*, sive *astrum*, porro numen illud, quod sub Astartes nomine cultum fuit, nihil aliud fuisse, quam tale sidus, utrumque autem denominationem suam a radice quidem deperdita, cujus tamen vestigia nondum prorsus exstincta sunt, videlicet, עתר vel סתר, quod notionem *luminis* sive *splendoris* habet, traxisse. Ante autem, quam id ostensum eo, vellem a Lectore harum rerum gnaro observari, tres potissimum esse sive notas, sive regulas, ex quibus, num vox aliqua ab alia descenderit, cognoscas,

Digitized by Google

ſcas, quas quidem nunc verbulo tango, uberius de illis forſan alias locuturus. Sunt autem illae ſequentes. *Primo* ſi literae, ex quibus vox compoſita, inter ſe conveniant. *Deinde*, ſi ſignificatio utriusque vocis, & matris & filiae, hoc eſt, & ejus, quae radix eſt, & illarum, quae ex ea derivantur, ſit eadem. *Denique*, ſi ſimilem in modum etiam aliae ejusdem generis voces vel in eadem lingua, vel etiam in aliis derivata deprehendantur. Priorem ſoleo vocare convenientiam *formalem*, *materialem* alteram, tertiam *analogicam*. Si una alterave harum adſit, poteſt illa tibi obrepere cogitatio, unam alteri ſuam dediſſe originem. Si vero omnes tres concurrant ſimul, parum abeſt, quin cum aliqua confidentia id aſſerueris. Id itaque nunc mihi negotii datum eſſe exiſtimabo, ut palam faciam *primo* loco dari vocem, quae, ſecundum literas non diſcrepans ab illa, quam tractamus, *lucis* habeat notionem & *aſtri*. *Porro* hanc quoque primariam ſignificationem eſſe vocis ASTARTE. Quibus *tandem* id addetur, parili modo etiam alia eorumdem locorum idola ſuam appellationem ab eadem radice ſortita eſſe. Quibus praeſtitis benevoli Lectoris erit, num rem acu tetigerim, cognoſcere.

§. 6. Vox itaque, a qua Aſtarte noſtra tanquam è radice pullulavit, eſt שתר, vel ex longe frequentiſſima literarum cognatarum

um commutatione; שתר, q
LUMINIS & FULGORIS habe
ermone, quo ſaeer codex eſt
ecessit eo ſenſu eam occurre
natri auxilio eſſe oportet gn
Arabici, aliisque linguis rep
ua amplius in Ebraica ſupereſ
tantum Arabiſmi Doctore
SCHULTENS, qui in animad
ſam p. 29. haec habet. „A
ſpectus *habere oculos ex nim*
RE aut FULGORE. Hinc רד
LUMEN, SUMMA CLARIT
TAS. Eodem modo ut אהב
ratur coeli uſurpatur Job. X
adice אהב *oculos praeſtrictos h*
ati ſui *ſplendore*.„ Haec ille
ſplicat commotus *fuit & vi*
a nimio fulgore, CAMELU
dem trahere putem nome
CHITZER, quod inter co
ſtras veteres Perſae Deum
ratur apud Hydium, (c)
a & luminis omnis ſonsque
ignarum cum his eſt Germ
ri & Belgarum, Schidde
ſcit, micans *fulgidumque lum*
na ſolis & fulguris ſpargere
.). Delitefcit eadem ſig

a Libro de religione Perſarum

Digitized by Google

scas, quas quidem nunc verbulo tange-
rius de illis forsan alias locuturus. Ve-
tem illae sequentes. *Primo* si litter
quibus vox composita, inter se conve
Deinde, si significatio utriusque voc
matris & filiae, hoc est, & ejus, qu
dix est, & illarum, quae ex ea deriv
sit eadem. *Denique*, si similem in su
etiam aliae ejusdem generis voces re
dem lingua, vel etiam in aliis deriva
prehendantur. Priorem soleo vocar
venientiam *formalem*, *materialem* alteram
tiam *analogicam*. Si una alterave hanc
sit, potest illa tibi obrepere cogitatio
alteri suam debisse originem. Si vero
tres concurrant simul, parum abest, qu
aliqua confidentia id asserueris. Id
nunc mihi negotii datum esse existima
palam faciam *primo* loco dari vocem, q
secundum literas non discrepans ab illa
tractamus, *lucis* habeat notionem &
Porro hanc quoque primariam signific
nem esse vocis ASTARTE. Quibus
id addetur, parili modo etiam alia eo
dem locorum idola suam appellationem
eadem radice sortita esse. Quibus pe
tis benevoli Lectoris erit, nium rem ad
tigerim, cognoscere.

§. 6. Vox itaque, a qua Astarte
tanquam è radice pullulavit, est עת,
ex longe frequentissima literarum cop

rum commutatione; שחר, quae notionem LUMINIS & FULGORIS habet. In Ebraico sermone, quo sacer codex est exaratus, non memini eo sensu eam occurrere, sed hêic matri auxilio esse oportet gnatas, i. e. ex Arabica, aliisque linguis repetatur, quod non amplius in Ebraica supereſt. Audiamus magnum Arabisini Doctorem Albertum SCHULTENS, qui in animadversionibus ad Jobum p. 29. haec habet. „Arabice שדר est „*praestrictos habere oculos ex nimia* CLARITA-„TE aut FULGORE. Hinc סדר est magnum „LUMEN, SUMMA CLARITAS, SERENI-„TAS. Eodem modo ut זהב etiam pro *cla-„ritate coeli* usurpatur Job. XXXVII: 21. à „radice זהב *oculos praestrictos habere*, proprie „ex *auri fulgore*.„ Haec ille. Golius שדר explicat commotus *fuit & visu praestrictus* sc. ex nimio fulgore, CAMELUS. Hinc originem trahere putem nomen SHDER vel SCHITZER, quod inter cognomina est, quibus veteres Persae Deum insigniviſſe leguntur apud Hydium, (c) quod Deus sit lux & luminis omnis fonsque paterque. Et cognatum cum his est Germanorum meorum & Belgarum, Schidderen/ Schitteren/ id est, *micans fulgidumque lumen more* radiorum solis & fulguris spargere.

§. 7. Delitescit eadem significatio in deriva-

(c) In libro de *religione Persarum* p. 180.

Digitized by Google

rivatis, v. gr. in voce סדרים apud Jobum X: 22. quam ibi per *lumina* vel *luminaria* omnino vertendam existimo. Describit ibi vel sepulcrum, vel mortuorum quemcunque statum sub symboli tenebriosi, & lucis expertis loci, id quod passim eadem ratione cum à sacris, tum à τοις ἐξω scriptoribus fieri solet, quando ita loquitur. *Antequam abeam & non redeam* (d) *ad terram* TENEBRARUM, & UMBRAE *mortis*; *ad terram* OBSCURITATIS, *ubi* CALIGO & UMBRA *mortis* & *non* סדרים, SEDARIM sunt, *ubi vel lux est*, *sicut* TENEBRAE; Hic quaeritur, quid sibi illi סדרים velint. In eo fere Interpretes omnes conspirant, quod illam vocem interpretantur *Ordines*. Mirum dictu autem est, quomodo se torqueant, quando, quid per illos Ordines intelligendum sit, explicandum est. Quot tum viri, tot sententiae. Non hujus loci est eas omnes, ut plurimum ad rem parum facientes adducere. Inquirat, qui volet. Sebastianus SCHMIDIUS, eas cum recensuisset rejecisetque, ita pergit. *Mihi videtur maxime attendenda* OPPOSITIO & *scopus Jobi*. Recte quidem, &, ut tantum interpretem decet! Neque tamen illam regulam satis videtur ipsemet secutus esse, quando per סדרים intelli-

(d) Haec verba vix elegantius reddere possem, quam verbis poëtae,

Ibo nunc per iter TENEBRICOSUM,
Illuc, unde negant redire quemquam.

dispositionem ordinatissima
, quae in morte non amplius
tus directe & proprie
ris & caligini.

§. 9. Quod si itaque genu
tam vocis desideras, faciendum
indagatione omnium obscuri
vocum verborum fiori debe
, quae vel rebus, quib
denotantur, *quibus* opponun
, quibus *adjunguntur*, *vel*
, competant, significe
Antonii Schori circa Lat
derivatio aurea, & supra, q
, egregie usus est in eruden
Scriptorum linguae sanctae ve
tatis. (e) Cum itaque na
re cernit, ut voces utrinq
, etiam signification
vere est intelligere, quid
ndo, quid iis oppositum sit
: jam, cum *tenebris*, *caligine*
rum contraria unice sint L
MINARIA, inter ea aut
: *sol*, *luna*, *stellae*, καὶ τὰ ὅμοια
illa dicta, inde concludo
que intelligenda esse. Ita
us tenebricosus, *tristis* sine
aeraci semper, *caligine* semper
Germani nostri dicunt,
Cod. VIII. Fasc. IV.
: inde Jac. Rhenferdii Opusc.

Digitized by Google

rivatis, v. gr. in voce מרים apud Jo
X: 22. quam ibi per *lumina* vel *lucer*
minime vertendam existimo. Desig
vel sepulcrum, vel mortuorum quo
que statum sub symboli tenebrioli, de tu
pertis loci, id quod passim eadem ve
cum à sacris, tum à τοις ιερα scriptoribus
ri solet, quando ita loquitur. *Antequa*
& *non redeam* (d) *ad terram* TENE
RUM, & UMBRAE *mortis*; *ad terram*
SCURI FATIS, *ubi* CALIGO & *Ub*
mortis & *non* מרים, SEDARIM *locus*
lux est, *sicut* TENEBRAE; Hic quo
quid sibi illi מרים velint. In ea re
terpretes omnes conspirant, quod
vocem interpretantur *Ordines*. Mod
du autem est, quomodo se torquent, s
do, quid per illos Ordines intelligo
sit, explicandum est. Quot tum
tot sententiae. Non hujus loci est eas
ut plurimum ad rem parum facientes
cere. Inquirat, qui volet. Schol
SCHMIDIUS, eas cum recensuisset, ip
setque, ita pergit. *Mihi videtur* nostra
tendenda OPPOSITIO & *scopus* ipse
quidem, &, ut tantum interpretem
Neque tamen illam regulam satis re
ipsemet secutus esse, quando per מרים

(d) *Haec verba vix elegantius reddere potuit*
verbis poëtae,
Ibo nunc per iter TENEBRICOSUM,
illuc, unde negant redire quemquam.

telligit *oppositionem ordinatissimam rerum in hoc mundo, quae in morte non amplius est.* Neque enim talis directe & proprie opponitur tenebris & caligini.

§. 8. Quod si itaque genuinum sensum illius vocis desideras, faciendum est, quod in investigatione omnium obscuriorum & ἁπαξ λεγομενων verborum fieri debet, adtendendumque, quae vel rebus, quibus tribuuntur, vel contrariis, *quibus* opponuntur, vel finitimis, quibus *adjunguntur*, *vel iis quibus explicantur*, competant, significationes. Quae quidem Antonii Schori circa Latinam linguam observatio aurea, & supra, quam dici potest, egregii usus est in eruderandis genuinis obscurorum linguae sanctae verborum significatiis. (e) Cum itaque natura oppositorum exigit, ut voces utrinque oppositae oppositas, etiam significationes obtineant; proclive est intelligere, quid sint מרים, & modo, quid iis oppositum sit, notetur probe. Jam, cum *tenebris*, *caligini*, *umbrae*, *obscuritati* contraria unice sint LUMINA, sive LUMINARIA, inter ea autem praecipue sint *sol*, *luna*, *stellae*, *vel* εξοχην quoque LUMINARIA dicta, inde concludo ea etiam heic utique intelligenda esse. Ita ut describatur locus tenebricosus, *tristis sine sole domus, quae Lucevacet semper, caligine semper abundet*; Dat ut Germani nostri dicunt, jemand weder

(e) Confer Jac. Rhenferdii Opusc. p. 614. sqq.

Digitized by Google

Sonne noch Mond beſcheinet. Sicut eadem oppoſitio etiam occurrit ſequenti membro, cum legitur ; ויחמץ כמו אפל ; Ubi prior vox תפע *lux* opponitur אפל, *caligini*, ut ſenſus ſit, nihil adeſſe, niſi meras tenebras, ita ut id, quod vel lucidiſſimum videri poſſit, mera caligo, quemadmodum ejuscemodi oppoſitiones millenis aliis in locis occurrunt. Vide inter alia Pſ. CXXXIX: 11. 12. Atque ita interpretare illud מארים, LUMINA, ſive, ſi mavis, easdem etiam in Latino ſermone literas retinere; SIDERA. Sane de ſideribus jam cogitavit AbenEſra, quod videret Judaeorum perſpicaciſſimus paene neceſſarium eſſe, in hoc loco, ut ita intelligatur, quamquam non tam ad notionem luminis, quam *ordinis* reſpexit, & expoſuit de *Ordinibus ſtellarum*, quum tamen, quod ſciam, ſtellae nunquam abſolute ita appellentur. Tametſi itaque interpretum, qui recentiorum ſaeculorum ſunt, non tamen omnium omnino, neque iis contemnendis deſtituor ſuffragationibus. Gaudeo enim eos, qui ab urbe Alexandria nomen tulerunt, adeoque antiquiſſimos, & Hebraici ſermonis prae aliis gnaros haud aliter explicaſſe, qui verba, quae tractamus, vertunt, Εις γην σκοτους διαν, ὁ ἐκ ἐστι ΦΕΓΓΟΣ, *in terram* TENEBRARUM *aeternarum*, *ubi non eſt* LUX ſive *ſplendor*. Rectiſſime ſane meo judicio, & ſcopo loquentis, verborumque vi convenienter.

§. 9

§. 9. Parum abeſt, quin hu
am locum ejusdem Jobi XX
moliturus aſtrorum cultum
um videſſe (אור) *lucem ſplende*
um *pulchre incedentem*, & tu
ים רבים, quod vulgo vertit
ent *ſi in occulto cor meum*, ſc
ppo minus ita vertamus. *Et n*
ulchrum *ad* SIDUS (ſc. colen
latio hujus verſionis eſt, quod
ulente eo conſpirant verba
nebrium luminarium choru
el luna, vel altra reliqua ;
ſi mentionem feciſſet ſub n
ebr. Chaldaeus interpretatus
ue aequum videri poſ
nentiam non fuiſſe negli
rum partes in veterum cultu
verterat, quam vel ſolis vel l
tem, illud באור alias videri
quid ſuperfluii, cum ſi cor
ſe non poteſt, niſi in occ
ulgatum eſt, quod translati
a poſſit. Judicent tamen p
§. 10. Ab his autem vocit
ionem inferunt, appellat
ae magna illa coeli terrae
ſ. ſol, luna, & inprimis ſ
ebr. אור, cum paſſim alibi
e. XXXI: 3. Ita SOL il
e, aurorum dux, Chald

Digitized by Google

Sonne noch Mond beſcheinet. Sect
oppoſitio etiam occurrit ſequenti
cum legitur; אשר יהי ; Illi
vox יהי lux opponitur אשר, cuiquam
ſus ſit, nihil adeſſe, niſi meras tenebr
ut id, quod vel luciduſſimum videri
mera caligo, quemadmodum ejusm
oppoſitiones millenis aliis in locis occur
Vide inter alia Pſ. CXXXIX: 11. 12.
ita interpretare illud מרום, LUMINA
ve, ſi mavis, easdem etiam in Latino
ne literas retinere; SIDERA. Sane de
ribus jam cogitavit AbenEſra, quod
ret Judaeorum perſpicaciſſimus puta
ſarium eſſe, in hoc loco, ut ita vide
tur, quamquam non tam ad notionem
nis, quam ordinis reſpexit, & expli
Ordinibus ſtellarum, quum tamen, quod
ſtellae nunquam abſolute ita appella
Tametſi itaque interpretum, qui recentio
ſaeculorum ſunt, non tamen omnia con
neque iis contemnendis deſtitui ſolet
dionibus. Gaudeo enim eos, qui ab
Alexandria nomen tulerunt, adeoque
quiſſimos, & Hebraici ſermonis pera
gnaros haud aliter explicaſſe, qui ve
quae tractamus, vertunt, ἵνα φαίνῃ ἐπὶ τῆς γῆς, *ut lucat ſuper terram*, ὑπὲρ τὴν γῆν, *ſuper terram*, ἐπὶ τῆς γῆς, *in terram* LUMI
RUM *aeternarum*, *ubi non eſt* LUX *vel* *dor*. Rectiſſime ſane meo judicio, & ſ
loquentis, verborumque vi convenie

§. 9. Parum abeſt, quin huc quoque reſtra locum ejusdem Jobi XXXI: 27. ubi à ſe amoliturus aſtrorum cultum v. 26. dicit ſe *non vidiſſe* (אור) *lucem ſplendentem*, *neque lunam pulchre incedentem*, & tum addit, ויפתה בסתר לבי, quod vulgo vertitur; *& non ſeduxit ſe in occulto cor meum*, ſed quid obſtat, quo minus ita vertamus. *Et non ſeductum vel pellectum eſt ad* SIDUS (ſc. colendum) *cor meum*. Ratio hujus verſionis eſt, quod ita cum praecedente eo conſpirant verba magis; Totus coeleſtium luminarium chorus vel ſol eſt, vel luna, vel aſtra reliqua; Cum itaque ſolis mentionem feciſſet ſub nomine אור, ut recte Chaldaeus interpretatus eſt, & *lunae*, par atque aequum videri poſſet, ſtellarum memoriam non fuiſſe negligendam, quarum partes in veterum cultu fane non minoris erant, quam vel ſolis vel lunae. Ne nunc dicam, illud בסתר alias videri cuiquam poſſe aliquid ſuperflui, cum ſi cor allicitur, illud fieri non poteſt, niſi in occulto. Neque quidquam eſt, quod translationi huic opponi poſſit. Judicent tamen peritiores.

§. 10. Ab his autem vocibus, quae lucis notionem inferunt, appellationes ſuas nacta ſunt magna illa coeli terraeque LUMINARIA, *ſol*, *luna*, & inprimis *ſtellae*, καθ' ἐξοχὴν ita dicta, cum paſſim alibi tum Gen. I: 14. Jer. XXXI: 31. Ita SOL ille luminum pater, aſtrorum dux, Chaldaeis dictus eſt שמשא

Digitized by Google

אסתהר. (f) Ita enim vertit אור i. e. *solem* Targumista in allegato Job. XXXI: 26. loco; sive ita vim vocis אור, i. e. lucem voluerit explicare; sive solem nomine *astri*, quod ipsissimum אסתהר est, designare, sicuti & alias ita sol dicitur, uti Schol. Pindari docet ad Olymp. I: 9. Ὁ δὲ ἡλιος ΑΣΤΗΡ, cujus rei plura exempla notavit praeceptor meus P. BURMANNUS ad Petron. p. 549. Praeterea LUNAM ita appellatam fuisse ex sequentibus, quando Astarten sub eo delituisse nomine monebitur, manifestum fiet. Perpendendum quoque harum peritis offero, anne vox סהר, vel סהרא quae Chaldaeis *lunam* denotat, unde סהרונין lunulas in vestibus significant, huc pertineat, eademque sit cum סתר. Sane, cum perpendo, quam frequens in diversis dialectis linguarum occurrat literarum transpositio, epenthesis, ellipsis, mutatio, nihil in eo insulsi deprehen-

(f) Hanc vocem recte cum nostra contendit Steph. GUICHARTUS, Professor L. S. apud Parisienses in libro bonae frugis pleno, *Harmonia etymol. lingg.* Gallice edita Par. 1618. 8. Secutus illum est Vir eruditus, sed, qui nomen suum non professus est, in *hist. crit. Reip. litt.* T. IV. p. 15. 15. *J' aurois beaucoup de penchant à croire, que comme dans l'ancienne langue Phenicienne le soleil s'appelloit* אסתהר Istehar, *ou bien* עסתהר *avec un* ע *tout de meme la lune se nommoit* עשתהרת Astehareth *ou* Asthoreth, *comme on lit aujourdui dans le texte sacre.* Quam bene haec dicta sint, docebunt sequentia.

tendo. Et si in אסתהר *sol* ת in *luna* potuit ת omitti ? quod & eodem modo hi uti *astra* appellata fuisse

§. 11. Clarius autem, & ne & stellis fulgidius id ap vocibus; quibus stellae illa inguntur, extra omnem hac deducendis. Sic vo STELLAM agnovere, confe eorum magistri, iique vetu e vetustissimam puellam, m deperibat, suum inde nor nefaferunt. Ita Targum אסתר על שם כוכב ע עשתר, *Vocatum est no* a nomine *stellae Veneris, qu* Pers. Pariter in Middrasch J e historiam haec leguntur: לם קורין אותו כוכב נ על שם ע *Vocatum est* m populi mundi *ita voca* LUTHER. Id jam vidit Talmudico Megilla Moses Alschech Comm. ad E Istehr quidem Judaei Esther adducunt, sed, quod illa eorum Astre, vel Sid

Aaa 3

§ Cur illum Celeb. WOLFIU LAM.

Digitized by Google

אשתר (f) Ita enim vertit ת, i. e. Targumista in allegato Job. XXXI. 26. sive ita vim vocis ת, שתר, i. e. lucem vertit explicare, sive solem nomine ejus insignitum אשתר est, designare, sed alias ita sol dicitur, uti Schol. Pindari ad Olymp. I: 9. ὁ ἡλιος ΑΣΤΗΡ, cujus plura exempla notavit praeceptor meus BURMANNUS ad Petron. p. 549. Putat LUNAM ita appellatam fuisse ex feminibus, quando Astarten sub eo nomine monebitur, manifestum fit. Sed pendendum quoque harum partium an ne vox סהר, vel סיהרא quae Chaldaeis lunam denotat, unde סיהרין lunulis stibus significant, huc pertineat, cujus sit cum סהר. Sane, cum perpendo, frequens in diversis dialectis linguarum currat literarum transpositio, ejectio ellipsis, mutatio, nihil in eo infolii

(f) Haec vocem recte cum nostra contendit GUICHARTUS, Professor L. S. apud Perlin in libro bonae frugis pleno, Harmonia evang. Gallice edita Par. 1618. 8. Secutus illos et eruditus, sed, qui nomen suum non profiteri hist. crit. Reip. litt. T. IV. p. 15. 16. p. beaucoup de penchant à croire, que comme dans cienne langue Phenicienne le soleil s'appelloit Ishehar, ou bien עשתרת avec un y tout le mon lune se nommoit עשתרת Astharoth ou Astha comme on lit aujourdui dans le texte sacré. bene haec dicta sint, docebunt sequentia

hendo. Et si in אסתהר *sol* ת insertum, quidni in סהר *luna* potuit ת omitti? Quibus accepit, quod & eodem modo hinc Σωῆρ factum est, uti *astra* appellata fuisse mox palam fiet.

§. 11. Clarius autem, & vel sole, lunaque & stellis fulgidius id apparet in variis vocibus; quibus stellae illae coeli מאורות, insigniuntur, extra omnem controversiam hinc deducendis. Sic vocem אסתר esse STELLAM agnovere, confessique sunt Judaeorum magistri, iique vetustissimi, qui inde venustissimam puellam, quam Ahasverus deperibat, suum inde nomen traxisse sibi persuaserunt. Ita Targum ad Esth. II: 7. איתקרו שמה אסתר על שם כוכב נוגהּ יניית אסתירא, *Vocatum est nomen ejus* Esther *a nomine stellae Veneris, quae Graece dicitur Esthera.* Pariser in Middrasch Jalkuth in Esthetae historiam haec leguntur: נקרה שמא אסתר שהיו אומות העולם קורין אותו כוכב הנוגה על שם אסתר *Vocatum est nomen ejus Esther, quia populi mundi ita vocant stellam Veneris* ESTHER. Id jam vidit R. Nehemias in tractatu Talmudico Megilla f. 13: 1. (g) & Moses Alschech Comm. ad Est. f. 9. col. 3. & sq. Recte quidem Judaei Estherae nomen a stella deducunt, sed, quod illam vocem vel ad Graecorum Ἀστρη, vel Sidoniorum עשתרת, uti

(g) Citat illum Celeb. WOLFIUS in Bibl. Rabb. T. II. p. 88.

Digitized by Google

uti iis fuit ſtella Veneris, appellabatur, referunt, in eo minus accurati ſunt. Vivebat enim in regia Perſiae aula, inque ea nomen filius gentilium Hadaſſae commutatum erat in Perſicum ESTHER. Perſarum autem ſermone ستاره, ستاره, ſignificat *ſtellam*. (h) Inde ſtellas fixas vocant ستر خان ثوابة & palantes ستار خان سیارة.

§. 12. Atque inde Eſther dicta eſt, quaſi STELLA, quod nomen etiam aliis apud Perſas datum eſt, quo pertinere videntur שתר unus ex ſeptem cubiculariis Perſarum regis Eſth. I: 10. & alius ejusdem nominis ex ſeptem Perſarum Principibus Eſth. I: 14. & inde natum nomen dicas Satrapae regis Cyri in Eſrae libro c. VI: 6. שתר בוזני SETHAR-BUZANES, quod ipſe Hillerus (i) ASTRUM *magnum* explicat. Ita ut non opus ſit

(h) Vide Angelum a S. JOSEPHO Gazophylacium Perſicum p. 34. & 416. Buxt. in lex. Chald. p. 33. in Talmudico. p. 178. *Pfeifferum* in diſſ. de lingua Protopl. §. 2. & in progr. edito Lipſiae, 1684. Praeeuntem in eo habuit magnum Scaligerum in N. ad Euſ. Chron. p. 15. & de Emend. Temp. p. 588. Hill. in Onom. p. 658. Gravius in Elem. L. Perſ. p. 91. Obſervavit id quoque ſuper Lucas Cuperus in paratitlis Chronol. ſed quando ob ſimilitudinem nominis ex Eſtera facit Aſtraeam Ovidii, valde vereor, ut aliis id ſit perſuaſurus.

(i) In Onomaſtico ſacro p. 658.

...lebitticum confugere Juda...
...ando in Medrash Jalkut ſ...
...ſcribunt, אשר שפחרת ...
...ערה Quare vocatur nomen ...
...mulier verba ſua, ut dicit ſc...
...אין אשתו מגדה מחשבתו ...
...ulier cogitatio ſua. Idem inn...
...l. Juda in citata Maſſ. Megil...
...ſequam priore. Eadem ſa...
...ro, quā occultare, latere n...
...Esther, qua Saturnus, ut ſta...
...eque conjecturae Iſaaci f. ...
...Caſtor Vapheraeh f. 742. & ...
...ſum in Joſeph lekach Comm. ...
...quos Pfeifferus l. c. addu...
...ta dictam, quaſi Myrt...
...Chaldaico אסתר vel אסתרא pu...
...a eſt praeſtantiſſimus Phi...
...ſtum in Onomaſtico pag. ...
...eae voces conjungit, Aſch...
...ra, quaſi myrtum nigrum di...
...p. 13. Neq; ſane inepte Eſth...
...imperium eſt, quod Orie...
...ines & forma & virtute eg...
...ille, & luna, ita & cum r...
...mparare lubenter ſolent...
...hanc rem notavit Vir docti...
...HILLEROET in diſſert. de S...
...ſ. Perſis ſtellam eſſe ſym...
...ſuae animi vel ex eo loco...
...a Shekadini Sadi roſario a...

Digitized by Google

uti in fuit stella Veneris, appellatu
ferunt, in eo minus accurati sint. Ve
enim in regia Persiae aula, inque a
illius gentilium Hadassae commutatu
in Persicum ESTHER. Persium e
sermone סתרא, תסתרא, figuliter p
(h) Inde stellas fixas vocant
& planetas

§. 12. Atque inde Esther dicta est
STELLA, quod nomen etiam ali
Persas datum est, quo pertinere vid
שתר unus ex septem cubicularis Pers
regis Esth. I: 10. & alius ejusdem m
ex septem Persarum Principibus Esth.
& inde natum nomen dicas Satrapa
Cyri in Esrae libro c. VI: 6.
THAR-BUZANES, quod ipse Hiller
ASTRUM magnum explicat. Ita ut nom

(h) Vide Angeli a S. JOSEPHO Geographicum sacrum p. 34. & 416. Buxt. in lex. Chald. p. Talmudico p. 178. *Pfeiffero* in dis. de Protopl. §. 2. & in progr. edito Lipsiae, Praecuatem in eo habuit magnum Scholarum N. ad Eus. Chron. p. 15. & de Emend. Temp. 588. Hill. in Onom. p. 658. Gravius in Lex. Pers. p. 91. Observavit id quoque super Lexi perus in paratitlis Chronol. sed quando ebb tudinem nominis ex Esthera fecit: Abraam Ort valde vereor, ut aliis id sit persuasurus.

(i) In Onomastico sacro p. 658.

sit ad ridiculum confugere Judaeorum *ingenium* quando in Medrash Jalkut fol. 171. col. 1. scribunt, אמא נקרא שמה אסתר שמסתרת את דבריה *Quare vocatur nomen ejus* Esther, *quia occultabat verba sua, ut dicit scriptura* Esth. II: 20, אין אסתר מגדת מולדתה *Non indicabat Esther natalia sua.* Idem innuitur quoque a R. Juda in citata Mass. Megilla f. 13: 1. & in Targum priore. Eadem sane elegantia à סתר, quâ *occultare, latere* notat, derivatur Esther, qua Saturnus, ut statim videbitur. Neque conjecturae Isaaci f. Mosis Jarchi in Captor Vapherach f. 742. & R. Eliesaris Germani in *Joseph lekach* Comm. in Esth. f. 241. 1. (quos Pfeifferus l. c. adducit) indigemus, qui ita dictam, quasi *Myrtum* arborem a Chaldaico אסא vel אסתא putant, quos secutus est praestantissimus Philologus Matth. *Hillerus* in Onomastico pag. 621. qui tamen duas voces conjungit, *Asch myrtus* & *thera* nigra, quasi *myrtum nigrum* diceres.

§. 13. Neq; sane inepte Estherae id nominis impertitum est, quod Orientales populi homines & forma & virtute egregios, uti cum sole, & luna, ita & cum reliquis sideribus comparare lubenter solent. Vide quae in hanc rem notavit Vir doctus Emo Lucius VRIEMOET in dissert. de *Schilo* C. V. p. 124. 125. Persis stellam esse symbolum magnitudinis animi vel ex eo loco patet quem jam ex Musladini Sadi rosario allegavit l. c. Pfeiffe-

Digitized by Google

forus. In sacris literis tales appellationes non sunt insolitae. Sic Messias vocatur *stella* a Bileamo Num. XXIV: 17. De ecclesia similem phrasin habes Cant. VI: 10. Confer etiam Dan. XII: 3. & praecipue Siracidem L: 7. ubi Simon dicitur Ἀστὴρ ἑωσφόρος ἐν μέσῳ νεφέλων. Id quoque pervulgatum est apud scriptores exoticos. Sic Apollonius Rhodius L. I. vs. 774. Jasonem describit φαεινὸν ἀστέρι ἴσον. Vide eundem L. II. vs. 41. 42. sic Horatius Augustum vocat Julium *Sidus* Od. L. I: 11: 47. & populum Romanum Bruti socios stellas vocavisse idem poeta docet L. I. Sat. VII. vs. 24.

SOLEM Asiae Brutum appellat, Stellasque sa-
lubres
Appellat comites

Plura hujus rei exempla qui desiderat, evolvat, qui nobis heic otia fecere, Lud. de la CERDA in comm. ad Virg. Aen. VIII. vs 587. C. BARTHIUM in notis ad Musaeum vs. 22. p. 41. ut & in CLAUDIANUM ad III. Cons. Honorii vs. 130. pariter ad L. de nupt. Hon. vs. 1. Jo. *Weitzium* ad Flaccum L. V. vs. 466. & ad eundem L. V. vs. 366. Lamp. ALARDUM, qui Barthium impudenter exscripsit. Inprimis astrum symbolum fuit pulchritudinis. Hinc formosissimus apud Hor. Od. L. III. c. 9. vs. 21. vocatur SIDERE PULCHRIOR. Et Claud. Fescennina ita inchoat,

Prin-

Principis coruſco ſidere pulcr
Aelianus V. Hist. L. XIII
formam egregiam descript
ἀστὴρ, ὡραῖος ἄγαν. Inde rem
cupiunt eam conferebant
Vide Val. Flaccum L. IV. v
L. V. vs. 366. & 466. L. VIII
quam pulchritudo tribuebatu
qualem indicare Esther
Edom. II. X. vs. 318.
Ὄμματα οἱ κάλλιστα ἐν ἀθανάτοις ἐτέτυκτο
Edita in aethereo pulcherrimu
Apoll. Rhod. Argon. vs
Aen. VIII. vs. 589. Imm
mmum sive ἀστεροειδὲς est
Amasiam suam SIDUS
Ep. XVII: 31. Sic de C
ernus c. 13. eum *laetissimo*
ingens super fausta nomina,
& poppam & Alumnum ap
ex his manifestum est,
Esthere tam exim
ראה ראה ראה ראה
II: 7. 9. quam in delici
rium, illud nomen dari
nt exempla, ex qu
populos inter nomina
conflat. Vel illud de
qui saeculo secur
dictum בר כוכבא,

Digitized by Google

forum. In sacris literis tales ampliat
non sunt insolitae. Sic Messias vocat
la a Bileamo Num. XXIV: 17. Ut o
similem phrasin habes Cant. VI: 10. I
etiam Dan. XII: 3. & praecipue Sap.
L: 7. ubi Simon dicitur ἄστρον λαμπάδ
ἐν νεφέλαις. Id quoque pervulgatum
apud scriptores exoticos. Sic Apollo
Rhodius L. I. vs. 774. Jasonem decorum
ἀστερι εἰσον. Vide eundem L. II. vs.
sic Horatius Augustum vocat Jubar
Od. L. I: 11:47. & populum Romanum
socios stellas vocavisse idem poeta dicit
Sat. VII. vs. 24.

SOLEM *Asiae Britram appellat, Stellae*
labres

Appellat comites

Plura hujus rei exempla qui desiderat, a
vat, qui nobis heic otia fecere, Lud. d
CERDA in comm. ad Virg. Aen. VIII
587. C. BARTHIUM in notis ad Mosc
vs. 22. p. 41. ut & in CLAUDIANUM ad
Cons. Honorii vs. 130. pariter ad L. de
Hon. vs. 1. Jo. *Weitzium* ad Flaccum L.
vs. 466. & ad eundem L. V. vs. 366. I
ALARDUM, qui Barthium impudenter
scripsit. Inprimis astrum symbolum
pulchritudinis. Hinc formosissimus q
Hor. Od. L. III. c. 9. vs. 21. vocatur Sid
RE PULCHRIOR. Et Claud. Pulcrior
ta inchoat,

Princeps coruſco ſidere pulcrior.

ta Aelianus V. Hist. L. XIII. c. 1. Atalan
te formam egregiam descripturus, ἐπὶ φύσε,
inquit, ἀστρου ἀστρῳ. Inde rem pulchram de
scripturi eam conferebant cum sideribus.
Vide Val. Flaccum L. IV. vs. 190. & 331.
L. V. vs. 366. & 466. L. VIII. vs. 26. Inpri
mis ea pulchritudo tribuebatur stellae Vene
ris, qualem indicare Estheram, vidimus.
Sic Hom. Il. X. vs. 318.

Ἕσπερε, ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστὴρ,

Exstat in aethereo pulcherrimus Hesperus orbe.

Vide Apoll. Rhod. Argon. vs. 40. 41. 42. &
Virg. Aen. VIII. vs. 589. Immo inter voces
amantium sive ἀστροθεσίαν est *stella* vel *sidus*.
Sic Amasiam suam SIDUS aureum vocat
Hor. Ep. XVII: 31. Sic de Caligula narrat
Suetonius c. 13. eum *laetissimo obviorum agmi*
ne incessisse super fausta nomina, SIDUS & pul
lum & puppum & Alumnum appellantium. At
que ex his manifestum est, quam apte &
eleganter Estherae tam eximia forma virgi
ni, פת-תאר וטובת מראה, qualis describitur
Esth. II: 7. 9. quam in deliciis habebat rex
Persarum, illud nomen dari potuerit. Ne
que desunt exempla, ex quibus apud Ori
entis populos inter nomina propria illud fu
isse constat. Vel illud docere potest ille
בר כוזיבא, qui saeculo secundo se Messiam
jactabat, dictus בר כוכבא, *filius Cocabi*, i. e.
stellae.

Digitized by Google

§. 14. Sed videndum porro annon apud Persas eadem vox deliteſcat in aliis vocibus. Fit illud, ſi ſummorum virorum auctoritatibus ſtandum eſt in voce *Aſtramphychus* (V. Scal. de Em. T. p. 588.) & ZOROASTRIS. Hoc jam pridem animadvertit J. SCALIGER in anim. ad Euſ. Chronicon p. 15. En ejus verba: *Vult Diogenes Laertius Zoroaſtrem lingua Perſica ſignificare* aſtrorum ſacrificulum. *Nos ſcimus de poſteriore verbo veriſſimum eſſe* Eſther *Perſice eſſe* ἀστὴρ *aut* ἀστρον, *unde* Eſther *dicta fuerit. De priore membro quaerant peritiores linguae Perſicae, non enim ſumus ii, quos pudet non omnia ſcire.* Idem agnoſcit G. J. Voſſius L. II. de Idol. c. 21. Quod fatetur vir ille maximus ſe neſcire, id indagare conati ſunt alii. Bochartus in Phaleg. L. IV. c. 1. eandem τῇ *eſter* Perſicam ſignificationem retinet, priorem vocem ab Ebraico שור, quod eſt *contemplari* arceſſit. Aſtri ſignificationem in illa voce quoque contineri ſtatuit Dinon hiſtor. L. XV. apud Diogenem Laertium L. I. c. 8. qui μεθερμηνευομενον, Φησι τον ζοροαστρην ἀστροθυτην εἰναι, quam vocem Bochartus corrigit ſubſtituendo ἀστροθεάτην. Gregorius Turonenſis L. I. hiſt. Franc. Pſeudo Clemens in recognitionibus L. IV. c. 27. Abunephius apud Kircherum explicant vocem per *vivum* ASTRUM, primam ſyllabam à ζη imperite deducentes. Jo. H. *Urſinus* in exerc. de Zoroaſtre conjicit ex voce *Zaruam*, quae ſit materia

§. 14. Sed videndum porro annon Persas eadem vox delitescat in illo vo- Fit illud, si summorum virorum auctoritatibus standum est in voce *Astrampsych.* Scal. de Em. T. p. 588.) & ZOROAST Hoc jam pridem animadvertit J. Sca GER in anim. ad Eus. Chronicon p. ejus verba; *Vult Diogenes Laertius Zoroastres Persica significare* astrorum *Nos scimus de posteriore verbo negan Esther Persice esse* aqua aut unda, *nihil dicta fuerit. De priore membro quaeram linguae Persicae, non enim omnia si, omnia scire.* Idem agnoscit G. J. Vo M. de Idol. c. 21. Quod fatetur vi eximus se nescire, id indagare conat alii. Bochartus in Phaleg. L. IV. c. 1 ri esset Persicam significationem priorem vocem ab Ebraico שור, quo *contemplari* arcessit. Astri significatio illa voce quoque contineri statuit hi histor. L. XV. apud Diogenem Laertium c. 8. qui μαθηματικωτατον, ὅτι τ ἀστρολογικωτατον εἶναι, quam vocem Bochar corrigit substituendo ἀγοητικον. Gregor Turonensis L. I. hist. Franc. Pseudo Cle in recognitionibus L. IV. c. 27. Abunda apud Kircherum explicant vocem per ASTRUM, primam syllabam à *Zo* deducentes. Jo. H. *Ursinus* in exerc. de Zo stre conjicit ex voce *Zaruam*, quae fe

tia & mater omnium seminum, nomen illud conflatum, quasi ille se dixerit *Zaruami astrum.* Quid si conflatum hoc nomen dixerimus, à שור, quod ut apud Ebraeos, Arabes, & longe plures populos alios, ita & apud *Persas principem* & *Dominum* significat, unde & *Surenae* nomen, quod teste Zosimo ἀρχης τῶν περσῶν ὄνομα. Atque ita Zoroaster, vel ut rectius scribitur Zoroastres, significaret, *dominum astrorum* vel *princeps astrum.* Ita sane vitaretur illud incommodum, quod in Bochartiana sententia est, ubi vox statuitur hybrida, quales vix pati possum, & nomen conveniret viro illi apprime. Ne enim dicam sapientis, qualis ille habebatur, esse *dominari astris*; meminerimus vetustae traditionis, qua dicitur, eum astris multum ac *frequenter intentum & volentem videri Deum, velut scintillas quasdam ex stellis producere, & hominibus ostentare coepisse, quo rudes atque ignari in stuporem miraculi traberentur. Deinde autem à Daemone suo concrematum vehiculo in coelum raptum, sideribus immixtum, tanquam VIVUM SIDUS fuisse cultum,* quae verba ita ex versione Ruffini apud Pseudo-Clementem leguntur. Sed nolo me huic argumento de Zoroastris vel nomine vel persona, a tot eruditissimis discusso, immergere amplius. Illos tamen, qui hic aliquid astri putant se invenisse, illi videant, quomodo hoc ad vocem *Zarduſt* vel *Zerduſt* transferri possit, cum Per-

sae

Digitized by Google

sae ita nominaverint illum, quem deinceps Graeci ζωροαστρην appellaverunt.

§. 15. Et quid miramur in Persia hujus rei documenta exstare, cum in linguis fere omnibus, quibus Europaei nostri utuntur, talia manifestissime supersint. Quid aliud est GRAECORUM ἀστηρ & ἀστρον; (k) Quid aliud eorundem στερεον, quae notant astra, teste Hesychio; Στερεαν πυρ των λιμαρικων ψηφων, οἱ δε ΑΣΤΕΡΑΣ? Quid LATINORUM aSTRum? Quid GERMANORUM STeRn & geSTiRn? Quid BELGARUM STeeRne, & STeRne, & StaRRen? Quid ANGLORUM STaRNE, DANORUM STieRNe, & SUECORUM STieRNna? ISLANDORUM sTiRana, qui inde Astronomum dicunt stiornu meistare. In versione antiquissima, quae Ulfilae vulgo attribuitur, legitur *Steorra*. Num vero idem in Latinorum *sidus* quoque contineri dicamus? Ego sane non dubitem. Neque tu dubitabis, si flexionem vocis adtenderis SiDeRis, & in numero plurali SiDeRa, *siderum* &c. ecquis enim non in his תוכ כוכבים & in statu con-

(k) Quis non hoc praetulerit aliis ἑτυμους, quando astrum vel ab ἀιρω, *splendeo*, vel ab ἀιθω, ἀιειω, uro, vel ποιεω το ϛω, ϛησω, ϛηϛ, vel quia in coelo ἑστηκεναι, dictum putant? quando *sidus*, quia *insidet* se. coelo vel ab εἰδω, species, forma appellatum scribunt!

Digitized by Google

sæ ita nomina verint illum, quem ita Graeci Ζωροαστρην appellaverunt.

§. 15. Et quid miramur in Persis hujusmodi documenta exstare, cum in linguis Europaeis nostris utrumvis reperire sit facillimum? Quid aliud est CORUM ἀστρα & ἀστερα; (k) Quid eorundem Στειρια, quae notant astra? Hesychio; Στειρια τους τους Ἀνεμους καὶ τὰ ἄστρα? Quid LATINUM aSTRum? Quid GERMANORUM Stern & geSTiRn? Quid BELGARUM STeRRe, & STeRRen? Quid ANGLORUM STaRNE, DANORUM STiERNa? & SUECORUM STieRNa? ISLANDORUM sTiRna, qui inde Astronomi sunt stiornu meistare. In versione ejusdem, quae Ulfilae vulgo attribuitur, legitur Scorra. Num vero idem in Latinorum quoque contineri dicamus? Equidem non dubitem. Neque tu dubitabis, si primum vocis adtenderis SiDeRis, & secundo plurali SiDeRa, *sidera* &c. quae enim non in his τῶν סירים & in

(k) Quis non hoc praetulerit aliis [illegible] astrum vel ab *aivw*, *splendeo*, vel ab ἀΐσσω, *micuro*, vel ἀπὸ τοῦ σεω, σεμαι, σης, vel quia ἀστεμπελᾶται, dictum putant? quando ἀστὴρ ἐπιβάλλει τῷ ἀέρι. coelo vel ab εἶδος *species*, [illegible] pellatum scribunt!

constructo סִדְרִי, *sidre* clarissime deprehendit?

§. 16. Hinc elisō d; qualis elisio exemplis non caret, qualemque paulo antea in סהר jam observavimus, facta vox Σειρ, unde Σειριος, *Sirius*; Quae quidem luminum principem, *solem* notant, ut & non infimae magnitudinis astrum, quod à cane nomen habet, sed & generaliter omnia, teste Ibyco, antiquissimo Poeta apud Hesychium; cujus verba notanda sunt. Σειριος ὁ ἡλιος καὶ ὁ τοῦ κυνὸς ἀστηρ & paulo post. Σοφοκλης τὸ ἄστρον κυνα. ὁ δὲ Ἀρχιλοχος τὸν ἡλιον, Ἴβυκος δὲ ΠΑΝΤΑ τὰ ἄΣΤΡΑ. Quibus prorsus gemina habet Suidas. Σειρ, σειριος, ὁ ἡλιος, καὶ σειριος. Et deinde. Σειριον. τὸν κυνα. ὅτε δὲ καὶ τὸν ἡλιον. Ἴβυκος δὲ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ἌΣΤΡΑ ΣΕΙΡΙΑ λεγει. Et Schol. Apoll. Rhod. ad L. II. vs. 519. de voce agit prolixe, & inter alia commemorabilia haec habet; Ὁμοιως παντα τα ἀστρα ΣΕΙΡΙΑ λεγοιντο, διονει - τειρεα τινα ὄντα. Quibus addo Etymologum, qui in Σειριαω ita scribit. Ἐνιοι πασαν τὴν ἀστρα σειριαν καλουσι, τειρεα ὄντα καὶ σημεια τῶν πλεοντων. Ὁθεν Ἀντιμαχος Σειριαν τὸν Διὰ ἐφη διὰ τὸ ἀστρον. Ex quibus patet Jovis astrum quoque ita dictum. Σειριᾶ, explicat Hesychius. φλεγμαινει, καιεται, (lege καιεται) *lucet*, *micat*, *fulget*. Quod Latinis est *fideratio*, id Graecis σειριασις. Tanaquillus Faber in notis ad Longinum C. XV. §. 8. non parum se jactat, quando hinc

Digitized by Google

hinc vocis *fideris* originem putat se primum omnium invenisse. Cer inquit, *sol est*, ceg, *astrum*, *unde & Latinorum SIDUS*, *quod, ni fallor, primus omnium moneo, Nam quae de illius vocis etymo dixerunt & Varro & Isidorus, & ii quos appellare nolo, meae nugae sunt.* Haec ille. Quid dixisset, si illi in mentem venisset nostri סדרים vel רעים. Porro huc pertinere ἀστραβην, i. e. *fulmen*, *fulgorem*, & quidem, teste Polluce, talem, qualis convenit astris, & *Fulgur* diceres. Quod etiam sine ἀ praefixo scribitur στεροπη. Hesychius, στεροπη, ἀστραπη, αὐγη. Praeterea idem Asteos explicat ΛΑΜΠΡΟΝ. Porro huc refero sublata prima litera Τερετα, quasi στερετα. Et ea notant astra. Hesychius. Τερετα, ἀστρα. Idem Eustath. ad Hom. Od. E. docet.

§. 17. Certe tantam convenientiam tot vocum, & tantum non omnium, coelestes orbes denotantium in tam diversis linguis forte fortuna contigisse ecquis crediderit? Quin, quis dubitaverit in lingua primaeva radicem aliquam fuisse, quae *lucendi*, *fulgendi* significationem habuit; & ad quam referendae sint reliquae omnes. Neque heic excludam esse velim ipsam Latinorum *STellam*, quod rursus est nostrum *Star*, vel *Stern*, litera r in vicinam maxime l commutata, quo nihil frequentius est. Unde deinde Gallorum *estoile*, & Hispanorum *Estelle* efficta sunt. Potuit id fieri eo facilius, quo certius

...et idem accidisse eadem
...voce; V. gr. Stellam voca
...pisces marini genus, quod o
...luae speciem quandam habet
...Turbot, ubi easdem de
...consonantes litera R solu
...facili itaque modo astra, quo
...que, ut dicta sunt, usi Ar
...eadem ob causam Eoστr, unde
...um, & Gallorum *astre*, e
...ulor, fomacula a luce scilic
...men appellatio deinceps ad
...mutata est.

...t. Quod itaque tot vo
...ter notant, contigit, ut
...requem suam petant, id c
...ere ni, ורדף evenisse c
...nimus enim utrobique
...ens. Quae enim additae
...ad in fine literulae mora
...et. Non initialis. Nem
...ignarum studio tam paru
...rack, ut nesciat, Orienta
...sae frequentissime & vel a
...ae praefigere, praesertim
...tantum vel unam ex denta
...d h. jam aliboi aliquem e
...logum dedi. (1) Is nu
...ctatus augeri posset. S

(1) Diff. de Orph. c. IV. §. 7
...394.

Digitized by Google

hinc vocis *sidera* originem petat [illegible] omnium invenisse. Ceu inquit, si [illegible] ἀστρον, *astrum*, unde & Latinorum stella, [illegible] *stellar*, primus omnium mortalium [illegible] illius vocis etymo dixerunt & Vim & [illegible] & ii quos appellare nolo, meras nugas [illegible] ille. Quid dixisset, si illi in mentem [illegible] nisset nostri שדר vel רעה שדים, hue [illegible] pertinere ἀστρον, i. e. *fulmen*, [illegible] quidem, teste Polluce, talem, quale [illegible] nit astris, & *Fulgur* dicerus. Quod etia [illegible] a praefixo scribitur στρώνη, Hesychio [illegible] στρατη, ἀστρη, ἀυγή. Praeterea idem [illegible] explicat ΛΑΜΠΡΟΝ. Porro huc [illegible] lata prima litera Ταρσὸς, quasi στρσὸς, [illegible] notant astra. Hesychius, Ταρσὸς, ἀστ[illegible] Eustath. ad Hom. Od. E. docet.

§. 17. Certe tantam convenientia [illegible] vocum, & tantum non omnium, [illegible] stes orbes denotantium in tam diversi[illegible] guis forte fortuna contigisse equus [illegible] rit? Quin, quis dubitaverit in lingu[illegible] maeva radicem aliquam fuisse, quae [illegible] *fulgendi* significationem habuit; & si [illegible] referendae sint reliquae omnes. Nego [illegible] excludam esse velim ipsam Latinorum [illegible] *lam*, quod rursus est nostrum *Sar*, vel [illegible] litera r in vicinam maxime l commu[illegible] quo nihil frequentius est. Unde deduc[illegible] Ilorum *sfoile*, & Hispanorum *sfoile* [illegible] sant. Potuit id fieri eo facilius, quo

plus est idem accidisse eadem ratione simili in voce; V. gr. Stellam vocant Latini quoque piscis marini genus, quod ob quinq; radios stellae speciem quandam habet. Ille Graecis dicitur Στανρος, ubi easdem deprehendis literas consonantes, litera R solum mutata in L. Simili itaque modo astra, quod lucida sint & ignea, ut dicta sunt, uti Anglo Saxonibus eandem ob causam *Eostr*, unde deinde factum *Astrum*, & Gallorum *astre*, *estre* sunt *focus*, *foculare*, *fornacula* a luce scilicet & igne, quae tamen appellatio deinceps ad omnes domus translata est.

§. 18. Quod itaque tot vocibus aliis, quae *sidera* notant, contigit, ut à שדר vel שתר originem suam petant, id quoque τῇ Ασσερ sive [illegible] עשתרות evenisse censendum est. Invenimus enim utrobique easdem prorsus literas. Quae enim additae sunt & in initio & in fine literulae notari nos non debent. Non initialis. Nemo enim facile in linguarum studio tam parum versatus esse potest, ut nesciat, Orientales vocibus suis quam frequentissime א vel aliam ex gutturalibus praefigere, praesertim ante literam sibilantem vel unam ex dentalibus, praecipue S & R. Jam alibi aliquem ejusmodi vocum catalogum dedi. (1) Is nunc infinitis accessionibus augeri posset. Si quis Hadr. Relandi

(1) V. Diss. de Θεολ. c. IV. §. 7. hujus Bibl. T. V. p. 294.

Digitized by Google

landi dissertationem de vocabulis Persicis in Talmude, quæ in dissert. Miscellaneis *nona* est, legerit, deprehendet ea, quae ibi sub litera א occurrunt, quasi indicem esse talium vocabulorum. Nunc unicum tantum prorsus finitimum exemplum earundem literarum addo; Στατὴρ graecis est monetae genus; hinc Persae fecerunt ܐܣܬܒܪ *Astbar*, atque illud fit majoris commoditatis gratia in pronuntiando, ubi vox a duplici consonante, uti heic, incipiatur. Neque impedit quod in עשתרת occurrat ע non א. Cum talium gutturalium permutatio sit maxime vulgaris, praecipue א & ע; Notum est, quod de discipulis R. Eliesaris in Gem. Berachoth fol. 31. 2. legitur, eos legisse א pro ע, & ע pro א &c. קורין לאלפין עיינין &c. לעיינין אלפין &c. Saltim in hac voce ת ע non aliter lectum esse, quam א, patet ex lectione Graecorum, qui Astarten pronuntiarunt. Uti & Syri ferebunt ܐܣܬܪ, non ܥܣܬܪ. Illud autem A esse praefixum tantum inde constat, quod nunc praefigitur, nunc omittitur. Praefigitur in *Esther*, *astrum*, *aisne*, *Eostre*, *eastre*, *Ostera*, & nostra *Astarte*, sicut & Galli rursus in *Estoile* (m) & Hispani in *Estelle*, quae utraque vox a *Stella* Latinorum, adeoque ejusdem radicis est, eam praefixerunt. Contra dem-

(m) Solemne id Gallis. Vide G. Eccardum ad LL. Salicas p. 28.

menta illa litera est in Σηρεα
Itali in hunc usque diem re
ure, Stierne, Stiorna,
ic literae praefixae consu
nalem adtinet T, ea vel ad fe
dicis numeri ת referenda
ndi, at patet ex Philastri
ae, ex quo perlepide ho
ne dixit, de *Ostera* supra pag.
§. 19. Habemus nunc
ibantes, & ex convenientia
ne offendimus eam a radic
regnem suam trahere, &
rem habere POSSE. N
mersis, ut vocare libet, transi
ppe Astarten fuisse *stellam*
ligiam aliud per illam in
rum finem meminerimus
ngo antiquissimis Astrorum
ssi, eumque omnium esse
ndonicum, quod praeter ill
res digna honoribus censeb
rationis usum adscribeban
ones regi credebant; Imm
dumentum omnis reliqu
ra cum συμπαντεσσι ort
ἀμφοτερα longe lateque,
ndem implevit; Illa
ecos & Barbari, non mi
m, quam qui Asiam, A
ant. Nusquam autem g
Gall. VIII, Fasc. IV.

Digitized by Google

landi dissertationem de vocibus Pers
Talmude, quæ in dissert. Miscellanea
est, legerit, deprehendet ea, quæ
litera ע occurrunt, quasi indicem effe
vocabulorum. Nunc unicum tantu
fus finitimum exemplum eruendo
rum addo; Στερς graecis est nume
nus; hinc Persæ fecerunt ستارة
que illud fit majoris commoditatis
pronuntiando, ubi vox a duabus
te, uti hoc, ibchatur. Negue
quod in עשתרת occurrat ע non
lium gutturalium permutatio
vulgaris, præcipue א & ע; Notum
de discipulis R. Eliezeris in Gem.
fol. 31. 2. legitur, eos legisse
pro א &c. בעיין &c. בעין
Saltim in hac voce ת ע non aliter
se, quam א, patet ex lectione Graecorum
Astarten pronuntiarunt. Illi &
buunt Λοιλωθ, non Λοιλωμ.
tem A esse præfixum tantum inde
quod nunc præfigitur, nunc omittitur
figitur in Ester, astram, ἀστρ,
Ostera, & nostra Astarte; sicut &
sus in Steirle (m) & Hispani in
utraque vox a Stella Latinorum,
ejusdem radicis est, eam præfixerunt

(m) Solenne id Gallis. Vide G. Escalan
Salicas p. 28.

demta illa litera est in Στερεα, *Stella*, quod & Itali in hunc usque diem retinent. Stern / *starre*, ستارة, *Stierne*, *Stiorna*, *sidus*, *Saturnus*. Et sic literae praefixae consuluimus; quod finalem adtinet T, ea vel ad femininum ת vel pluralis numeri ות referenda est, & omitti potest, ut patet ex Philastrio, qui habet *Astar*, ex quo perlepide hominem finxit; vide diss. de *Ostera* supra pag. 483.

§. 19. Habemus nunc τὸ *formale* nec Astartes, & ex convenientia soni literarumque ostendimus eam a radice שתר vel סתר originem suam trahere, & astri significationem habere POSSE. Nunc ad το (B) *materiale*, ut vocare libet, transimus, evicturi, reapse Astarten fuisse *stellam*, neque fere quidquam aliud per illam indicatum fuisse. Eum in finem meminerimus a temporibus longe antiquissimis Astrorum cultum fuisse in usu, eumque omnium esse vetustissimum, immo unicum, quod praeter illa paene nihil divinis digna honoribus censebant; iis & vitam & rationis usum adscribebant, ab iis res humanas regi credebant; Immo inde fons & fundamentum omnis reliquae idololatriae una cum πυρολατρεια orta. Illa vero Ἀστρολατρεια longe lateque, qua patet, terrarum orbem implevit; Illa infecti fuere & Graeci & Barbari, non minus, qui Europam, quam qui Asiam, Africamque incolebant; Nusquam autem gentium id magis

Digitized by Google

obtinuit, quam apud illos, qui plagas habitabant Orientales, & in iis, qui Phœnicen, & Arabiam, ubi Astartes cultus vigebat in primis. Liber mihi scribendus esset, non dissertatio, id si persequi ita vellem, ut possem. Illi etiam, qui de veterum idolorum cultu commentati sunt, id ostenderunt tam luculenter & copiose, ut ulteriori demonstratione possim supersedere. Liceat itaque & hinc *generatim* inferre sub nomine Astartes ASTRUM aliquod cultum fuisse.

§. 20. Sed & illud nunc *speciatim* quoque declarandum est. Plauto, aut quisquis eorum versuum auctor est, de eo enim J. Camerarius, aliique dubitant, in Mercatore A. IV. sc. 5. v. 18. ita Astarte describitur,

Diva Astarte hominum, Deorumve vis, vita, salus, rursus eadem quae est
Pernicies, mors, interitus, mare, tellus, cœlum, SIDERA.

Mor. Isaac Syrus, quem Kircherus in Oedipo Aegypt. & ex eo alii allegarunt, in cosmographia Syriaca haec habet. ܐܣܛܪ

ܐܣܛܪ ܒܥܠ ܟܘܟܒ ܡܢ ܟܘܟܒ̈ܐ ܙܥܘ̈ܪ̈ܐ ܐܝܬ ܠܗ ܡܠܟ̈ܘܬ ܒܥܠ ܡܢ ܡܠ̈ܟܐ ܙܥܘ̈ܪ̈ܐ

Astbaroth est una ex stellis minoribus seu umbrae (ita ad verbum haec vertenda sunt, an vero planetae iis indicentur videant alii) *quae vocatur nomine suo Mylitta, sive*

obtinuit, quam apud illos, qui pro bitabant Orientales, & in iis, qui & Arabiam, ubi Astartes cultus ex primis. Liber mihi scribendo est dissertatio, id si persequi ita velim sem. Illi etiam, qui de veterum a cultu commentati sunt, id ostentat luculenter & copiose, ut ulteriore stratione possim supersedere. Inter & hinc generatim inferre sub nomi tes ASTRUM aliquod cultum subs

§. 20. Sed & illud nunc [illegible] declarandum est. Plauto, aut cu rum versuum auctor est, de eo cui merarius, aliique dubitant, in Mo A. IV. sc. 5. v. 18. ita Astarte dicit

Diva Astarte hominum, Deorumque fa lus, rursus eadem quae d

Pernicies, mors, interitus, mare, vide SIDERA.

Mor. Isaac Syrus, quem Kirchero dipo Aegypt. & ex eo alii allegant mographia Syriaca haec habet.

[illegible] *Abbaroth & ea memoribus seu umbrae* (ita ad verbum tenda sunt, an vere planetae iis ind videant alii) *quae vocatur nomine*

sive *Ilithyia*, (n) i. e. genetrix & obstetrix; Et hinc varia Astartes nomina, quae omnia stellam ea indicari monent. Herodianus L. V. c. 6. Phoenicibus scribit dictam Ἀφροδίτην. Neque enim opus est, ut hanc vocem cum P. FABRO Semestr. L. III. c. 1. G. J. VOSSIO de Idol. L. II. c. & Nic. FULLERO Misc. L. I. c. 13. corrigamus, & loco Astartes suppositum credamus. Quin indicare videtur id, quod Astarte reipsa designat, scilicet; ἀρχὴν τῶν ἄστρων, i. e. PRINCIPEM ASTRORUM; quod idem est cum Ἀστραρχὴ, ut lunam vocat Orpheus, aut cum ἔφορε τῶν ἄστρων titulo, qui apud Etymologici M. auctorem legitur cum מלכת השמים REGINA COELI, quae commemoratur Jer. VII: 18. XLIV: 17. cum BELISAMA, quod nomen in veteri inscriptione apud Conseranos in Novempopulonio legitur, nihilque aliud quam *Coeli Dominam* quasi בעלת השמים notat. Porro, ad stellas nos quasi manu ducunt reliquae, quae Astartae, dantur vel appellationes vel epitheta. V. gr. quando, quod persaepe fit, dicitur COELESTIS, vel Sanchuniathoni apud Eusebium COELI FILIA, vel quam plurimis aliis ΟΥΡΑΝΙΑ, ab Chaldaeorum אור vel אורא, lux, ignis, unde & ὀυρανὸς & Ur Chaldaeorum

(n) Has voces enim a Syro puto innui, quarum prior Herodoto Assyriorum Venerem significat, altera notum est Graecorum numen.

Digitized by Google

rum, & Horus Aegyptiorum, & Orion, Graecorum πυρ, noſtrum Feuer, & innumera alia originem ſuam hauſere; (o) Uti igitur אור notat ſolem apud Jobum Cap. XXXI: 26. ita ουρανια indicare poteſt vel lunam, vel aliam inſignioris notae ſtellam addito ex Syrorum more ת, unde factum אורתא &, אורניא, quae vox Θεον επιφανειαν ſignificare poteſt, uti Aſtarten noſtram vocat Diodorus Siculus L. II. p. 92.

§. 21. Patet ex his Aſtrum aliquod per Aſtarten eſſe ſignificatum. Quale autem illud fuerit, de eo *certant, & adhuc ſub judice lis eſt.* Utrumne enim per illam LUNA, illa *ſiderum regina bicornis*, uti Horatius vocat, illud ἀστρον πεσσβιτον, ut Aeſchylo dicitur, *illa Phoebe, aſtra quam cingunt vaga, lateque fulgens aetheris magni decus*, ut Senecae verbis utar, id quod Luciano, Herodiano, Phavorino, Abarbeneli, & nuper Petro viſum eſt JVRIAEO, (p) an Venus, (q) quod a multis creditum fuiſſe oſtendi ſupra pag. 486. num vero Juno, quod Auguſtinus aſſeverabat, aut Cybele, ut Grotius & Huetius

(o) Vide Bibl. noſtrae T. I. Faſc. I. p. 57. & T. VIII. p. 472.

(p) Singulari illud capite oſtendere id conatus eſt in l. c. P. IV. c. 4.

(q) Illam cum luna ſaepius confundi oſtendit Voſſius de Idol. L. II. c. 27. Millius in diſſ. de Gad & Meni §. 9. 10.

Digitized by Google

rum, & Horus Aegyptiorum, &c Graecorum ἥλιος, nostrum Sonne, & mera alia originem suam haurire; igitur שמש notat solem apud Joan. XXXI: 26. ita ουρανια indicare pos Junam, vel aliam insignioris notae addito ex Syrorum more ת, unde שתרת &, אשתרת, quae vox Gen significare potest, uti Astarten indicat Diodorus Siculus L. II. p. 92.

§. 21. Patet ex his Astrum illud Astarten esse significatum. Quae illud fuerit, de eo certant, & adhuc lis est. Utrumne enim per illam Lu la *siderum regina bicornis*, uti Horatius illud ἀστρον πτεροβιστον, ut Aeschylo dicit *Phoebe, astra quam cingunt vagi*, sacr *genus aetheris magni decus*, ut Senec utar, id quod Luciano, Herodiano, vorino, Abarbeneli, & nuper Petro est JVRIAEO, (p) an Venus, (q) quae multis creditum fuisse ostendi Iurg 486. num vero Juno, quod Augustin severabat, aut Cybele, ut Grotius

(o) Vide Bibl. nostrae T. I. Fasc. I. p. 57. & T. p. 472.

(p) Singulari illud capite ostendere id conat in l. c. P. IV. c. 4.

(q) Illam cum luna saepius confundi ostendit de Idol. L. II. c. 27. Millius in diss. de Gabbai §. 9. 10.

tius putabant, an vero alia ex siderum grege intelligenda sit, exacte nolim definire. Video enim magis, ac magis historiam idololatriae veteris, nil nisi molem rudem, indigestamque esse, tot implexam dumis, ut nihil fere accurati, certique de ea tradi possit. Ut tamen, sub nomine Baalis & Molochi sol potissimum ab Orientis populis cultus fuit, ita sub nomine Astartes, & deinde Astaroht, quae נעלים בעלים frequenter admodum & fere semper in codice sacro adjunguntur, LUNAM adoratam fuisse existimo. Et illi percommode hoc nomen, quod proprie *stellam* denotat, datum est, cum & apud alios scriptores κατ' ἐξοχην SIDUS dici soleat. Vide quae in hanc rem notavit Cel. BURMANNUS ad Petronii C. CXIX. & S. Tennulius ad FRONT. strat. L. I. c. 12. ex. 9. Et sic lunae astrorum principi nomen pluralis numeri עשתרות datum est excellentiae causa ex illarum nationum more. Deinde videtur id quoque nominis translatum ad reliquas errantes stellas, imo omnem astrorum exercitum, quem sub titulo των עשתרות venerabatur oriens; Hoc unicum liceat addere observationis, cum Sanchuniathon apud Euseb. L. I. Pr. Ev. Astarten scribit sibi imposuisse caput bubalum της βασιλειας επιθημον, adeoque cornibus ornatam fuisse, in eo respicitur vel ad lunae, quam Astarten esse volunt, cornua, vel

Digitized by Google

vel ad radios micantis hujus ſtellae, qui eadem voce a Phœniciis, qua & cornua ſolent, קרנים שני inſigniuntur.

§. 22. Habemus *formale* pariter & *materiale* hujus nominis, diſpiciendum porro, anne (C) & *analogia* congruat, i. e. anne in finitimis rei vocabulis ſimilis efformatio inveniatur? Verum enim vero tales certe non deſunt. Huc retulerim illam,

quæ *caede madentes*
Ultima cœleſtum terras ASTRAEA reliquit,

quam in aſtrorum choro non ultimo loco collocat Antiquitas. Porro inter cognomenta Jovis, in ſtellarum agminibus non poſtremi, eſt quoque ASTERII, apud Euſebium, Diodorum Siculum, Apollodorum, Tzetzen. Ἄστριον appellat Lycophron vſ. 301. ubi vide Scholiaſten. Ἀστερίωνα vocat Etymologus magnus in Μίνως. Quid dicam de ASTRAEO, vel Ἀστραίῳ, quem ex aurora Patrem ſtellarum factum Apollodorus narrat L. I. c. 2. §. 4. Quid de ASTERIE, quem vel poli & Phœbes i. e. cœli & lunae, vel Titanis, i. e. ſolis filiam faciunt. Quid de *Aſtrateae* cognomento dato Dianae, teſte Pauſania in Laconicis c. 25. Fuere hi omnes aſtra, uti Aſtarte, eodemque modo, ut haec, inde nomen ſuum nacti.

§. 23. Addam tamen unicum, quod prae aliis notandum & vel ſolum rem conficere poteſt, SATURNUM. Dici nequit, quam ſe

vel ad radios micantis hujus ſtellae, q
dem voce a Phœniciis, qua & comas ſi
שער insigniuntur.

§. 22. Habemus *formale* prae
riale hujus nominis, diſpicendum
anne (C) & *analogia* congruat, i. e.
in finitimis rei vocabulis ſimilis ori
inveniatur? Verum enim vero hic
non deſunt. Huc retulerim illam,

. . . quæ caede madentis

Ultima cœleſtum terras ASTRAEA
quam in aſtrorum choro non ultim
collocat Antiquitas. Porro inter
menta Jovis, in ſtellarum agmine
poſtremi, eſt quoque ASTERII, qu
ſebium, Diodorum Siculum, Apollo
Tzetzen. Ἀστὴρ appellat Lycophron
ubi vide Scholiaſten. Ἀστεμὼν vocat Ly
logus magnus in Μινως. Quid dic
ASTRAEO, vel Ἀστραῖος, quem ex
Patrem ſtellarum factum Apollodorus
rat L. I. c. 2. §. 4. Quid de ASTERIA,
vel poli & Phœbes i. e. cœli & lunæ,
Titanis, i. e. ſolis filiam faciunt. Qui
Aſtraeae cognomento dato Dianæ, a
Pauſania in Laconicis c. 25. Fuere hi eti
aſtra, uti Aſtarte, eodemque modo
haec, inde nomen ſuum nacti.

§. 23. Addam tamen unicum, quod
aliis notandum & vel ſolum rem conſe
oteſt, SATURNUM. Dici nequit, q

ſe in indaganda illius originatione macerarint Grammatici, & quam inſulſae hinc, infice-taeque prodierint conjecturae. Quis enim, cum audit, quidquid hoc nominis eſt, quod tamen extra omnem dubitationem ex Eois plagis arceſſendum eſt, derivari vel e Graecia vel Latio, idque vel à Chaldaeorum שׁבת *deſtruxit*, *devoravit*, cum tamen teſte Dionyſio Halicarnaſſeo ἐ δαιμων πασης ἐυδαιμονιας δοτηρ, καὶ πληρωτης ἀνθρωποις vel a voce *Satur*, quod ſenex ſit dierum *ſatur*, aut, ut Cicero ait, *quod ſaturetur annis*, vel a *ſatu*, quaſi *Saturnus*, quod rerum omnium ſemen & origo, & quaſi *ſator* ſit, vel περὶ τὴν σαθὴν, i. e. pudenda, quae patri ſuo fertur praeſcidiſſe, veluti Sathimnum, ſibi temperet à riſu? Ne quid nugarum deeſſet, Banierium Gallorum Abbatem, (r) à voce *Sadora*, quae Martialem notat, Saturnum deduxiſſe, cum tamen ipſe, cujus linguae haec vox ſit, non indicet, lego. Vulgata maxime, & apud omnes inveterata opinio eſt, quando à טמן *latuit*, *abſcondidit*, originem repetunt, quam tamen neque tum, cum praetextatus puer eſſem, ferre potui. Nequibam enim concoquere ſtellarum fere maximae, cujus eſt lucem ſpargere, & a cultiſſimis populis ſumma veneratione cultae, quam *Patrem veritatis* omnia manifeſtantis faciebant, ab occul-

(r) Is Hagae Comitum edidit explicationem Fabularum hiſtoricam, 1713. 8.

Digitized by Google

cultando impositum fuisse nomen. Neque tamen occurrebat aliud, quod substituerem, antequam hujus שבתי notionis in mentem venit.

§. 24. Tunc enim didici *Saturnum* notare corpus splendens, luminans, quod vocamus *stellam*, seu astrum. Huc manu nos ducit (α) *formalis* ratio, sunt enim prorsus eadem literae, quae occurrunt in שתר, SaTuR &c. quibus adde, paragogicum ex Syrorum more, hinc, uti a בעל, *Baal* & *Bel* factum est Belenus, ita fit SaTuRNus & apud Germanos STeRN. Quamquam & illud omittitur saepius, quod patet ex nomine Belgarum *Saterdag*, & Anglorum *Saterday*; quo illi diem ultimum hebdomadae, i. e. Saturni exprimunt. Anglo-Saxones in versione veteri Marc. XV: 42. Sabbathum vertunt *Saeterdaege*. Ibi tamen Marc. XVI: 1. & in rubrica Luc. III: 1. scribitur SAETERES DAEG. Idolum *Saeter* cum Crodone à veteribus Germanis cultum scribit Ricardus Verstegan, Anglus, Ant. vest. c. 3. cujus tamen rei probationem allatam fuisse optarem. Quod (β) *materialem* attinet causam, quid ei appellationis conveniret magis, quam *stellae*, quae stellarum vagantium, ex quibus omnem Deorum cultum mutuari debere R. Salomon Isacides ad Gen. IV: 27. judicat, est prima & omnium altissima & maxima, & *summa* ut Macrobius vocat. Hinc Tac. Hist. L. V. c. 4. scribit Judaeos Saturno ho-

Digitized by Google

calculo impositum fuisse nomen. Nec men occurrebat aliud, quod similiter antequam hujus rei נכד notionis in me- venit.

§. 24. Tunc enim didici Saturnu corpus splendens, luminans, quod mus *stellam*, seu astrum. Huc manu cit (a) *formalis* ratio, sunt enim prorsu dem literae, quae occurrunt in כון, כ &c. quibus adde ך paragogicum et rum more, hinc, uti a כון, Baal et ל dum est Belenus, ita fit SaTuRNus de Germanos STeRN. Quamquam & omittitur saepius, quod patet ex ve Belgarum *Saterdag*, & Anglorum qu quo illi diem ultimum hebdomadis, turni exprimunt. Anglo-Saxonum ve veteri Marc. XV: 42. Sabbathum ve *Saeterdaege*. Ibi tamen Marc. XVI: 1. de brica Luc. III: 1. scribitur SAETERES Idolum *Saeter* cum Crodone à veteribus manis cultum scribit Ricardus Verste Anglus, Ant. vest. c. 3. cujus tamen re bationem allatam fuisse optarem. Quo *materialem* attinet causam, quid ei opp tionis conveniret magis, quam *fides*, stellarum vagantium, ex quibus ma Deorum cultum mutuari debere I lomon Isacides ad Gen. IV: 27. pu est prima & omnium altissima & xima, & *summa* ut Macrobius vocat. Hist. L. V. c. 4. scribit Judaeos Sa

honorem habere, *quod e septem sideribus, quibus mortales reguntur, altissimo orbe & praecipua potentia stella Saturni feratur.* Unde καθ' ἐξοχην dicitur כוכב & 'ACTPON in ipsis etiam sacris Amos. V: 25. Act. VII: 43. & pertinere ad την στρατιαν του ουρανου i. e. stellas Act. VII: 42. dicitur Quae etiam causa est, ut excellentiae causa appellari videatur *coeli numen* vel potius *lumen* in noto illo Juven. XIV: 96. De quo loco alias dixi, nunc tantum addo. Saturni stellam ibi intelligi, vel ex eo proclive est creditu, quod praecedente versu fit mentio Sabbathi, quo Judaeos Saturnum colere credebant gentiles. Hinc sub astri imagine colebatur Saturnus, ut rursus docent citati ex Amoso & Actorum libris loci. Hinc *coeli filium* vocabant Saturnum. Et haec procul dubio causa est, quod olim Molochi, quem Saturnum esse volunt, capiti in summitate frontis inter cornua lapidem pellucidum & coruscantem, tanquam stellae symbolum, imponebant, testibus Cyrillo in Amosum, & Theophylacto in Act. caput septimum.

§. 25. Denique idem (γ) αναλογια comprobat, quod & eodem modo à *lucendo* ei adhaeserint appellationes aliae. Sic καθ' ἐξοχην dictus est ΦΑΙΝΩΝ. Uti enim Jupiter φαεθων, Mars πυροεις, Mercurius στιλβων, Venus ἑωσφορος adeoque planetae omnes, quos hos quinque tantum agnoscebat antiquitas, a luce & splendore dicti, ita & Saturnus inprimis. Docet id Achilles Tatius in Isagoge, citante Vossio.

sio. Αιγυπτιοις και ἑλλησι, τε χρονε ὁ ἀστηρ, διο και ἀμαυροτατ@· ὠν ΦΑΙΝΩΝ λεγεται, *Aegyptiis & Graecis stella Saturni, utcunque obscurissima, PHAENON*, i. e. *splendens, lucens*, vocatur. Et Martianus Capella L. VIII. *Saturnum PHAENONA vocant*, quae hausta videntur ex Aristotelis aut quisquis illius auctor est, in libello de mundo, ubi ait κυκλον χρονε καλεμενον etiam vocari τον τε ΦΑΙΝΟΝΤΟΣ, quod & repetit Apulejus in L. de mundo p. m. *Hic PHAENONIS globus, quem appellamus Saturnum.* Imo jam Manethon in fastis siculis, sive Chronico Alexandrino refertur scripsisse τον λεγομενον χρονον ἀστερα vocatum τον ΛΑΜΠΟΝΤΑ, *splendentem, fulgentem.* Confer Voss. de Idol. L. II. c. 33. Haec Saturni cognomina verum ac genuinum sensum vocis Saturni nobis exhibent, docentque à סתר, non qua obscurandi, & latendi, sed qua *fulgendi lucendique* notionem habet, descendisse. Imo quando Φαινων vocatus, idem est, ac si dictus fuisset *stella*: Stellis enim proprium Φαινεσθαι. Act. XXVII: 20. legimus μητε ἡλιον, μητε ἀστρων ἐπιφαινοντων. Unde Aristoteli, aliisque stellae dicebantur Φαινομενα. Unde Aratus librum, quem de stellis scripsit, inscripsit τα Φαινομενα, secutus in eo multos alios, quos in limine notarum in Aratum adducit Grotius. Eodem modo dictae Λαμπαδες Polluce teste L. IV. c. 20. Et σπλβοντες teste Schol. Apollonii II: 519. Significatus ejusdem est הא quod quoque inter nomina Saturno adtributa recensendum est! Docet id Damascius

Digitized by Google

ο. Δηγυπτιοις τω ἑλιῳ, τε χρονε ὑπαρχειν ...
...λεγεται δε ὁ ΦΑΙΝΩΝ λεγεσθαι, Δηγυπτιοις ...
Graecis stella Saturni, atcunque objectum ...
ΩΝ, i. e. splendens, lucens, vocatur. Et ...
anus Capella L. VIII. Saturnum PHAE...
NA vocant, quae hausta videntur ex ...
ctis aut quisquis illius auctor est, inlibe...
mundo, ubi ait κυκλον χρονε καλουμενον ...
vocari τον τε ΦΑΙΝΟΝΤΟΣ, quod & ap...
Apulejus in L. de mundo p. m. 168 ...
ΝΟΝΙΣ globus, quem appellamus Saturni ...
am Manethon in fastis siculis, sive Cha...
o Alexandrino refertur scripsisse τον ...
ον χρονον ἀστερα vocatum τον ΛΑΜΠΩΝΑ, ...
dentem, fulgentem. Confer Voss. de Idol. ...
c. 33. Haec Saturni cognomina verum ...
nalium sensum vocis Saturni nobis enod...
scentque à סהר, non qua obscurandi, fa...
endi, sed qua fulgendi lucendique notionem ...
est, descendisse. Imo quando φαινων vocis ...
dem est, ac si dictus fuisset stella: Stellarum ...
proprium φαινεσθαι. Act. XXVII. 20 legi...
ντε ηλιον, μητε ἀστρων ἐπιφαινοντων. Unde ...
oteli, aliisque stellae dicebantur tempo...
nde Aratus librum, quem de stellis scrip...
scripsit τα φαινομενα, secutus in eo mult...
lios, quos in limine notarum in Arato ...
ucit Grotius. Eodem modo dictae Aegid...
olluce teste L. IV. c. 20. Et ονομαστοι δε ...
hol. Apollonii II: 519. Significatus ejusde...
ΗΛ quod quoque inter nomina Saturn...
ributa recensendum est! Docet id Dam...

scius in Isidori vita apud Photium cod. 242. Φοινικες και Συροι τον χρονον ΗΛ και Βηλ ἐπονομαζουσι. *Phoenices & Syri Saturnum* EL *&* BEL *nominant.* Descendit illud a radice, quae pariter *luminis* & *splendoris* significationem habet, & ex qua eadem ratione, tot nomina siderum orta sunt, qua ex סהר, planeque & sono & significatione idem est cum nostro Germanico Hell, i. e. lucidum, fulgens. Id olim erit singularis observationis argumentum. Nunc tantum observetur Saturnum & ita dictum à *luce* & fulgore.

§. 26. In hac autem sententia confirmor haud parum, quod & deprehendo alterum commune Saturni nomen, quo Graeci utuntur potissimum, τον ΚΡΟΝΟΝ, ejusdem prorsus & originis & significationis esse. Ridiculum est, quando vel a χρεων, aut χιρνημι, miscere, vel a χρονειν derivant. Vulgo à τε χρονε à *tempore* arcessunt, inducti solum aliquali literarum similitudine, quae si non aliis comitata est argumentis, parum sane momenti ad rem ipsam affert. Neque cogitabant ut veterum illorum idolorum cultum, ita & illorum nomina ex Oriente petenda esse omnia. Mihi non dubium est, quin χρονος ad vocem קרן referenda sit, non quidem qua *cornu* significat, quod Moloch, qui non alius à Saturno, capite taurino suis munito cornubus pingebatur, quae ariolatio est P. JURIAEI, (t) sed, ex ea parte, quatenus, *lucendi, micundi, fulgendi, splendendi* notionem habet, quod habet ut plurimum. Ita ut ὁ ΚΡΟΝΟΣ nihil aliud rursus sit, quam ὁ ΦΑΙΝΩΝ, ὁ ΛΑΜΠΩΝ, ὁ ΗΛ, ex quo simul nomen Saturni, qui χρονος est, idem id notare manifestum fit, ὁπερ ἐδει δειξαι. Unde pariter ratio elucet, ob quam faces & lumina in Saturni cultu fulgere soleo-

(t) Dans l'hist. *des dogmes & des cultes de l'eglise* L. IV. c. 3.

Digitized by Google

solebant. *Unctis* enim *falciferi Senis diebus*, i. e. infesto Saturnaliorum lumina accendebant, & doni loco cereos sibi invicem missitabant, narrantibus Macr. Sat. L. I. c. 7. Festo in *Cereus* & Mart. L. X. Epigr. 87. Quem haec decerent melius, quam Saturnum, τον Φαινοντα, τον Λαμπροντα, τον Ηλ?

§. 27. Eodem itaque modo, quo maxima haec stellarum palantium nomen suum a שוט, *luminare, splendere* & accepit, & retinuit etiam inter Germanos, aliosque, idem factum est circa ASTARTEN, non ultimam pariter palantium astrorum, & utraque vox SATURNUS & ASTARTE; uti literis ipsis, ita & significatione conveniunt prorsus, notantque LUMINA, uti stellas apud Latinos scriptores passim notare pervulgatum est. Non itaque exagitandus fuisset Suidas, id quod factum à compluribus, quod his non absimiles natales adsignavit Astartae; Audiamus illum; ΑΣΤΑΡΤΗ, ἡ παρ' Ἑβραιοις Ἀφροδιτη λεγομενη ἐκ του 'ΑΣΤΡΟΥ την ἐπωνυμιαν πεποιηκοσιν. Similem in modum auctor Etymologici magni. Ἀστρη, ἡ Θεος, ὀνομα εἰδωλου ἐξ. λεγεται δε ἀπο μεταφορας του 'ΑΣΤΡΟΥ. ἀστρον γαρ ἐν τῳ ἐρανῳ ἀναπλασμα, ἀφ' ου το εἰδος καλειται, ἐχον ὀνομα ἀστρα. λοιπον παρα του ἀστρον, ἀστρη, και ὑπερβιβασμῳ ἀστρη, ἡ παρα το ἀστεραται και συγκοπη, ἀστρη. Φησι γαρ των ἀστρων ἡ Θεος. Secutus hunc est Phavorinus, cujus haec verba sunt. Η Ἀστρη Θεος ἡ σεληνη παρα το ἀστρα 'Αστραη, ἡ παρα το τας ἀστραγας και κατα συγκοπην Ἀστρη, ἀστρταιος Ἀστρης. Falluntur, illi quidem quod voci illi originem adsignant Graecam. In eo tamen rem me quidem judice tetigerunt acu, quod ab *astro* repetant, si modo monuissent, quomodo illa vox a primis suis i. e. Phoeniciis incunabulis arcessenda esset.

QUAESTIO.

Quid sit עשתרות in locis Deut. XXXII: 36. 1. Reg. XIV: 10. XXI: 21. 2. Reg. IX: 8. XIV: 26.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA

Historico-Philologico-

THEOLOGICA.

Classis *Octavae*

FASCICULUS QUINTUS.

BREMAE,

Sumptibus HERMANNI JAEGERI,

Typis HERMANNI BRAUERI, MD CC XXVII.

Digitized by Google

VIRO
Excellentissimo & eruditissimo
JOHANNI
JOACHIMO
SHROEDERO,
Historiæ ecclesiasticae, Antiquitatum Judaicarum, & Lingg. S. & Orientalium PROFESSORI Ordinario, in perincluta Academia MARPURGENSI, ejusque Bibliothecæ Curatori, meritissimo, famigeratissimoque;
VIRO CUM VARIARUM SCIENTIARUM, tum literaturae Orientalis callentissimo, suo olim apud Mattiacos studiorum sodali, & deinceps Fautori candidissimo honoratissimoque,

Digitized by Google

VIRO

Excellentissimo & eruditissimo

JOHANNI

JOACHIMO

SHROEDERO,

Historiae ecclesiasticae antiquitatum Judaicarum, & Ling. & Orientalium PROFESSORI ordinario, in perinclyta Acad. MARPURGENSI, cuiusq. Bibliothecae Curatori, meritissimo, famigeratissimoque;

VIRO CUM VARIARUM SCIENTIARUM, tum literaturae Orientis callentissimo, suo olim apud Marcos studiorum sodali, & de inceps Fautori candidissimo honoratissimoque,

Septimum hunc supra quadragesimum

BIBLIOTHECAE

HVJVS

FASCICVLVM

Transmittit, & inscribit, eumque sui, suaeque ante quinque lustra inchoatae, neque unquam interruptae, & porro per annos duraturae amicitiae

μνημοσυνον & tesseram esse discupit

EDITOR.

Quid

Digitized by Google

Quid hic fascis exhibeat, docet sequens syllabus.

I. Samuelis BATTIERII in JOHANN. Cap. VII. vs. 21. 22. 23. Observatio p. 745.
II. Joh. Georgii MICHAELIS de *scuto fidei* exercitatio ad EPH. VI: 16. p. 763.
III. Conradi MEL de lapide *Puch* ad Es. LIV: 11. schediasma p. 791.
IV. *Anonymi* de שועלי שמשון s. *vulpibus Simsonis* Jud. XV: 4. 5. conjectura p. 802.
V. *Justi Mart.* GLAESENERI de GEMINO Judaeorum MESSIA specimen Antijudaicum p. 810.
VI. *Theodori* HASAEI διατριβις, qua origo traditionis Judaicae de *Messia*, *Josephi filio* investigatur p. 842.
VII. J. Christ. HARENBERGII de monte, ex quo Moses & Christus Palaestinam spectarunt Dissertatio p. 853.
VIII. *Annae Mariae* SCHURMANNIAE ad Sam. *Rachelium* epistola inedita p. 875.
IX. Elogium Philippi OUZEELII, Theologi Francofurtensis propter Oderam p. 900.
X. Fr. BURMANNI F. Hadr. RELANDI & C. VITRINGAE epistolae ad Ouzeelium, qua eorum de *accentuatione Ebraeorum* sententiae exhibentur p. 918.
XI. A. M. GORINGII testimoniorum de *Johanna Papissa* Romae editorum quaternio p. 926.
XII. Jo. Fr. STADENII vocis Germanicae obsoletae *Sinwel* explicatio p. 938

Digitized by Google

Quid hic fascis exhibeat, docet sequens syllabus.

I. Samuelis BATTIERII in JOHANN. Cap. VII. vs. 21. 22. 23. Observatio p. 745.

II. Joh. Georgii MICHAELIS de sensu [illegible] exercitatio ad EPH. VI: 16. p. [illegible]

III. Conradi MEL de lapide Psal. 22. LIV: 11. schediasma p. [illegible]

IV. *Anonymi* de שעלי שעשים Cantic. [illegible] sensu Jud. XV: 4 s. conjectura p. [illegible]

V. *Justi Mart.* GLAESENERI de Gemino Judaeorum MESSIA specimen [illegible] daicum p. [illegible]

VI. *Theodori* HASAEI Diatribe, qua [illegible] traditionis Judaicae de *Messia*, [illegible] lio investigatur p. [illegible]

VII. J. Christ. HARENBERGII de monte [illegible] quo Moses & Christus Palaestinam [illegible] darunt Dissertatio p. [illegible]

VIII. *Annae Mariae* SCHURMANNIAE [illegible] Sam. *Rachelium* epistola inedita p. [illegible]

IX. Elogium Philippi OUZELII, Theologi Francofurtensis propter Oden [illegible] p. [illegible]

X. Fr. BURMANNI F. Hadr. RELANDI [illegible] C. VITRINGAE epistolae ad Ouzelium, qua eorum de *accentuatione Ebraeorum* [illegible] tentiae exhibentur p. [illegible]

XI. A. M. GORINGII testimoniorum [illegible] *hanna Papissa* Romae editorum [illegible] p. [illegible]

XII. Jo. Fr. STADENII vocis Germanicae *Samuel* explicatio p. [illegible]

I.

בעזרת אל שרי אשר שמו יהוה:

SAMUELIS BATTIERII,

Med. Doct. & Gr. L. Pr. *Basileensis,*

Observatio

In JOHANN. Cap. VII: 21, 22, 23.

QUid alii de isto D. Johannis loco senserint ut examinem non multum laboris mihi sumam; occupabor tantum, ut quae mea sit de ipso sententia, & qua ratione ipsius verba scribi atque intelligi debere existimem, brevibus ostendam. Sic futurum esse spero, ut & explanationes ab aliis hactenus isti loco adhibitae, quantum momenti habeant, liquido deprehendi possit, & locum ipsum sua, quam is visus erat habere, difficul-

Digitized by Google

cultate liberatum esse, qui mentem suam præjudiciis non occæcarunt, omnes facile cognoscant. Primum itaque dico, quod τὸ θαυμάζετε v. 21. nequaquam a sequentibus, διὰ τοῦτο, quæ versiculum 22. incipiunt, interposito puncto separandum sit; Cum ista potius cum illo sic conjungi debeant, ut puncto post ipsa posito vocabulum, Μωσῆς, novam demum sententiam incipiat. (a) Indicavit quidem istam locum hunc scribendi rationem olim jam Beza, in ea tamen nequaquam permansit, sed, quod & alii fecerunt, vulgatam lectionem ex Hebræorum idiomate conatus fuit defendere. Per vero mirum mihi videtur quoddam, quod Doctissimi Viri sæpe longius remota petere, quam propioribus & obviis uti malint. Per distortas hinc & obliquatas explicationes ista, διὰ τοῦτο, quidam ex Hebræo Sermone mire tracta τῷ, Μωσῆς, adaptare conantur potius, quam simplicem aliquam & ante oculos omnium positam directamque rationem sequuti agnoscere volunt, per errorem illa a τῷ, θαυμάζετε, fuisse separata. Cognita pro-

(a) Atque huic sententiæ non possum non suffragari, quæ & aliis non infimæ caveæ Doctoribus, inque iis etiam Theophylacto jam pridem arrisit. Vide, quæ in hunc locum nuper summi Viri Wolfius & Lampius notarunt. Neque facile quisquam, qui recentem admodum commatum versiculorumque Nov. T. distinctionis ætatem meminerit, habebit quid solidi, quod contra eam afferat. T. H.

Digitized by Google

profecto res est, & apud omnes pervulgata, quod ex male positis distinctionum notulis innumeri passim in Antiquis Authoribus orti fuerint errores. Cum itaque vocabula, διὰ τοῦτο tum in D. Johannis Evangelio, tum in aliis Novi Testamenti libris non raro sententiam incipiant, facile fieri potuit, ut illa in nostro loco a τῷ θαυμάζετε, per interpositum punctum avulsa, cum sequenti, Μωσῆς, jungerentur. Et certe quomodocunque locus consideretur, nihil inveniri quicquam potest, quod istorum, διὰ τοῦτο, conjunctionem cum τῷ Μωσῆς, requirat, aut ipsam apte isti loco, congruenterque factam ostendat. Quod autem ea potius cum τῷ, θαυμάζετε jungi debeant, non adeo difficulter deprehendi potest, si recte quis locum animo suo contueatur. Inter omnes quod sciam, constat, quod in proposito nobis loco Dominus de miraculo ad piscinam Bethesda facto loquatur. Itaque Salvator cum Judæorum incredibilem perversitatem qua depravati isti JEsum non ut debuissent propter opus illud admirabile suspiciebant, nec in illo divinam plane virtutem venerabantur, sed contra magis ipsum, quod illud in die Sabbathi fecisset, sicque Mosis legem violasset, tanquam detestabilem quendam hominem horrentes indignum prorsus qui viveret habebant, castigare vellet, non potuit ita simpliciter tantum dicere : unum opus feci

Digitized by Google

feci, & omnes miramini: ita de præsenti dicens *miramini:* cum opus ipsum ante aliquot saltem dies jam esset factum. Non enim Judæi sic, non sane statim quid JEsus significatum vellet, cognoscere potuissent. Plures aliquot jam dies, ex quo factum fuit illud miraculum, effluxerunt, ut necesse fuerit distinctius Judæorum perversitatem refricare. Judæi profecto non, ut vere loquar, ipsum Salvatoris factum mirati fuerunt: alias divinam illam virtutem, a qua profectum illud fuit, pro eo ac dignum fuisset suspexissent. Mirati fuerunt illi Jesum ipsum: mirati fuerunt ipsum, sicut alias apud Lucam c. V. 21. cum is paralyticum illum sanasset: *Quis est iste qui loquitur blasphemias?* sicut Pharisæus ille apud Luc. c. VII. 39. *Iste, si esset Propheta, cognosceret, quæ qualisque mulier sit, quæ tangit ipsum, quoniam peccatrix est:* Mirati fuerunt, quod is, qui a multis magnus quidam Propheta & populi Doctor haberetur, ita per nefarium scelus, ut scelerati illi cogitabant, Sabbathum profanasset. Sicque mirati fuerunt JEsum propter illud ipsum opus, quod is Sabbathi die fecit; ut necessaria ista JEsus, & naturali designatione significanter expressisse Judæis sit existimandus, de quonam opere loqueretur, videlicet illo ipso propter quod vehementer exacerbati, tantum etiam adhuc tum ipsi succenserent: *unum opus feci, & omnes miramini propter*

ipsum:

Digitized by Google

stud: & omnes me loco Doctoris & Prophetæ profanum quendam Sabbathi violatorem, & sacratissimæ legis Mosaicæ eversorem habetis. Ut sic quoque pateat, quod verbum, θαυμάζειν, in nostro loco neutiquam simplicem admirationis commotionem, sed simul omnem quæ in animis Judæorum ex illa oriebatur, perturbationem significet. Similem istius verbi, θαυμάζειν, usum Isaacus Casaubonus observavit Comment. in Theophr. Charact. c. VI.

Istam vero sententiam ea quoque quæ in antecedenti v. 19. dicuntur confirmant; Dominus enim jam in isto versu magnam Judæorum obduratamque dementiam, quam in ipsum propter sanationem illam concepperunt, apertius coarguere, summamque suam in facto isto conservatam integritatem & innocentiam probare aggreditur: ut omnis ista argumentatio, qua Salvator illatam sibi criminationem a se depellit, fundamento isto nitatur. Vim autem istius argumentationis non ante propius excutiam, quam de vocabulo, ὅλον, quod in v. 23 extat, quid sentiam dixero. Nunc tantum indico, quod Dominus cum quærit hic, τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι; jam in illud sanationis opus, de quo v. 21 apertius dicit, intendat; Verus enim cordium scrutator, omniumque cogitationum & affectuum qui Judæorum animos occupabant cognitor existens, acriter ipsos his

verbis reprehendit, & quodammodo commonet, ut attendant quæ causa sit cur ipsum interficere cupiant? ut attendant, quod singularis illa beneficentia, quam in miserum aliquem hominem exercuisset, fecerit, ut tam infesto ipsum odio prosequerentur: τί i. e. διὰ τί, με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι; *Cur me quæritis occidere?* Cum autem ista veritatis duritate Judæorum animi vehementius irritarentur, ut ex v. 20. manifestum est, mollius is ipsum illud v. 21. exprimit, & directa oratione declarat id quod v. 19. tectius indicavit: ἓν ἔργον ἐποίησα, καὶ πάντες θαυμάζετε διὰ τοῦτο. Quod Evangelista jam c. V. v. 16 indicavit, quando de eodem opere memorat: καὶ διὰ τοῦτο ἐδίωκον τὸν Ἰησοῦν &c. *Ac propterea persequebantur Jesum Judæi, & studebant ipsum interimere, quod ista faciebat in Sabbatho.*

Ut autem ad id quod pollicitus sum accedam, dico vocem illam, ὅλον, in v. 23. locum nequaquam habere posse: quæ vero me moveant cur ita statuam, hæc sunt. Primum neutiquam existimari debet, quod Christus, ὅλον ἄνθρωπον, *totum hominem*, sanum fecisse dixerit, ut ad duas principes illas hominem componentes partes, mentem nimirum atque corpus, respiceret: quod videlicet ipse non tantum illius ægroti corpus omni, qua laborabat, ægritudine liberavit, sed mentem etiam salutifera medicatione sua sanaverit. Certum enim est, quod Salvator cum Judæis

Digitized by Google

dæis hic loquens solum illud opus suum indicare potuerit, propter quod illi tam infestas in ipsum iras conceperunt. Irascebantur autem Domino Judæi propter solam in corpore illius ægri factam sanationem, nec de medicina quæ menti potuit præstari quicquam cogitarunt; cum carnales isti & lethaliter ipsi suis animis ægrotantes nullam omnino de spirituali mentis sanatione notionem haberent. Deinde quod Christus ita loquutus fuerit, habito respectu duntaxat ad corpus, qui quæso dici possit, cum historia, quam de ægro nostro caput quintum Evangelistæ describit, nihil hujusmodi nobis tradat, unde totum illius corpus sanatum fuisse colligatur? Quæcunque corporis humani viventis pars tum sane morbo quodam teneri dicitur, cum per ipsam actiones, ad quas exercendas constituta est, fieri minus possunt. Quod autem actiones non paucæ per varias illius ægri partes rectè fuerint exercitæ ex ipsius Evangelistæ narratione manifestum est. Sensus certe audiendi rectè pollebat, & ipsius etiam lingua ad suum munus fungendum probe fuit affecta. Ut jam de partibus illis, quibus vitalis spiritus perpetim ducitur, aliisque nihil dicam. Quantumcunque igitur graviter paralysis illius ægroti membra cætera solvisse ponatur, ponitur enim vulgo, miserum illum tali morbo fuisse affectum, rectè tamen,

ὅλον ἄνθρωπον, *totum hominem*, sic sanum fuisse factum dici nequaquam potest. Democritus profecto aliter plane, quamvis indefinite dixit quod in Evangelio singulariter dicitur, voces istas accepit, quando, ut Hippocrates testatur in Epistola ad Damagetum, questus fuit: ὁλος ἄνθρωπος ἐκ γενετῆς νοσος ἐστι, *totus homo ex nativitate morbus est*. Nulla enim earum omnium, quæ universum corporis humani systema constituunt, partium est, quin singulis momentis varie mutetur, & ab illo statu, qui sanitatem efficit, semper discedat, sicque ipsum morbum, ex quo per omnem vitam ipsa perpetuam sanitatis suæ restitutionem debita nutritione accipere debeat, patiatur.

Quæ cum ita sint fidenter affirmo, quod inepte (b) prorsus in loco nostro sit positum ὅλον istud ab Evangelista nequaquam scriptum fuerit, & proinde in ejus locum aliud quoddam vocabulum, ex quo corruptum illud fuerit, reponi debeat. Verum ne trepida, quæso te, desine aliquam majorem mutationem hic reformidare: vix unius literulæ leviſſima commutatione audacter pro illo, ὅλον scribe χωλὸν, ut legatur: ἰσχυ-

(b) Fuerunt tamen viri literatiſſimi qui ſine ineptiis locum illum ita legi poſſe exiſtimarunt. Vide Jo. STENGELII eruditam in illum commentationem in ipſa hac Bibiotheca T. VI. faſc. V. diſſ. 5. Haec autem mutatio τῶ ὅλω in χωλον ut eleganter inventa, & erudite propoſita eſt, ita vellem vel unius codicis bonae notae autoritate munitam eſſe. T. d. H.

χολάπ, ὅτι χωλὸν ἄνθρωπον ὑγιῆ ἐποίησα ἐν σαββάτῳ; *mihine irascimini, quod claudum hominem sanum feci in Sabbatho?* Quod autem æger ille, χωλὸς, *claudus*, fuerit, non vero, παραλελυμένος, *Paralyticus*, ut vulgo fingitur, præterquam quod aperte satis istud ab ipso sacro scriptore memoratum hic esse maxime sit credibile, colligi potest ex eo, quod inter ægrotos cap. V: 3. qui in porticibus illius piscinæ decumbebant, expresse χωλοὶ, *claudi*, non vero *Paralytici*, memorentur. Deinde quod ægrotus noster nequaquam ab Apostolo v. 7. omni suorum artuum robore caruisse, contra vero quadam adhuc corpus suum transferendi virtute præditus fuisse tradatur. Ipsemet sane cum de sua tristi calamitate querimoniam ad Dominum Jesum dolenter deploraret, ostendit, quod incessu aliquo quamvis impedito lentoque sui corporis polleret; & potissimum questus fuit quod adeo neminem hominem haberet, qui adjumentum aliquod, ut in piscinam descendere promptius posset, ipsi præstaret, ἄνθρωπον οὐκ ἔχω ἵνα &c. *neminem habeo, qui cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum autem ego venio, alius ante me descendit.* Sic de aliis etiam claudis legimus, quod ipsi ad Jesum accesserint, Matth. XXI: 14.

Istud autem nequaquam silentio prætermittendum est, quod inter tot illas narrationes, quas Evangelistæ de miraculis Do-

mini singulariter fecerunt, nulla prorsus futura sit, quæ per suas quasdam circumstantias restitutionem alicujus claudi distincte commemoret, si miserum illum ad Bethesda sanum factum ullo modo claudum fuisse negetur. Leviter quidem & generatim claudorum cum aliis ægris à Domino sanatorum facta mentio Matth. XV: 30. & XXI: 14. reperitur. Si vero rem istam accuratius animo nostro perpendimus: si consideramus, quod Esaias Propheta inter virtutes quas in adventu suo Salvator esset exhibiturus, peculiariter quoque *Claudorum* sanationem ponat cap. XXXV: 6. ὡς ἐλεύσεται ὡς ἔλαφος ὁ χωλὸς, *& saliet claudus velut cervus:* si videmus in Evangelio Matth. XI: 5. memoratum, quod ipse Jesus cum Johanni Baptistæ per Discipulos suos ex carcere percontanti *quis esset* responderet, nominatim etiam, claudos indicarit, illique quod χωλοὶ περιπατοῦσι, *claudi ambulant*, veri profecto simile nobis, nequaquam videtur, quod ita nullus Evangelistarum a Spiritu Sancto fuerit excitatus, ut unius saltem de tot claudis in integrum a Jesu restitutis historiam exactius narratam nobis relinqueret. Quæ certe omnia faciunt, ut de lectionis istius qua, χωλὸν, pro pristino illo ὅλον, reponendum esse doceo, veritate minus existimari debeat ullam omnino relictam esse dubitationem.

Si quis autem ægrum nostrum non *claudum*

Digitized by Google

dum fuisse, sed *Paralyticum* existimat ex eo se-
qui, quod Sanctissimus Salvator in ipsius sana-
tione talia plane verba, quibus alias in Para-
lytico sanando fuerit usus, adhibue-
rit, & simul mentionem *grabati* fecerit, ve-
hementer fallitur. Dixit equidem Dominus
c. V. v. 8. ἔγειρε, ἆρον τὸν κράβαττόν σου καὶ πε-
ριπάτει, *surge, tolle grabatum & ambula*, si-
mili plane modo, quo alias loquutus fuit
ad *Paralyticum* Marc. II. Luc. V. Matth. IX
Sed nihil inde quicquam confici potest, ut
illi magis *Paralyticus*, quam alio quovis
morbo debilitatus fuisse judicetur. Nimis
profecto multis ægrotantibus aliis semper
necesse est in lectulis, grabatisque decum-
bere, ut *Paralyticum* esse quendam conjici ne-
quaquam possit ex eo quod ægrum corpus
suum quis in lectulo positum habeat. Sic
Marc. VI: 15. omni morborum discrimine
remoto *diversi ægrotantes in grabatis* decum-
bentes ad Jesum circumlati memorantur.
Sic Act. V: 5. *agros qualescunque in lectis gra-
batisque* positos, & in publicas plateas ela-
tos, ut umbra saltem venientis Petri quen-
dam ipsorum opacaret, legimus. Quæ ve-
ro cuiquam possit esse dubitatio, quin mi-
sellus noster quamvis minime Paralyticus,
tenuem quendam cui incumberet habue-
rit lectum? Cum inprimis ad piscinam dies
& noctes aquæ motionem cum cæteris
ægrotantibus expectare cogeretur. Hinc
& Apostolus de omnibus illis universim lo-

Digitized by Google

quens

quens c. V: 3. eam adhibet vocem, κατακλίνω quæ non tantum de Paralytico, ut de Ænea Act. IX: 33. sed & de quocunque ægroto, ut de Petri socru febricitante Marc. I: 30. usurpata legitur; ut prorsus existimari debeat, illos omnes ægros suis grabatis quibus incumberent fuisse instructos. Quod autē, ut leviter quidem & istud tangam, ægrotus noster ita per triginta & octo annos exspectavit, quæ multorum est opinio, mihi nullo modo verisimile videtur: Cum tempus ab Evangelista designatum Joh. V: v. 5. ita tantum accipi debere putem ut illud a voce, ἐκεῖ, omnino distinguendum quamdiu cum infirmitate sua conflictatus, nequaquam vero quamdiu ad Bethesda commoratus æger ille fuerit, nobis significet. Quod ad cætera verba, quibus Salvator in sanando ægro nostro usus fuit, attinet, ἔγειρε καὶ περιπάτει, *surge & ambula*, deprehendimus, quod eadem quoque simili plane modo ad claudos in sacris scriptis fuerint dicta. D. Petrus certe Virum illum, qui Act. III: 2. χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ *claudus ex utero matris sua*, *dicitur*, quemque portantes *quotidie ponebant ad portam templi ut eleemosynam peteret*, similiter allocutus sanavit v. 6. ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζωραίου ἔγειρε καὶ περιπάτει, *in nomine Jesu Christi Nazarei surge & ambula*. Et vir ille Lystrensis qui Act. XIV: 8. ἀδύνατος τοῖς ποσὶν, *pedibus usi non poterat*, ὃς χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρός

Digitized by Google

κῶλος ἀνὴρ, *claudus ex utero matris suæ fuerat*, καὶ περιπατήσειε, *qui nunquam ambulaverat*, per D. Paulum similia proloquutum suam recuperavit integritatem: ib. v. 10. ἀνάστηθι ἐπὶ τοὺς πόδας σου ὀρθός, *surge in pedes tuos erectus*: post quæ verba quoque claudus ille, καὶ ἥλατο καὶ περιεπάτει, *& saliebat & ambulabat*. Quin etiam ipsum istud, περιπατεῖν, de χωλοῖς *claudis*, per miraculum sanitatem assequutis, peculiariter ipse Salvator Matth. XI: 5. adhibuit: & Matth. XV: 31. turbas fuisse miratas quod viderent, χωλοὺς περιπατοῦντας *claudos ambulantes*, Evangelista memorat.

Ex istis omnibus quæ hactenus in medium prolata sunt patere potest, quod in allegatis locis Scriptores Sacri voce χωλὸς (c) *claudus*, non talem quendam significent, qui modicam saltem a quacunq; pedis depravatione factam incedendi difficultatem quandam patiatur, quale vitium ab Ovidio in Elegiaco carmine per prosopopoeiam repræsentat Trist. L. III. El. I. v. 11.

Clauda quod alterno subsidunt carmina versu,
Vel pedis hoc ratio, vel via longa facit.

Sed

(c) χωλος Atticis non solum pedibus, sed & manu mutilatum denotabat. Id docet Schol. Arist. soph. in Ιππ. ad vs. 1083. Κύκλους δ' Ατπικοὶ καλοῦσιν ἐπὶ ποδῶν, καὶ χειρῶν ὁμοίως, καὶ χωλὸς τὸς τὴν χεῖρα πεπηρωμένους. Ευπολις. Ὅτι χωλος εἰ σὺ τὴν χεῖρα σφόδρα. Gemina his idem habet ad, Ὀρν. vs. 1379. T. d. H.

Digitized by Google

Sed illum inprimis qui graviori aliqua in alterutro vel & utroque pede facta læsione indeque coorta motus tum imbecillitate tum impotentia sit affectus: id quod etiam manifestum apparet ex Matth. XVIII: 8. & Marc. IX: 45. ubi χωλὸς, *claudus*, etiam ille dicitur, cui pedum alteruter fuerit per amputationem ablatus. Istum hujus vocabuli significatum indicat quoque nobis Eustathius ad Iliad. L. II. p. 116. Edit. Basil. his verbis, ἐπὶ πλέον γάρ πως τὸ χωλὸν τῶ κυλῶ, κυλὸς μὲν γάρ, ὁ τὰ πρωτεῖα βλαβεὶς ἐν γενέσῃ. χωλὸς δὲ κοινῶς καὶ ὁ ὕστερον ἐκ πληγῆς, ἢ ἄλλως πως ἐξαπώστως πεθὼν κυλωμα, *plus enim aliquo modo* χωλὸν, *quam* κυλόν: *nam* κυλὸς *ille quidem est, qui in partibus primariis ex nativitate lasus est:* χωλὸς *autem communiter etiam ille qui postea ex ictu, vel alio quodam modo ex integritate gravem aliquem in corpore defectum est passus*, sic quoque vocem, *claudus*, a Latinis usurpatam fuisse notamus: Horatius eam de illo dixit qui crus fregit lib. I. Epist. XVII. v. 58.

Credite, non ludo, crudeles, tollite claudum.

& Virg. Æn. I. v. 278. de serpente, quem aut transiens rota currus læserit, aut viator saxo percussum seminecem lacerumque reliquerit, usurpat, atque cum illo navem Sergesti graviter amisso remorum ordine debilitatam, plurimumque in perficiendo cursu suo impeditam confert:

---*pars*

Digitized by Google

pars vulnere claudus retentat
Nexantem nodos.

Livius quoque Hiſtor. lib. XXXVII. cap. XXIV. naves quæ deterſo remigio vehementer vulneratæ remulco trahi neceſſe habuerunt, *claudas mutilasque* dixit.

Sed ut opinor quæ huc usque dicta ſunt, ſatis ſuperque docent, qua ratione loci propoſiti lectio tum ordinari, tum ex antiquiſſimo mendo in priſtinam integritatem reſtitui debeat: reliquum eſt, ut jam paucis ad huc ipſam argumentationem qua Judæos Dominus confundit, illiusque virtutem explicare coner. Quæ ſane res minus jam difficulter fieri poteſt, cum omnis difficultas, quam olim loco illud vocabulum, ὅλον, afferebat, ſublata ſit. Arguit itaque Salvator Judæos ſequentem in modum. Vos ſummam in me ſuſcepiſtis indignationem, & adeo tantam, ut etiam morte me tanquam aliquem vita prorſus indignum afficere velitis: & quidem ob iſtam cauſam, quod Moſis præceptum de Sabbatho ea qua docet veneratione non obſervem, Joh. V: 16. nec ipſum Moſen, in quem tamen vos ſperatis, ib. v. 45. ſatis digne reverear. Sed vehementer vobis cavendum eſt, ne ipſi vos Moſi minus obtemperantes, & nullam illi fidem habentes deprehendamini, ibid. 45, 46. Do ſane vobis Moſen quidem ipſum maximi faciendum, ejusque de Sabbatho præceptum omni

Digitized by Google

omni debita reverentia cultuque sancte observandum esse; sed obsecro vos, solumne vobis ille præceptum istud de Sabbatho dedit? Nonne *totam* ille vobis *Legem* dedit? Joh. VII. 19. Οὐ Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν νόμον; Cur legem istam ipsi vos non observatis? Quod vero Legem ipsi non observetis non longe mihi petenda probatio est. Attendite vos ipsi quæso quæ causa sit, cur me Sabbathi violatorem habeatis, cur mihi graviter ita succenseatis, cur me quæratis interficere? Τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι; Quia miserum illum hominem ad Bethesda in Sabbatho ab infirmitate sua, cum qua longum adeo tempus infeliciter fuit conflictatus, liberavi, acerbis me odiis vestris infesti prosequimini. Itane vobis hæc justa videtur esse causa, cur in me sitis ita prave animati? Considerate vero cum animis vestris quæ vobis alia Moses præcepta tradiderit: Exod. XXIII, 5. *Si videris asinum oneris tui succumbentem oneri suo, dum abstines a deponendo onere illius, omnino deponito cum eo onus.* Et Deut. XV. 7. *Si fuerit apud te egenus quispiam e fratribus tuis intra aliquam e portis tuis in terra tua, quam JEHOVA DEUS tuus dat tibi, non obfirmato animum tuum, neque occludito manum tuam adversus fratrem tuum, qui egens sit. Sed liberaliter aperito manum tuam ei, & liberaliter mutuato ei quantum satis est indigentiæ ejus, id cujus indiget.* & Levit. XIX. 18, *Diliges proximum*

Digitized by Google

ximum tuum ſicut te. Nonne Moſes hæc in lege præcepit omnia? Nonne Moſis hæc præcepta diligenter quoque ſunt obſervanda? Nonne miſer ille quem ſanum feci gravisſimo oneri ſuo ſuccubuiſſe, non in egeſtate ſumma fuiſſe vobis videtur? Quis usquam moleſtiori onere premitur, quam ille quem difficilima diuturni morbi calamitas urgeat? cujus vita miſerabiliori egeſtate ſit afflicta, quam quæ multos annos omnibus bonæ valetudinis commodis careat? Nullumne humanitatis officium vel amoris opus in ipſum, tanquam proximum, erat conferendum? Audio quidem vos mihi dicentes, iſta non in Sabbatho, ſed alio quovis tempore fieri debuiſſe. Verumtamen in ipſo Sabbathi die puerulum quoque circumcidere ſoletis, Joh. VII: 22. 23. quoniam lege Moſis juſſum eſt, ut octavo die puer circumcideretur, nec propter quisquam ex vobis exiſtimat Sabbathum profanari: *quanquam circumciſio non ab ipſo Moſe, ſed a patribus eſt.* Cur non & illud Moſis præceptum, quo vult ut proximo noſtro benefaciamus, locum aliquem habeat in Sabbatho? cur ita mihi ſuccenſetis, quod Moſis de diligendo proximo præceptum obſervans, *claudum hominem* in Sabbatho ſanum feci? Ex quibus profecto manifeſtum eſt, quod tota argumentatio, qua Salvator ad refellendam Judæorum importunitatem in noſtro Johannis loco fuit

Digitized by Google

usus, eo tantum spectavit, ut omnibus indicaret, quod observatio Sabbathi nequaquam amorem proximi tollere debeat, quodque licitum semper sit, etiam diebus Sabbathi, opera charitatis exercere: cum non tantum istius diei institutio, sed etiam reliqua lex omnis in bonum salutemq; hominis solius posita fuerit. Et huc quoque semper spectasse Jesum observamus, quando Judæorum perversitatem illam, qua Sabbathi observationi omnem proximi charitatem posthabuerunt, alias confutavit: ut Matth. XII: 10. 11. 12. Marc. III: 4. Luc. XIII: 15. 16. XIV: 5. ut sic sanctissimus iste hominum Amator *Legem* illam *regiam*, Jac. II: 8. νόμον βασιλικὸν, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτὸν, maxime semper observandam esse doceret.

Digitized by Google

II.

JOH. GEORGII MICHAELIS,

De

SCUTO FIDEI,

exercitatio,

ad illustrationem Eph. VI. 16.

ARGUMENTUM.

§. 1. Βέλος esse generalioris significationis & notare qualecunque armorum genus, quod emittitur §. 2. Proponitur sententia Jo. Arrowsmith. §. 3. Veteres tela veneno tinxisse, eamque artem maxime inter Scythas viguisse §. 4. Sed apostolum ad tela venenata minus respicere, §. 5. neque ad glandes plumbeas, quæ motu ipso ardescant & diffillent. §. 6. Sed potius ad falaricas, quæ quales fuerint, ex Servio, Livio & Vegetio describuntur. §. 7. Quæ de iis passim ab auctoribus traduntur, eum phrasi Paullina conferuntur. §. 8. Unde scuta compacta, & quæ illorum forma fuerit. §. 9. Nomina Ebraica שרף & נחש evolvuntur &, quæ utriusque forma fuerit, docetur. §. 10. Verbis ap. non tam generatim ad diaboli tentationes, quam quidem specialiter ad philosophorum inprimisque Apollonii Tyanæi fraudes respici. §. 11. Confirmatur illud (I) ex similitudine phraseos. §. 12. (II) Ex circumstantia temporis §. 13. (III.) Ex Statu ecclesiæ Ephesinæ, ubi Apollonius maxime clarus erat, in cujus ætatem & res gestas inquiritur. §. 14.

Digitized by Google

(IV) Ex Act. XX. 29. 30. Apoc. II. 2. §. 15. (V.) Ex connexione. §. 16. Quodnam remedium fides adversus illas tentationes præstet. §. 17. Quare apostolus scutum fidei medio loco inter armaturam spiritualem ponat & illud ante omnia adsciscendum esse moneat. §. 18. Scutis militaribus nomen imperatoris, cohortis & ipsius militis inscribebatur, quod ad scutum fidei transfertur.

§. 1.

PAnoplia illa, quam Ap. tanto commendat operę Ephesiis, respici ad armaturam militarem, qua se adversus hostes tutos præstant milites, nemini dubium esse potest. In quod autem armorum genus heic proprie digitus intendatur, inter philologos non omnino constat. Vox βελος generalioris est significationis & notat *omne armorum genus, quod vel arcu vel manu eminus emittitur*; inde *Hesychius* interpretatur: μαχαιρα, τραυμα, ἀκις ἀφ' ἡς NB. πᾶν τὸ βαλλόμενον. Quo significatu quam proxime cum *telo* convenit, quod interprete *Servio* ad Aen. L. II. V. 468. *secundum græcam interpretationem dicitur ἀπὸ τῦ τηλόθεν*, i. e. *quidquid longe jaci potest: quamquam*, addit, *legimus de gladio.* Idem docet *Festus* de verb. signif. p. 463. *tela proprie dici videntur ea*, quæ *missilia sunt: ex græco videlicet eorum nomine, quia illi τηλόθεν missa, quæ nos eminus.* Syrus vertit ܣܝܡܐ quæ vox Syris qualemcunque *sagittam, jaculum*, designat

gnat, oriunda a יָרָה *traxit*, quod attractu arcus & nervorum sagittæ emittuntur.

§. 2. Quæ licet in aprico sint posita, non tamen omnino liquet, quod jaculi genus per βελη πεπυρωμενα apud apostolum sit intelligendum. Doct. Anglus *Arrowsmith* Tract. sacr. L. II. c. VIII. §. 2. p. 170. Paulli sermonem adcommodari existimat, *vel ad hastilia, urentia, vel ad sagittas veneno tinctas, quæ simul ac vulnerant, incendant præ ardore toxici totum illico corpus permeante.* De eo vero quid sit sentiendum, in sqq. dispiciemus, ac rationibus, si non invictis, tamen ad veritatem proxime accedentibus & verisimilibus confirmabimus.

§. 3. Tela veteres veneno tingere solitos, idque ea de caussa fecisse, quo venenum corpore exceptum, per totam sanguinis massam momenti spatio diffusum, mortem eo citius & certius efficeret, ex illis *Ovidii* constat:

Dumque senex tractat squallentia tela venenis;
Excidit & lævo fixa sagitta pede est.

Fast. L. V. v. 397. 398. Hinc paucis interjectis pergit:

Virus edax superabat opem: penitusque recepta
Ossibus, & toto corpore pestis erat.

v. 403. 404. Ab hac arte ungendi tela venenis commendat *Virgilius* Amyclum:

quo non felicior alter
Ungere tela manu, ferumque armare veneno.

Aen. L. IX. v. 772. 773. Ad quem locum Servius notat, *armabat ferrum, quo nos armari consuevimus, ut ex venenato ferro vehementius & perniciosius vulnus sit.* Quod venenum unde sit paratum, ex Scytharum consuetudinibus exponit *Aristoteles* περὶ θαυμασ. ακουσμ. Opp. T. I. p. m. 1105. ed. a. 1597. in 8. Φασὶ τὸ Σκυθικὸν φάρμακον, ᾧ ἀπεβάπτισαν τὰς ἀγχύρας συνηθεσθαι ἐξ ἐχιδνῆς, πήγνυσι δὲ, ὡς ἔοικεν, ὁ Σκυθικὸς τὰς ἡδὴ ζωοτοκούσας καὶ λαβόντες αὐτὰς, τίκτουσιν ἡμέρας πέντε. ὅταν δὲ ἱκανὸς ἀὴρ σεσηφθαι παν, τὸ τε ἀνθρώπου εἰς χυλὸν ἀφιέντες, εἰς τὰς κοπρίας καταρύπτουσι πομφόλυγας ὅταν δὲ καὶ τοῦτο σαπῇ, τὸ ὑφισάμενον τὸ ἰῶμα πᾶν, ὁ δὴ ἐξαν ὑδατώδες, μιγνύουσι τῷ τῆς ἐχίδνης ἰχῶρι, καὶ οὕτω ποιοῦσι θανασιμον. Cujus vestigia pressisse videtur *Plinius* H. N. L. XI. cap. XLIII. f. 269. edit. *Dalecamp. Scythae*, inquit, *sagittas tingunt viperina sanie & humano sanguine: irremedicabile id scelus, mortem ilico adfert levi tactu.* Quae caussa est sine dubio, quare *Ovidius* Getis, Dacis, aliisque finitimis populis, hominibus feris & truculentis Scytharum prosapia oriundis, tela veneno tincta frequentius attribuat:

Pars cadit hamatis misere confixa sagittis:
Nam volucri ferro tinctile virus inest.

Trist.

Digitized by Google

Triſt. L. III. el. X. v. 63. 64.

Hoſtis habens arcus, imbutaque tela veneno,
Sævus anhelanti moenia luſtrat equo.

Triſt. l. IV. el. IV. 77. 78. Feritatem Sarmaticæ, Geticæque gentis, in cujus confiniis, urbs Tomitana ſita erat, quo ipſe ab irato Auguſto exulatum erat miſſus, deſcripturus canit:

In quibus eſt nemo, qui non coryton & arcum,
Telaque vipereo lurida fella gerit.

Triſt. L. V. el. VII. v. 15. 16. conf. ep. Pont. l. I. ep. II. v. 18. l. III. ep. I. v. 26. l. IV. ep. VII. v. 11. 12.

§. 4. Quæ licet ita ſint, animi tamen pendeo, num eo reſpexerit apoſtolus, cum tela *veneno illita*, non *proprie*, ſed *improprie* βελη πεπυρωμενα dici poſſint, ob *effectum* ſc. quem in corpore humano edunt; quandoquidem veneno viſceribus hauſto & concepto, maſſa ſanguinea inſigniter turbatur & ebullire incipit. Idcirco etiam *Lycophron* Alex. v. 309. 310. amoris flammas *telis ignitis* adſimilat:

Ὁς τ' ἀγελον ϑρασυντᾶι πυρφορῳ βελων
Ιυγγι τοξων.

Ad quæ verba *Tzetzes* commentatur, ἀντι τε NB. πυρφορῳ βελει quæ cum apoſtoli ἐνεργουμενα paria faciunt. Ad hæc notandum eſt, tela venenata vim ſuam non exerere prius, quam in pectus fuerint adacta & effectum mortem ſc. inevitabilem ſortiri; fides autem munit

Digitized by Google

cor hominis, quo minus diabolus suggestiones suas intromittat, saltim spe sua excidat & frustretur.

§. 5. Si quod igitur telorum genus datur, quod ignem ipso opere corpori intulerit, ad illud apost. nostrum sermonem suum convertisse, haut oscitanter dixerim. Quam difficultatem cum animo providisset illustr. *Grotius*, *ad glandes*, *a funditoribus mitti solitas*, *quæ ipso motu ardescebant*, heic respici indicat. Notum est, lapides funda antiquitus projecisse, quam brachio circa caput rotabant, quo ictus eo validior & perniciosior esset. *Funditores enim*, inquit, *Vegetius* de re mil. l. III. c. XIV. p. m. 101. *sunt*, *qui fundis ex lino vel setis factis* (*has enim dicunt esse meliores*) *contorto circa caput brachio dirigunt saxa.* Præterea *glandibus plumbeis* utebantur, quæ quoniam ipso motu ardescere & liquescere judicabantur, *arsura glandes Statio* dicuntur:

& lucida ferro
Spicula & ARSURAS cæli per inania GLANDES,
Saxaque in adversos ipsis avulsa rotabant
Mœnibus.

Thebaid. L. X. v. 526. Ad quem vetus scholiastes notat: *plumbeas glandes*; *quas impetus excussionis*, *dum per aërem volant*, *LIQUESCERE cogit.* Ipsas autem nimio motu ignem quasi concepisse & hoc ipso distillasse, suo

adsen-

Digitized by Google

adſenſu comprobat *Virgilius* Aen. L. IX. v. 586. 589.

Stridentem fundam, poſitis Mezentius haſtis,
Ipſe ter adducta circum caput egit habena;
Et media adverſi liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multâ porrectum extendit arena.

Sed ὡς ἐν παροδῷ notandum, *Virgilium* minus ἀβλαβῶς inſimulandum, contraque antiquitatis teſtimonium ſermonem conformaſſe ſuum, dicendo, *trinæ fundæ rotatione defunctum eſſe Mezentium*; cum tamen *Vegetius* L. II. cap. XXIV. præcipiat, *adſueſcendum eſt etiam, ut ſemel tantum funda circa caput rotetur, cum ex ea emittitur ſaxum.* Cum Virgilio noſtro facit *Statius:*

teretes pars vertere fundas
Adſueti, vacuoque diem præcingere gyro.

Theb. L. IV. v. 66. 67. Notari hic merentur verba ſcholiaſtis antiqui, *in aërem*, inquit, *rotatis fundis, bis aut ter vano rotatu, donec lapis extra fundam ejacularetur.* Ut proinde Virgilius ab omni ignorantiæ ſuſpicione ſit abſolvendus. Quod autem Vegetius adſerit, de crebra & adſidua exercitatione eſt accipiendum; milites ſc. jugi exercitio ad tantam promtitudinem cum tempore perductos eſſe, ut, quod olim bina vel trina rotatione vix potuerint efficere, in ipſis una circa caput gyratio præſtet. Sed e diverticulo in viam redeamus. Ex utroque Virgilii & Statii loco adparet, ea de cauſa ro-

Digitized by Google

tasse fundam antiquos, ut glans plumbea vehementiore motu dissolveretur & majore cum vitæ periculo in hostem evibraretur. Quod ipsum etiam *Servius* observat: *plumbum*, inquit, *jactum nimio rotatu & æris calore dissolvitur.* Nec vero hæc sententia intra poëtarum palæstras substitit, verum etiam ad philosophorum umbracula proserpsit. *Aristoteles* certe huic calculum adjecit suum facta enim de sagittis mentione, addit: πεύτη γαρ αὐτη NB. ἐκπυρεῖται ἕνεκα, ὡς πλεῖσθαι τῆς μολυβδίδας de cæl. l. II. c. VII. p. m. 636. Tom. II. In eadem opinione versatur *Seneca*, non postrema porticus gloria: *sic* inquit, *liquescit excussa glans funda & attritu æris velut ignis distillat.* Quæst. nat. l. II. c. LVII. Ast vero, quantam etiam cumque speciem habeant & philosophorum consensione firmentur, non tamen ita res ad liquidum est deducta, ut animus adquiescere possit. Glandem funda emissam liquescere & rationi & experientiæ adversatur, cum ne quidem id in illis, pulvere pyrio accenso sclopetis excussis, hodierno die deprehendamus; quare *Lipsius* id omne, quod poëtæ de glandibus ardentibus, iisdemq; liquescentibus tradunt, poëtarum figmentis adscribit, ipsisque etiam philosophis hac in re omnem fidem derogandam esse contendit. Caussam autem, quare hæc fabula omnium fere poëtarum industriam exercuerit, hanc fuisse con-

Digitized by Google

conjicit. *Potest; semel ut & rarissimo casu plumbatura & adfrictu aëris, aut corporis durioris, intabuerit; & miraculum ab uno arreptum cucurrerit statim per omnes poëtas*, ad c. l. Cum igitur infirmo admodum, imo nullo tibicine nititur, quidquid antiquitas de glandibus ardentibus somniat, magnus *Grotius*, sagacissimus alias oraculorum divinorum indagator, nos in vado destituit.

§. 6. Nec tamen animus omnino est abjiciendus. Quod si enim aliquod teli genus, ipso opere ardens, ignemque corpori inferens, ex antiquitatis monimentis dari potest, ad illud apostolum adlusisse, nullus ego quidem ambigo. Proclivis igitur est animus cogitare de *Falaricis*, quæ unde nomen suum habeant *Martinius* Lex. philol. p. 767. 768. evolvit. Nobis in præsentia ex *Hesychio* enotasse sufficiat, fuisse εἶδος λογχης. Figuram illius & conformationem nobis ob oculos ponit *Servius* ad Aen. L. IX. v. 705. *est ingens telum, torno factum, habens ferrum cubitale, supra quod veluti quædam sphæra, cujus pondus etiam plumbo augetur; dicitur enim ignem habere adfixum*, stuppa *circumdatum*, & pice oblitum: NB. INCENSUMQUE AUT VULNERE HOSTEM AUT IGNE ABSUMIT. Cum hac descriptione Serviana convenit omnino illud, quod *Livius* tradit: *Falarica missile telum hasti-*

li

li oblongo & cetera tereti, præterquam ad extremam, *unde ferrum exſtabat*, *id*, *ſicut in pilo*, *quadratum ſtuppa circumligabant*, *limbantque pice*, *ferrum autem tres in longum habebat pedes*, *ut cum armis transfigere poſſet corpus*, *ſed id maxime etiam ſi hæſiſſet in ſcuto*, *nec penetraſſet in corpus*, *pavorem faciebat* Lib. XXI. c. VIII. Superioribus addatur *Vegetius*, *falarica*, inquit, *ad modum haſtæ*, *valido præfigitur ferro: inter tubum & haſtile*, *ſulphure*, *reſina*, *bitumine*, *ſtupitque convolvitur*, *infuſo oleo*, *quod incendiarium vocant*, de re milit. L. II. c. XVIII. Hoc armorum genus videtur initio quidem Hiſpanorum proprium fuiſſe, quod ex *Livio* l. c. elucet, poſtea vero & jam illius uſum ad Romanos, aliasque gentes tranſiiſſe. conf. idem Liv. L. XXXIV. c. XIV. Ex iis igitur, quæ hactenus adduximus ſole meridiano clarius elucet, falaricam commodiſſime *telum ignitum* dici poſſe.

§. 7. Sed vero res nondum eſt in tuto, niſi, quæ paſſim de *falarica* tradunt auctores, cum phraſi Paullina conciliavimus. (I) Eſt telorum genus, quod eminus manu emittitur; unde ex definitione *Heſychii*, ſuperius §. 1. producta, nomine βελους ſive *teli* percommode inſigniri poteſt. (II) Eſt βελος πυρωμενον, eo ipſo momento, quo ejaculabatur, ignem conceptum habens, &, quæ contingebat corpora, incendio abſumens.

Digitized by Google

sumens. *Namque medium accensum mittebatur, conceptumque ipso motu multo majorem ignem ferebat* Liv. L. XXI. c. VIII. (III) Adversus illud se scuto munire & defendere solebant, quod ex illis Livii verbis adparet, *sed id maxime etiam si hæsisset in scuto, nec penetrasset in corpus, pavorem faciebat*, c. l. Idem testatur *Virgilius* Aen. L. IX. v. 705.

Sed magnum stridens contorta falarica venit,
Fulminis acta modo: quam nec duo taurea terga,
Nec duplici squama lorica fidelis & auro
Sustinuit.

Id unum mihi objici posse facile prævideo, falaricam esse teli genus *murale* & *obsidionale*, quo in turribus vel defendendis, vel oppugnadis antiqui sint usi; unde etiam a *falis*, i. e. turribus, judice *Servio*, nomen traxit suum, ratione adjecta, eo *quod hoc telo turribus pugnabatur* Conf. *Veget.* c. l. *Sext. Pomp.* de verb. signif. p. 286. *Non. Marcell.* de propr. serm. cap. XVIII. p. 798. Verum observamus, (α) distinguendum esse inter *falaricam*, hastam, quæ manu emittebatur & *muralem*, quam ipsam distinctionem *Servius* adhibet. (β) Etiam diabolus & universum cætum & singula ejus membra βέλεσι πεπυρωμένοις, castello prævalido ejaculatis, configere satagit; infernali quippe potestati πύλαι adscribuntur Matth. XVI. 18.

§. 8.

Digitized by Google

§. 8. Adversus hæc autem ignita tela ap. suos vult munitos θυρεῳ πασῃ, quam vocem nos commodissime per *scutum* vel *clypeum* convertere possumus. Inter utrumque enim non aliam intercedere differentiam, nisi quod hic *peditum*, illud *equitum* proprium esse consueverit *Isid.* Orig. L. XII. p. m. 1272. judicat. Hesychius vocem θυρεος interpretatur εἰδος ἀσπιδος, & ad vocem θυρεος (quam mendosam esse conjiciunt *Salmasius* & *Sopingius*) notat, esse idem, quod ἀσπις ἡ σκεπαστον. Intelligitur autem scutum amplius & majus, totum fere corpus obtegens, quo ab hostium telis & armis tuti essent, contra distinctum parmis & peltis. Hoc ipsum etenim nomen, quo utrumque insignitur, declarat. Clypeum a κλεπειν i. e. *celando* dictum, *quod corpus celet & ab hastis atque jaculis corpus muniat*, existimat Serv. ad Aen. L. VII. v. 686. Fl. *Sosipater Charis.* p. 1361. edit. Gothofr. *Isid.* Orig. L. XVIII. c. XII. Eodem tendit *scuti* nomen, illud enim *Isidoro* judice, ita est adpellatum, quod *a se excutiat telorum ictum, ut enim telis resistatur, clipeus antefertur.* Cui usui ut servirent clipei ex multiplicatis animalium pellibus conficiebant, superficie ænea superinducta, quod multis antiquiorum auctorum testimoniis comprobavit erudit: *Meursius* ad Lycophr. Alex. v. 854. p. m. 84. Quibus nos quædam alia ad-

Digitized by Google

adjungemus. Hanc scuti formam sistit *Polybius* de milit. & castramet. Rom. ex vers. Casaub. p. m. 477. 478. *Scutum*, inquit, *latum in superficie gibba duos pedes cum dimidio: longum pedes quatuor, aut si sit majus, ad hanc mensuram accedit palmus, e duplici tabulato glutine taurino est compactum: extrema superficies linteo, deinde vitulino corio circumtegitur. In ambitu circa superam inferamque partem ferrea pratexitur lamina, qua adversus casim illatos ictus munitur & ne humo incumbens corrumpatur, adaptatur etiam illi concha ferrea, (is est umbo) qua ictus vehementiores defendit lapidum, sarissarum & violentorum omnium telorum.* Quæ descriptio quam accurate componi potest cum illa Virgilii, qua Pallantis a Turno interfecti clipeum nobis ob oculos ponit:

at clipeum tot ferri terga, tot aeris
Cum pellis toties obeat circumdata tauri,
Vibranti cuspis medium transverberat ictu,
Loricaque moras & pectus perforat ingens.

Extremam autem clipei superficiem linteis fuisse opertam, auctoritate sua firmat idem *Virgilius:*

illa (hasta) *per orbem*
Aere cavum triplici, per linea terga, tribusque
Transiit intextum tauris opus, imaque sedit
Inguine.

Aen.

Digitized by Google

Aen. L. X. v. 783. 785. Ad quem locum *Servius* notat: *ideo lino tecta fuisse scuta ut possent harere picturæ*, nam quod ad L. VII. v. 796. observat, *apud majores virorum fortium picta erant scuta inertium & tironum pura erant*. Ab hoc igitur corio bubulo, unde scuta constabant, ipsis apud græcos nomen βοαγεια est inditum, quæ vox interprete *Hesychio* ἀσπίδα designat; cujus nomenclaturæ rationem reddit *Tzetzes* ad Lycophr. Alex. v. 854. ἐκ δερματος βοὸς ἀγρίου γεγονται. Notandum autem adhuc, certis quibusdam signis, imo inscriptis nominibus scuta interstincta fuisse; ea quidem de caussa, ut si quando in prælii tumultu ab invicem discederent ac dispergerentur, ex qua quisque cohorte esset, internosci posset. Notavit illud *Vegetius*, cujus verba adscribere non piget: *sed ne milites*, inquit, (*aliquando in tumultu* prælii a suis *contubernalibus aberrarent*) *diversis cohortibus diversa in scutis signa pingebant ut ipsi nominant* δευγματα, *sicut etiam nunc moris est fieri. Præterea in adverso scuto uniuscujusque militis* (*litteris*) *erat nomen adscriptum, addito ex qua esset cohorte & centuria*, de re milit. L. II. c. XVIII. p. m. 52. 53. Habebantur autem scutati omnium firmissimi & totius exercitus robur censebantur; quare etiá in ultimo ordine locabantur, ut fessis reliquis, vel etiam ad fugam inclinatis subsidio esse, hostiumque impetum

Digitized by Google

tum fustinere & retardare possent vid. Veget. l. III. c. XIV. p. m. 101.

§. 9. Ebræis duo sunt nomina, quibus clipeum exprimunt צִנָּה & מָגֵן, quorum illud ab *ambitu*, hoc a *tutela*, quam militi præstat, tractum esse judicatur. צנה judice *Abarbanele* ad 1. Reg. X. 16. 17. dicitur לפי שהוא מכס את האדם ואוטר מלל צד *quia hominem obtegit, eundemque undique ambit.* מגן deductum, præsidium designat, quod illi adfert, qui eodem tegitur; hoc enim *Kimchius*, libr. rad. col. 93. notat על כן נקרא מגן לפי שהוא מגן על נושאו *ea de caussa* מגן *appellatur, qua protegit sui portatorem.* Chaldæis dicitur תריס, quæ vox fortean ex græca θυρεὸς fluxit, nisi quis ab Arabica ترس *clipeum* vel *scutum* designat, per litterarum metathesin derivatam velit. Apud interpretem Syrum differentia aliqua occurrit, aliis editionibus in h. nostro l. cum *Widmanstadio* מבטן *scutum*, aliis מבטן *spes*, cum *Guidone Fabricio* legentibus, quæ differitas procul dubio adfinitati litterarum ב & ב ortum suum debet. Hoc autem discrimen inter צנה & מגן intercedere existimant magistri, ut illud *majus* aliquod, hoc *minus* scutum significet; ita enim *Abarbanel* צנה הוא גדול מהמגן שהוא הכלי שמוליכי אותו בידיהם להשגב בם מהאויב צנה בעת שילחמו *majus est* מגן *quod est instrumentum* (bellicum)

quod portant manibus suis, quoque se ab hoste tempore pugnæ protegunt, comm. in proph. prior p. 235. col. I. Formam illius tradit R. *Isacides* צנה מקפת את הארם משלש רוחותיו i. e. צנה *ambit hominem tribus lateribus suis* ad I. Reg. X. v. 16. 17. & Ps. V. 13. Utriusque delineationem dedit Cl. *Dassovius*, quidque per utrumque magistri intelligunt ad tit. Celim. §. 1-10. prolixe tradit. An vero heic loci ab apostolo ad Ebræorum scuta sermo adcommodetur, quæ ea de caussa oleo fuerint inuncta, quo minus tela perterebrent, sed repercussa resiliant, eoque nomine βελη πεπυρωμενα dicantur, quod diss. II. de emph. voc. sacr. p. 19. 20. & ad tit. Celin. §. 10. adserit, suo loco relinquo. Scribit Ap. ad Ephesinæ urbis cives, Christo per fidem adgregatos, qui cum Amazonum prosapia oriundi essent, certe telorum, scutorumque usus ipsis ignotus esse non potuit, eo maxime, cum, quo tempore Romani bella per Asiam administrabant, iisdem implicarentur.

§. 10. Hæc sunt, quæ ad illustrationem *encom.* Paullinæ adnotare visum fuit, necessum est, ad ipsam rem, quam apostolus indigitat, propius accedamus. Apostolum heic credentes scuto fidei adversus quales-cunque tentationes pessimi illius genii armare, quæ in imaginationem, imo animum ipsum altius demittantur, quarumque vis be-

beneficio fidei vel intervertatur, vel prorsus eludatur, plerorumque interpretum est sententia, & id ipsum peculiaribus dissertationibus Cl. Viri Joh. *Arrowsmith* Tract. Sacr. L. II. cap. VII. VIII. p. 152-177. Joh. H. *Heideggerus* diss. select. Tom. IV. diss. III. §. 34. 40. p. 110. 116. demonstratum iverunt. Quæ licet commodum sensum habeant, & pro amplitudine phraseos subintelligi possint, existimem tamen ad specialiorem quandam luctam, qua ecclesia Ephesina tunc temporis agitabatur, vel quæ ipsam haut ita multo post manebat, respici. Sapienter illud monuit Cel. Theologus *Salomon van Till* op. analyt. T. II. p. m. 595. 596. Paullo epistolæ conscribendæ occasionem submini-strasse *tentationem ecclesiæ Ephesinæ, ceterisque Asiatitis imminentem, fore* sc. *ut ethnicismus lacertos moveat; hinc persecutionibus, atque ita aperta vi; illinc artibus nescio quibus magicis, junctis cum studiis philosophicis.* Inde pergit suamque sententiam explicatius tradit: *quidni*, inquit, *Paullus in spiritu prævidisse putandus est πχνυς Apollonii Tyanæi philosophi, atque stupendis artibus magicis celeberrimi, qui dudum egit inter Ephesios: cujus unicum consilium fuisse testantur veteres, sicuti & Jannes & Jambres Mosi restiterunt, artibus suis resistere Christo & apostolis, quærens omnia eorum miracula eludere.*

§. 11. Nec vero hæc sententia a phrasi Paul-

lina est aliena. Quem fugit telorum nomine, significatione translata, venire artes atque fraudes, quibus ab hominibus vafris periculum nobis struitur, ut hinc in proverbium abierit: *& meum telum cuspidem habet acuminatam*: quo de vide sis *Erasmum* adag. p. m. 90. Eadem significatione *Cicero* P. Quintium a violentia Sext. Nævii vindicaturus, cujus fortunas & famam pessumdare nitebatur, vocem adhibet. *Ita fit*, inquit, *ut ego, qui tela depellere & vulneribus mederi debeam, tum id facere cogar, cum etiam TELUM adversarius nullum jecerit: illis autem id tempus impugnandi detur, cum & vitandi illorum impetus potestas ademta nobis erit: & si qua in re, id, quod parati sunt facere*, NB. FALSUM CRIMEN, QUASI VENENATUM TELUM, *jecerint, medicinæ faciendæ locus non erit* Orat. pro P. Quint. c. XI.

§. 12. Philosophos autem inde a primis nascentis Christianismi primordiis sanctissimæ nostræ religioni sese opposuisse & rudentibus profanorum deorum rebus suppetias tulisse, sacra loquitur historia. Cum enim a sacerdotibus & popis, qui rerum divinarum rudes fere & expertes, sacris unice intenti erant, id minus exspectari posset, sacrorum causam philosophi susceperunt. Qui rerum divinarum sapientia incluti, id unice egerunt, ut religionem Christianam tanquam simplicem atque fatuam, neque ulla sapi-

Digitized by Google

sapientiæ specie commendabilem, vulgo deridendam præberent, eosdemque apud summos imperantes tamquam deorum patriorum contemtores & communis humanitatis hostes in invidiam adducerent. Experti illud sunt ipsi apostoli Act. XVII. 18. seqq. quin imo tota religio Christiana, quia non ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις constabat, græcis, interque illos vel maxime philosophis ΜΩΡΙΑ censebatur 1. Cor. I. 23. Quibusque criminibus & calumniis sophistæ sequentibus temporibus Christianos oneraverint, ex libellis apologeticis, qui ad nostram memoriam sunt tranmissi, satis adparet.

§. 13. Præ aliis autem huic tentationi exposita fuisse videtur ecclesia Ephesina, ubi famosus ille impostor *Apollonius Tyaneus*, Tyana Cappadociæ oppido oriundus aliquamdiu hæsit, civesque ephesinos sapientia & stupendis operibus suis tanta sui veneratione inflammavit, ut *Lactantius* instit. div. L. V. c. III. p. m. 241. *simulacrum ejus sub Herculis Alexicaci nomine constitutum, ab EPHESIIS etiam nunc honorari*, disertis verbis adseveret. Equidem me non latet, plurima homini prodigia & miracula adficta fuisse, ea solum de caussa, ut profanæ gentes haberent, quem Christo opponerent; speciatim illud de telesticis ipsius imaginibus (quarum rationem reddere conatur erud. Joh. *Gregorius* not. & obs. c. VIII.) demonstra-

Digitized by Google

travit Cel. *Moshemius* Bibl. hujus Cl. III. Fasc. I. p. 1-35. Negari tamen omnino nequit, illum magna inter gentiles auctoritate polluisse. *Apulejus* Madaurensis, qui ætate antevertit Philostratum, (qui totus in ornando Apollonio versatur) hunc celeberrimis magis accenset apol. II. p. m. 216. & *Lactantius* observat, *Hieroclem* (hunc enim heic indigitari ex libr. de mort. pers. c. XVI. adparet & Joh. *Pearsonus* proleg. ad Hierocl. in carm. aurea Pyth. p. 13-17. probavit, inque hujus ætatem aliquanto pressius inquisivit *Moshemius* l. c. p. 14-18.) *voluisse ostendere Apollonium vel paria, vel etiam majora* (Christo) *fecisse* c. l. p. 240. Aetatem hujus hominis in tempora Domitiani incidere & a. XCV. post natum Christum insignem exstitisse *Eusebius* Chron. I. II. p. 164. tradit, ipsum tamen jamdum imperante Nerone magicis suis artibus inclaruisse & ad usque Nervæ imperium ætatem suam protendisse, alii docuerunt. Philostratum autem suis de Apollonio commentariis plurimum ad ejusdem existimationem contulisse, extra omnem dubitationis aleam est positum. Inde factum, ut passim ipsum divinis honoribus sint prosecuti, sic de Alexandro Severo tradit *Lampridius* c. XXIX. ipsum *Apollonium, Christum, Abraham & Orpheum in larario suo habuisse*, & *Eunapius* in Chrysanthii vita p. m. 146. testatur, *Apollonio divi-*

Digitized by Google

cultum exhibitum fuisse. In confirmationem hujus rei adduci merentur verba, quæ idem in præf. p. 11. in littteras misit: Ἀπολλωνίῳ ὁ σὰ τυανεων ἀλλ' ὁ τῆ φιλοσοφῳ, ἀλλ' ἡ τ θεων καὶ ἀνθρωπων μεσον. τὸν γαρ πυθαγορικον φιλοσοφιαν ζηλωσας, πολλῳ τ θαυματος καὶ ἐτερος ἐγενετο καὶ' αὐτην ἐπεδεξατο.

§. 14. Quod si igitur vaferrimus hic impostor ipso illo tempore, vel non multo post quo apostolus in vivis fuit, florere cæpit, suaque viyendi ratione, doctrinæ sublimitate, magicisque operationibus plurimos, maxime vero Ephesios in stuporem dedit, inque errorum præcipitia deduxit, non injuria dicimus, Paullum credentes Ephesinos contra ipsius insultus & præstigias munitos voluisse. Habere omnino ecclesiam Ephesinam, a quibus sibi metuat, Paullus sub ipsum discessus sui tempus præsignificaverat, nominando λυκους βαρεις καὶ διδεσκ λαλουντας διεστραμμενα Act. XX. 29. 30. Non unum idemque hominum genus utraque adpellatione designari, oppositio luculenter admodum declarat. Posteriores etenim ex ipso credentium Ephesinorum externo cœtu prodituros esse adseverat, ἐξ ὑμων αὐτων inquiens, ἀναστησονται, cum de prioribus dicat εἰσελευσονται, μετα τὴν ἀφιξιν μου εἰς ὑμας. In sacris *lupi* malorum doctorum symbolum sustinent, qui detestandis infecti erroribus, animas a doctrinæ cælestis lumine aver-

avertere, inque æternum exitium præcipitare & perdere nituntur Jo. X. 12. Probabile igitur est admodum per λυκους βαρεις apostolum doctores designare, qui non de externo Christi grege erant, philosophos gentiles, interque illos vel maxime Apollonium, qui gregem Christi dispergere ac omnibus viribus impedire satagebant, ne qui Christo nomen darent, adeoq; animas suas exitio eriperent. Ανδρες λαλουντες διεστραμμενα sunt homines in ipsis ecclesiæ pomoeriis suppullulantes, gnostici, Platonicæ Pythagoricæque philosophiæ principiis imbuti, ad eorundemque amussim sublimiora Christianæ religionis mysteria exigentes. Quin κοσμος, quem de ecclesia Ephesina tanto prædicat opere Christus Apoc. II. 2. huc ex parte referri potest; eum nimirum in Apollonii moliminibus & gnosticorum falso nominata scientia & impura eorundem vita propulsandis impendisse. Quam sententiam post *Hermannum Witsium* Miscell. sacr. T. I. de sens. hist. apoc. §. LXX. Cel. *Camp. Vitringa* in apoc. p. m. 97. suo adsensu comprobat, conf. etiam *Gerbrandus van Leeuwen* comm. in act. ap. Tom. II. p. 554. 555.

§. 15. Favet huic nostræ interpretationi orationis Paullinæ συναφεια. Apostolus etenim rationem redditurus, quare Ephesios tanto armorum adparatu munitos velit, ἱνα δ' ειπω ημιν, inquit, ὁ πολυς προ- πασι τοις αγιοις,

Digitized by Google

εἰδικὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τὰς κοσμοκράτορας τῆς σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις V. 12. cap. VI. Duplicis vel maxime generis tentationes Satanas in primordiis nascentis Christianismi credentibus objecit, quarum alias a potentia principum hujus mundi, alias ab astu & insidiis philosophorum metuere habebant, quos omnes princeps ille tenebrarum armavit, ut partim aperta vi, partim per cuniculos religionem Christianam oppugnarent, &, si pote, radicitus evellerent. Prioris generis tentationes innuit, per ἀρχὰς, ἐξουσίας, κοσμοκράτορας intelligendo provinciarum præsides & rectores, qui orbem Romanum gravi imperio premebant, suisque edictis Christianam religionem tamquam novam, profanam, sacris avitis inimicam ac detestandam insectabantur. Posterioris generis sunt πνευματικὰ τῆς πονηρίας, philosophorum molimina, qui falsis suis ratiociniis sapientiam cœlestem evertere satagebant.

§. 16. Sed vero his tentationibus ap. opponit fidem, tamquam firmissimum & validissimum munimentum, qua qualiacumque adversariorum suorum tela repellere, seque ab illis defendere queant. Fides hic in omni suo ambitu & amplitudine est accipienda, quæ, quum omnes hominis facultates permeat & pervadit, eundem etiam ad-

Digitized by Google

versus omnis generis tentationes tutum & incolumem præstat. Fides sine salutarium veritatum cognitione consistere non potest, in qua qui sunt ἐρριζωμένοι καὶ βεβαιούμενοι Col. II. 7. facile omnes hostium suorum insidias deprehendere, subtilissimas eorundem ratiocinationes refellere & retundere possunt, quo minus *agitentur & circumferantur quolibet cumque vento doctrinæ* Eph. IV. 14. ne quisquam *ipsos decipiat inanibus sermonibus* c. V. 6. In quo utroque loco quod ad philosophorum falso nominatorum artes respicitur, eo minus est dubium, quoniam philosophiæ falsæ κενὴ ἀπάτη Col. II. 8. adscribitur. Sint licet hæc tela potestatis infernalis igne armata, eque arce prævalida evibrentur, credentes tamen scuto fidei tecti, non vim solum illorum eludere, verum etiam simplicitate fidei ipsa munimenta evertere, perverse ratiocinantium philosophorum consilia & ratiocinationes, omnemque ingenii & rationis humanæ altitudinem, adversus evangelii doctrinam se efferentem, destruere possunt 2. Cor. X. 4. 5. Intenterit licet hæc mortem luctuosam non tamen illis, qui fidei scuto sunt muniti, damno esse possunt; his etenim quoniam vita, quæ ex Deo est, vivificantis spiritus operatione, beneficio fidei restituitur, vitam æternam certa fiducia & πληροφορίᾳ jamdum præcipiunt Jo. III. 16. Et quoniam per fidem Christo, quam arctissi-

ctissime conjunguntur, adeo ut ipsi in Christo, & Christus in ipsis vivat Gal. II. 20. nulla potentia, imo ne ipsa quidem mors a caritate Dei ipsos separare potest Rom. VIII. 38. 39.

§. 17. Ex ante dictis facile adparet, quare fides inter reliquam spiritus militiæ armaturam intermedia ponatur, eandemque apostolus præ omnibus aliis quam maxime commendet, ἐπὶ πᾶσιν, inquiens, ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως. Scutum totum hominis corpus obtegit §. 8. sic & fides omnes & animæ & corporis vires, facultatesque occupat & pervadit, seque vel ad externa corporis membra transfundit, *ut arma justitiæ deo sistantur* Rom. VI. 13. Intellectum veritatum cælestium, quæ ad pietatem ducunt, cognitione illuminat, judicium informat & confirmat, quo de viis Dei in regimine universalis providentiæ & ecclesiæ conspicuis sapienter judicet, voluntatem rebellem & refractariam occulta quadam & interna vi ad obsequium fidei & præceptorum divinorum observationem rapit, inordinatos adfectus temperat, eosdemque moderatur, ne adversus sanctæ voluntatis dictamen subsultent, ipsa denique corporis membra Deo sistit in glorioſum ministerium. Hac ratione ubi fides totum hominem possidet, commodissime scuto adsimilari potest. Ut enim scutum hominem protegit,

ne

Digitized by Google

ne vis externa ipsi inferatur; sic etiam fides, quæ per totum hominem se diffundit, impedit, ne tentationes, sive externæ, sive internæ fuerint, nocere possint. Vult igitur apostolus, fidem *ante omnia* tamquam scutum adsciscendam esse, eandemque inter reliquam armaturam mediam ponit, quia, quidquid est reliquorum armorum spiritualis militiæ, a fide salutari vitam quasi atque spiritum trahit. *Veritas* i. e. agnitio veri Dei & servatoris Jesu Christi quid est? nisi a fide vera & salutari animetur: ea quippe confirmat, quod Deus sit verax; hinc Paullus testatur *deum nos elegisse in fide veritatis* 2. Thess. II. 13. *Thorax justitiæ*, quæ in Christo est, qua induimur, ne nudi coram deo inveniamur, nostra non fit, nisi *per fidem* Phil. III. 9. *Pedes* non possunt *calceari promtitudine evangelii pacis*, nisi fides motum quendam & alacritatem addat, quæ facit, ut orbis Christo collum subdat. *Galeam salutis* accipimus, quando Christum salutis caussam fide nobiscum conjungimus. Denique *gladium spiritus* i. e. verbum dei ineluctabili spiritus S. potentia validum & efficax prehendimus, quo cogitationem omnem subigimus in obsequium Christi 2. Cor. X. 5. Quæ caussa est etiam, quare fidei ὑπόστασις 1. Petr. V. 9. adscribatur. Denique observandum ap. admonendo Ephesios, ut scutum fidei adsumant, illos velle quam firmissi-

mos.

Digitized by Google

mos. Ut enim scutati in exercitu firmissimi & totius exercitus robur censebantur, qui reliquis laborantibus subsidio venirent §. 8. sic etiam, qui scuto fidei sunt armati, ex firmissimis Jesu Christi militibus jure merito habentur. Et certe tales oportet illos esse, qui tela ignita Satanæ refringere adlaborant. Ex gravissimis & difficillimis tentationibus erant, quæ rei Christianæ a philosophorum insidiis imminebant, maxime vero illorum, quos haut vulgaris sapientiæ gloria, moderationis species & vitæ probitas commendabat; cui rei Juliani defectoris astutia documento esse potest. His infernalis exercitus antesignanis minus obviam mittendi tirones, debiles & infirmi fide, sed ejusdem robore succincti, planeque confirmati, qui adversariorum ingenii & eloquii opibus pollentium stratagemata & advertere & retundere, hostesque ipsos profligare & prosternere norant.

§. 18. Possemus equidem heic pedem figere, sed liceat nobis bona cum lectoris venia observare (1) Scutis militaribus nomen imperatoris, in cujus castris militabant, inscriptum fuisse. Sic de Thorii legionibus memoriæ prodidit *Hircius*, *Cn. Pompeji nomen in scutis inscriptum habuisse*, hoc ipso significantes, se in Pompeji fidem potestatemque concessisse, cujus *nomen* vero postea, ad Cæsaris partes redeuntes, *ex scutis detra-*

Digitized by Google

detraxerunt de bell. Alex. c. LVIII. LIX. Hoc ipsum etiam scutum fidei importat. Qui per fidem ex peccatorum servitute in filiorum dei libertatem, Christique peculium adscritur, inque statum filiorum dei transfertur, *novum nomen accipit* Jes. LXII. 2. LXV. 15. Apoc. II. 17. de nomine Jehovæ adpellatur, hoc ipso certissimum testimonium accipiens se esse de familia dei, ejusdem partes tueri, sub illiusque signis & auspiciis militare. Hi sunt, qui fide purificati corde *signo signantur in frontibus suis* Ezech. IX. 4. quique *habent nomen patris sui scriptum in frontibus* Apoc. VII. 3. 4. XIV. Jure adoptionis accipiunt spiritum filiationis tanquam σφραγίδα & ἀρραβῶνα obsignantem & confirmantem ipsis omnia illa beneficia, quibus per fidem in Christum mactantur 2. Cor. I. 22. Eph. I. 13. IV. 30. Quo ipso signo dominus suos tamquam populum περιποιήσεως cognoscit, ne quis ipsos manibus suis eripere possit. Non solum vero nomen imperatoris, verú etiam (II) *cohortis*, ex qua quis esset, imo nomen militis inscribebatur. §. 8. Δαγμα illud *externum*, notat *externam oris confessionem* Rom. X. 9. qua quis id consequitur, ut externis privilegiis in domo dei fruatur. Δαγμα *internum*, designat ipsum *nomen novum* filiationis & jus ad hæreditatem cælestem, *quod nemo novit, nisi qui accipit* Apoc. II. 17.

M.

Digitized by Google

III.

Conradi MEL, D.

Schediasma Epistolicum,

ad Virum Max. Rev.

D. S. DE H.

de *Lapide PUCH.*

ad Jes. LIV: 11.

רביץ בפוך אבניך:

ANnus est, & quod excurrit, V. M. R. cum in limitibus locorum curæ nostræ Ecclesiasticæ demandatorum conveniendo, inter alia ἀκροάματα scire desiderabas sententiam meam in locum illustrem Jes. 54. v. 11. & maxime ad verba, *& ponam in stibio lapides tuos:* Quam tunc quidem ex parte aperiebam, ast pleniorem deductionem promittebam: Ut igitur aliis intervenientibus negotiis hactenus impeditus, denique fidem datam liberem, hoc Epistolio mentem meam plenius aperiam. Inter vexata V. T. dubia haud immerito refertur hic locus, de quo magnus ipse *Coccejus* silere potius, quam minus certi quid definire voluit, ita ut in

Lexico

Lexico suo p. 662. dicat ad vocem פוך *Licet vobis securè ignorare, quis iste lapis? aut quis ejus usus sit?* Tentare interim licebit, an quidquam hac in re dubiâ asserere liceat. Cardo rei versatur circa significationem vocis פוך, & quo sensu in hoc loco applicetur; Ad prius quod attinet, extra omnem dubitationis aleam positum est, hanc vocem derivari à Rad. פוח, quæ diversas habet significationes (a) pro diversitate locorum, in quibus occurrit, notat enim 1. *flare*, unde & פיח *favilla*, quia levi flatu dispellitur, ut latens carbo in nitore suo appareat: 2. significat *colorare*, *coloribus depingere* vel *ornare*, unde Talmud in *Bava Basra* de Domibus, propter luctum Vastationis Templi, non colorandis ait: אין מסיידין ואין מכיירין ואין ממיחין בזמן הזה: *Non obducunt calce, neque figuris ornant, neque coloribus pingunt hoc Tempore.* Vid. *Buxtorff.* in *Lex. Talmud.* Ex varietate significationis igitur, pro diversitate locorum in quibus occurrit, & pro ratione circumstantiarum, explicanda hæc vox est atque intelligenda.

In Notione sua prima פוך significat pulverem levissimum flatu dissipandum vel applicandum, unde & vox Græca (b) φύκος, &

(a) Matth. HILLERUS in diss. de gemmis pectoralis Pontif. M. p. 23. quinque distinguit פוך ex significationes. T. d. H.

(b) Ab illo φυκος, quem ornatus causâ adhibebant, orta

& Latina *fucus* ortum habet. Hoc sensu occurrit 2. Reg. IX. v. 30. ubi de *Jesabele* dicitur. ותשם בפוך עיניה *Et posuit in stibio oculos suos*: LXX. ἐστιμίσατο τὰς ὀφθαλμὰς αὐτῆς *stibio depinxit oculos suos* unde patet quod vocabulum פוך pro *stibio* sumatur: confunditur quoque & combinatur vox פוך saepius cum כחל, sic Chaldæus Jer. IV, 30. תכחלין בצורייא עיניך *pingis stibio oculos tuos*: LXX. ἐν ἐγχρίσει λίθῳ τὰς ὀφθαλμούς σου. & Syrus *colliniendo collyrio oculos tuos*. Quid vero כחל, *cochal*! quid *stibium*! altioris est indaginis: כחלא in Talmude sumitur pro specie *marmoris viridis* & *colorati* in *Succa* & *Basra*, Buxt. Lex. Talmud. Quamvis verò interdum significet Lapidem figuratum, stibii colorem referentem, non tamen eò sensu hic sumi potest; quia de ornamento muliebri oculis applicato, loquitur Propheta: Sed procul dubio hic intelligenda est species fuci, quod indicat vox צוריא in *Chaldaica* & ﻟﻮﻙ in *Syriaca* Versione, quæ notat *fucum* seu *stibium* quo pinguntur facies & oculi. In *Venetis* legitur צוידא & *Baal Aruch* ex Tal-

mud orta videtur vox πυκάζω, quod est ornare. Glossarium vetus: Πυκάζω, *condenso*, *aperio*, *orno*, unde πυκὰ, ornate. Anne hinc Belgarum *puik*, *puick*, quod de re pulchra, nitida dicitur, derivandum est? T. d. H.

Digitized by Google

mud *Kelim* notat, quòd צרור שעה signi-
cet *Lapidem Horæ*, seu signis suis depictum
Horologium solare: Cl. *Brannius* mallet le-
gere צרוה & inde derivare vocem *cerussa*,
propter convenientiam stibii ac cerussæ:
Vid. Plin. cap. 6. L. 23. & cap. 18. Lib. 34.
כחל *cochal* igitur ex consensu Linguarum
Orientalium notat fucum & derivatur à
כחל Syr. ﻛﺤﻞ Arab. كحل *fucavit decepit.*
Ludolphus, ab hac voce deducit Græcam
antiquam κοήλιον, unde porro format κόλυς
& κολύειον: *Tenzelius* in *Colloq. Menstr.* An-
ni 1689. *Mens. Maj.* vocem κολύειον deriva-
re gaudet, à Teutonica voce (c) Kohle,
addita terminatione (d) comparativâ; ut
Ru-

(c) Suecis dicitur *Kol*, Danis *Kull*, Belgis, eens *Koble*, Anglis *Coale*. T. d. H.

(d) Qui illam terminationem ad vocis essentiam pertinere putant, quasi κολύειον ἀπὸ τῦ κολύειν vel κολλᾶν τὸν ῥῦν arcessunt, illos recte Henricus Stephanus in Thes. L. Gr. & Jobus LUDOLPHUS in comm. ad hist. Aeth. L. I. c. 7. una cum Jac. Grandio explodunt. Neque dubium, quin huc pertineat Latinorum *color*, Anglorum *colour*, Gallorum *couleur*. Italorum, *colore*, & Hispanorum *color*. Nam fucus, qui illinitur vel faciei, vel oculis nihil aliud est, quam color, & fucare est quovis colore tingere. Unde Glossae; *fucus*, χρῶμα. Vide Salmasium ad Solinum pag. 1143. Ita est fucus proprie color, quo panni & lanae inficiuntur L. 1. C. si quae res vendi non possunt. Immo ipsum stibium videtur descendere ab Ebrai-

Digitized by Google

Runice dicitur *Raudur*, *rubicundior*, sic & *Kolur*, *magis ater*, neque id sine fundamento; cum *Morhofio* enim asserere licet, à lingua Scythica seu antiquissima Teutonica, per *Pelasgos*, quam plurimas voces Teutonicas ad Græcos transiisse: Quanquam potius vocem Kohle derivarem à כחל *pruna*. Nam G & K Literæ, sæpius inter se permutantur, ut גמל camelus, Kamehl. Stibium adhuc hodie apud Arabes & Turcas, ad colorandos oculos in usu esse, testatur *Alphonsus Tostatus* ad 2. Reg. 9. v. 30. *Depinxit* (Jesabel) *oculos quodam colore nigro*, quo *fœmina utuntur*, *ad reddendum supercilia* nigra & *palpebras*: *& faciunt magnam apparentiam palpebrarum & superciliorum quam alias*: *& vocatur vulgariter Alcohol*. *Grandius* (e) refert, quod *Alcohol* (f) sit minerale varii coloris,

Fff2 quod

eo עבע, quod notat tingere, colore induere. Unde σιβις, σιβεος, fullo, cujus est lavare pannos, & colorare. Sic ut nomen generale, quod omne genus colorum indicabat, traductum sit speciatim ad illos colores, quibus faciem oculosque illinere solebant. T. d. H.

(e) Exstat *Jac. GRANDII*, *medici Veneti diss. de* כחל *sive stibio*, *ejusque usu apud antiquos*, *in re cosmetica per epistolam*, *in cujus exordio*, *de aqua Nilotica*, *deinde de stibii mentione in sacris literis*, *& de fucorum materia disquiritur*; Illam ex ephemeridibus Naturæ curiosorum dec. II. anni VI. p. 83-122. depromtam propediem integram una cum analectis nostris exhibere constitutum est. T. d. H.

(f) Hispanis eadem vox etiam nunc vulgari in usu est

Digitized by Google

quod in Oriente dicatur *Surma*: & olim fossile istud optimæ notæ in Bithynia, prope urbem *Chalcedonem* inventum fuerit, longe lateque divenditum. Commendatur ejus usus à *Galeno*: Ὀφθαλμοὺς δὲ τοιούτους, τῷ διὰ τῆς Φρυγίης λίθου χρώμενος ζηρῷ κολλυρίῳ, *oculos vere ipsos corroborabis, si ficco collyrio, quod ex phrygio lapide componitur, utaris: Solet hoc stibium palpebris stylo applicatum,* (ut *Grandius* in Epistola ad *Ludolphum* scribit, cui frustulum hujus fossilis & aliquid inde formati pulveris stibii transmittit) *elicere ex* oculo *lachrymam, unde nitescit cornea, nigrescunt cilia, & vividior totus sit oculus.* Vide *Tenz.* l. c.

Sunt qui asserunt, fossile illius stibii, ipsum esse *Antimonium*, non equidem illud in fornace fusum & divenditum, sed naturale, quod in Oriente effoditur; quod & ipsum vocis Etymon haud obscure indicat, non enim derivatur, (ut ludunt *Vossius* & *Martinius*) ab ἀντὶ & *Moine*, sed est vox Origine Arabica اثمد Athimod à ثمل *pinguis evasit*; usum enim habet Antimonium in saginandis pecoribus. Ex jam dictis patet, quod Phrasis dicti Jes. 54. v. 11. פּוּךְ אֲבְנַיִךְ בְּ: *Recubare faciam in stibio lapides tuos: seu abundanter addam stibium lapidibus* מרבץ *tuis*

est, uti & *alcobolar*, fucare, & ALCOHOLADO, fucatus. Scilicet & has voces cum innumeris aliis a Sarracenis, Arabibusque retinuerunt. *Td. H.*

Digitized by Google

tuis, hunc sensum habeat: Omnibus Gemmis ædificii tui dabo splendorem, ac si in stibio essent positæ. Sunt equidem qui pro Rubino militant, & dicunt פוך nihil aliud esse quam נופך, cujus lapidis mentio fit inter Gemmas pectoralis summi sacerdotis Exod. XXXIX. 11. & inter lapides pretiosos, à Davide ad Templi ornatum traditos, 2. Chron. XXX, 2. & quidem eo quod פוך & נופך ab una eademque descendant radice (g) & LXX. Jes. LIV, 11. פוך vertant ἄνθρακα. Quamvis verò concedamus, נופך lapidem esse pretiosum, qui dicitur ἄνθραξ seu *Carbunculus*, & à carbone, flatu à favillis purgato, ejusque rubicundo colore nomen habet: neque obstet quod in *Rabboth Bemidbar* ei tribuatur color cœli במין רמותו שמים *color ejus sicut species cœli*, quia cœlum πυρόεις seu rutilat vel ignescit, quando sol oritur vel occidit Matth. 16: 11. Vid. *Braunium* de *Vestitu Sacerd. Hebr.* non tamen consequentiam illam concedimus פוך ac נופך ab una radice descendunt, ergo idem significant: Neque Rubinus tantæ magnitudinis unquam repertus, ut segmentis ejus fundamentum alicujus ædificii sterni possit. Boëtius refert quod Rubinus non ex-

(g) Analogia linguae Ebraicae id confirmat, apud quos פוך & נפך est *dispergi*, נפך & פוך *inungere*, נמל & מול *circumcidere*, נפח & פוח est *sufflare*, & פוח שר ipso sonitu halitum exprimente. *T. d. H.*

cedat pondus XX. Ceratiorum, & admirandi quid fuerit, quod Imperator, Rudolphus, Rubinum habuerit, qui magnitudinem ovi Gallinæ æquaret: imò & ipse ego in Boruſſia Rubinum viderim, à *Magno Duce Moſcoviæ*, tunc Regiomonti commoranti, Regi Boruſſiæ donatum, qui ovi columbini magnitudinem æquabat: non tamen exigua hujus lapidis quantitas permittit, ut ſtratum pavimenti inde formari poſſit, niſi forte opere *Muſivo*, quod vocant, antiquiſſimis temporibus ignoto: inſuper verſu 10. Jeſ. LIV. ornamento portarum tribuitur אקדח lapis *rutilans* ſeu *Rubinus*, ita ut unus idemque lapis vſ. 11. & 12. bis recenſeretur & committeretur tautologia, quæ tamen ſeriò evitanda.

Noſtra igitur ſententia hæc eſt: quod פוך hic non pro lapide ſumatur, ſed pro ornamento lapidum pretioſorum, tanto nitore applicatorum in fundulis ſuis, ac ſi Gemmæ Diadematis pretioſi eſſent, firmatæ ut non moveantur, depuratæ ut niteant, ſicut oculi ſtibio purgati ac colorati, ut ſplendeant ſicut ſol aurora cinctus, dum oritur.

1. Hanc interpretationem ſuadet Phraſis פוך בעיניך אבנך סרביץ *ſternam in puch oculos tuos.* quæ concordat cum locutione 2. Reg. 9. תשים בפוך עיניה *poſuit in ſtibio oculos ſuos*, quod ſane de lapide quodam pretioſo intelligi

ligi nequit: Sed de fuco quo oculis nitorem & ornatum conciliare conabatur.

2. Ad hunc sensum collineant versiones, τῶν LXX. ἑτοιμάζω σου ἄνθρακα τὸν λίθον σου *præparo tibi carbunculi instar lapidem tuum*; id est, faciam ut niteant lapides ædificii, Rubini instar. Chaldæus, הא אנא כבישׁ בצדירא אבני רצפתיך *Ecce ego sterrnam in stibio lapides pavimenti tui.* Seu ut nitor illorum instar Carbunculi eluceat, vel splendore Hyacinthino fulgeat.

3. Non dicit Propheta de pavimento quod lapide *Puch* sit struendum, ut de fenestris ac de portis loquitur שמתי כדכד שמשותיך ושעריך לאבני אקדח *ponam crystallum fenestras tuas & portas tuas ex lapidibus gemmæ rutilantis*, sed de omnibus lapidibus per se jam pretiosis, ad majorem & altiorem splendorem redigendis per purificationem & ornatum.

4. Lapis ex quo stibium paratur, per se non habet splendorem, sed fossile est opacum & friabile quo nullus pavimento splendor accederet neque soliditas.

5. Ipsum nomen prodit, quod inter Gemmas non sit referendus lapis aliquis *Puch*; nam cum reliquæ Gemmæ plerumque speciosa habeant nomina, vel ab Excellenti splendore, vel à virtutibus quæ iis adscribuntur, hic à flatu nomen habet, tanquam res pulverulenta flatu dissipanda, & non nisi

nisi extrinsecus ad rem depurandam applicanda.

6. Sensus hujus dicti & συναφὴ sic suaviter concordant; postquam enim prædixerat Propheta Evangelicus Jesaias חבלי המשיח *Dolores ac passiones Messiæ*, ad justitiam æternam adducendam, & opus salutis consummandum, consolationes Ecclesiæ varias proponit, statumque Ecclesiæ N. T. & splendorem hujus Zionis pathetice exaggerat, conferendo statum Ecclesiæ veteris Fœderis, miramque ejus Metamorphosin indicando: Illam miseram, derelictam, pauperculam, sterilem, angustam, confusam, onere ἀβασίκτῳ defatigatam, mutandam prædicit, in Ecclesiam liberatam, felicem, tutam, egregiis donis ac bonis dotatam, frugiferam, longe lateque se extendentem divitiis spiritualibus affluentem & gloriosam: Utque hæc Charismata abundantiora, eò vividius exprimat, Propheta, per allegoriam proponit Ecclesiam, tanquam Ædificium regale, solide fundandum, firmissime coagmentandum, & spendidissime exornandum, bonis spiritualibus, justificatione, spe, fide, charitate, vita cœlesti & communione cum Deo: & quamvis hæ gemmæ quoque ornaverint Ecclesiam V. T. quod tamen illa in Ecclesia N. T. multo perfectiore jubare debeant radiare; tunc gemmas illas priscam obscuritatem fore amissuras instar gem-

Digitized by Google

gemmarum, quæ politæ altius radiant, instar oculorum, qui stibio purgati clarius nitent, & objecta etiam dissita perfectius vident. Et hic splendor Ecclesiæ N. T. denique suam impetrabit ἀκμὴν ultimis temporibus glorioſis, quando omnia Regna erunt Christi.

Hæc sunt, *Vir Maxime Reverende!* quæ ad quæstionem de *Lapide Puch* respondere volui: Quibus addo, ex dictis me non videre, quo cum fundamento nonnulli in hoc loco grande præsidium atque Arcanum pro lapide Philosophorum se invenisse sibi persuadere possint: Ac si Elias aliquis Artista oriturus, qui per *lapidem Puch* metalla in aurum mutando, Gazisque exinde paratis, ad dilatandam ac illustriorem reddendam Christi Ecclesiam multum contribuere, pauperibus & egenis, viduis & Orphanis, & aliis fidelibus curis victus & amictus laborantibus, abundanter succurrere possit. Solent equidem illi qui his artibus inescati sunt, ut majus pondus suis concilient mysteriis, hinc inde in Sacris Literis per Allegorias illatas quærere præsidia, prout & in Mythologia Gentilium, artem suam latere, audacter asserunt, aut debili cum fundamento: Sacra Scriptura non modum diteſcendi per talem Lapidem, aut salvandi docet, ut perficiatur homo Dei ad omne bonum opus aptus & idoneus. Vale.

Digitized by Google

IV.

Anonymi Conjectura de שועלי שמשון, vulgo *Vulpibus Simsonis* Jud. XV. 4. 5.

§. 1.

VErba ipsa, in quibus rei cardo vertitur, ita habent: וילך שמשון וילכוד שלש מאות שועלים ויקח לפידים ויפן זנב אל זנב וישם לפיד אחד בין שני הזנבות בתוך: ויבער אש בלפידים וישלח בקמות פלשתים ויבער מגריש וער קמה ועד כרם זית. Liceat hæc ita interpretari: *Quo facto Simson deprehendit sibique devinctos reddidit trecentos Schualitas*, incolas terræ Schual, *ac instruxit tædas, obvertitque extremitatem* ligni tædarum *extremitati alteri*, ex transuerso *interponens singulas tadas binis* ligni ignem facile concipientis *extremitatibus. Hinc flagrare cœpit ignis per tadas, & immisit sese in culmos* (a) *Philistæorum, ut incendium existeret a meta frumenti & pergeret per culmos vineamque oliferam.* In ea enim sum sententia, Simsonem, ut facilis fieret labor brevique perficeretur sibi devinxisse trecentos viros audaces

(a) קמות a קום fruges culmo insistentes, nondum succisæ, nec humi jacentes. Segetes non adpello, siquidem tum messi fruges Philistæorum erant aptissimæ.

Digitized by Google

ces ex regione, quæ *Schual* vocabatur, eorumque ope siccum triticum tam culmo insistens quam succisum ac in metas conlectum incendisse, tempestate arida & ignem facile latius diffundente. Nam id omnino ex vers. 1. constat, tum fuisse tempestatem messis triticeæ יְמֵי קְצִיר חִטִּים, id est, tempus Pentecostale, quo in Palæstina pluviam non fuisse frequentem, sed omnino nullam, ex historia de rege ab Israëlidis expetito exploratum habemus. 1. Sam. XII. 17. (b) Magna igitur tritici pars demessionem exspectabat, pars vero jam in metas erat relata non contemnenda. Stipites igitur, quales illi sunt, qui facibus inserviunt & tædis, resinosi maxime & ignis late vastantis impetum facile concipientes & circumfundentes, per agros congruenter fini suo locavit, eo situ, ut si tædas ipsas binis interponeres, duas extremitates præberent, quae vel metis frumenti vel culmis densioribus essent contiguæ, ad vim ignis latissime celerrimeque spargendam. Simulac igitur Simson & socii facem ultimam inter binos stipites accenderunt vel alia quacunque igni fundendo apta materia, incendium per tædas transversim positas, vento ferente ac favente, discucurrit, recta pergens per tædas & ex obliquo per stipi-

(b) Conf. M. Jo. Arn. Zeitfuchs Biblischer Wegweiser p. 174.

Digitized by Google

stipites illos utrimque extremos. Ita e vestigio plurimi patentissimique campi frugibus potuerunt nudari, ignisque flamma ventum vel ferens vel ei favens proxima quæque comprehendens ipsa quoque oliveta hausit, & immixtas vites. Non erant Philistæi tanto tamque amplo incendio delendo pares tam ob celeritatem propagationis quam ob vastitatem & diffusam locorum amplitudinem. Ipse interea Simson cum suis, simul ac ignis quaquaversum populari ac grassari cœpit, excessit ac salutem fuga quæsivit. Hæc erat illa memorabilis vindicta, ob quam feminam Philistæam sibi raptam & alii traditam a Philistæis sese repetiturum esse dixerat.

§. 2. Quocunque tandem modo Simson injuriam sibi inlatam vindicaverit, miraculum tamen in ipsa ultione abfuit. Ut enim magis permittebat, quam adprobabat Deus Simsonis conjugium cum Philistæa, ita etiam eventú, videlicet sævissimam vindictam, quæ tamen videtur modum excessisse, non omnino Simsonis ratione adprobavit, sed in salutem & liberationem Israëlitarum vertit, uti solet vitia abusu libertatis humanæ admissa in variam medicinam convertere, vitia vero semper detestari. Non igitur heic ullum obteritur miraculum. Nulla vox, nulla *vocalis* labefactatur, sed omnia, quæ divi-

Digitized by Google

me sunt originis & veritatis, intemerata retinentur & sancte habentur. Nec ausim infitiari, Palæstinam caruisse vulpibus, siquidem tam sacer codex quam Hodœporetica secus docent. Sam. Bochartus id satis evincit (c) ita tradens: *Rem quod attinet, primo si quis quærat: unde Samson tot vulpes nactus fuerit? nempe trecentas, quatuor habeo, quæ respondeam, unde David de suis hostibus: Pars vulpium erat & Salomon Cant. II. 15. & Jeremias Thren. III. 18. proinde multa Palæstinæ loca aut circa Palæstinam a vulpibus nomen habuerunt. Ut terra Sual. i. e. terra vulpis 1. Sam. XIII. 17. & Hatsar Sual seu Castrum vulpis Judæ urbs, Josua XV. 28. vel Simeonis Jos. XIX. 3. 1. Paralip. IV. 28. & Nehem. II. v. 27. & Danitarum, Saalabim, Jos. XIX. 42. sed quam Amorrhæi occupabant Judic. I. 35. ubi Hebræum* וּבְשַׁעַלְבִים *Græcorum alii reddiderunt* ἐν Θαλαβιν, alii ἐν ᾧ αἱ ἀλωπηκες. *Secundo vulpium nomen potuit etiam complecti thoes, animal vulpi simillimum & in Judæa valde frequens, maxime in Palæstina & circa Cæsaream, ut supra probavimus, atque ita gregarium, ut quandoque ducentos thoas in unum gregem convenire testetur Bellonius, ita ut nullo negotio capi potuerint plurimi. Tertio non dicitur, numerosam Samson hanc vulpium turmam una aut altera die cepisse. Potuit igitur tota hebdomas, aut mensis pars notabilis in eam venationem insumi*

c) Hierozoic. L. III. c. 13. p. 854.

fumi. Ut mensium unus Athenis ελαφηβολιων *dictus est, quia fere insumebatur figendis cervis, qui immolarentur Dianæ* ελαφηβολω. *Quarto, licet insignis venator potuerit esse Samson, non est quod quisquam sibi fingat, eum trecentas illas vulpes solum & per se cepisse. Potuit id per amicos facere, aut etiam Judæorum universa gendi, cui præerat, aut saltem tribui suæ, publicam vulpium venationem indicere. Et tamen illas cepisse dicitur: quia quod quis per alium facit, id censetur ipse facere.* Hæc omnia sua luce radiant, excepto eo, quod vulpes Simson adhibuerit frugibus Philistæorum incensis. Nam, quamvis multitudinem vulpium Palæstinæ & capturæ nullam absurditatem facile concedam, strategematis tamen ipsius natura obstat, quo minus, hoc loco *vulpes* intelligi posse, credam.

§. 3. Nam quis vulpes vel leones inusitata ac difficili industria coget, ac in caudis earum nectendis desudabit, via patente promtiori, exigui temporis & certissimi eventus, laboris vero minimi? Si quoque cauda caudæ fuisset inligata, eique binæ una tæda adnecteretur, quis inde potuit divinare, quorsum vulpes fortior debiliorem tractura esset? At quis de vaga earum fuga præcipue in hanc & illam partem certus esse poterat? Quo adminiculo impetus earum directus est, ut magis fruges intraret quam vias, & loca vacua? Quam vero celeriter

Digitized by Google

leriter, quæso, vinculo igni soluto vulpes fuissent elapsuræ, ignemque nimio venti adflatu ac cursus maxima concitatione exstincturae. Fac tamen, eum non fuisse exstinctum. At quis simul aliud tum conligere potest, quam vulpes ipsas illico fuisse enecatas, antequam fruges adtingerent? Omni enim villo per omnem cutem in flammas abeunte, vulpes omnino statim emortuæ sunt. Vidi aliquando hujus rei experimentum in quatuor vulpibus, modo supra tradito institutum, quæ illico mortuæ concidebant. Omnino igitur fit vero absimile, binarum vulpium connexas caudas ulla ratione posse integros succendere agros, si taeda binis involvatur caudis. Si quis nostra ætate ejus rei periculum esset facturus, eum vetularū fieri deliramentum quis ambigeret? Non mihi is videtur Simson, qui convenientiori ac certiori modo rem suam expedire non valuerit.

§. 4. Brevissime igitur ea sunt subjicienda, quæ interpretationi meæ munimentum aliquod præstare possunt. שועלים *Schualitas* exposui, quia vulpes notare hoc loco nisi insulse (1. 3.) non potest. ארץ שועל terra *Schualitarum* non est incognita 1. Sam. IX. 4. (d) Merito igitur incolæ a שועל sunt שעלים

(d) In hoc loco non ita legitur sed ארץ שעלים at vero ארץ שועל occurrit 1. Sam. XIII: 7. uti חצר שועל Jos. XV: 28. XIX: 3. T. d. H.

Digitized by Google

שועלים Schualitæ dicti, ut ab שועל est, ex עירים vero עירונים &c. Quos vero Schualitas commodius intelligi posse putem, jam non indicatu difficile est, siquidem Simsonis patria & terra confinis Judæ id ipsum satis indicant. In vicinia homines cogere suspiciosum erat & patebat evulgationi. Quare Schualitas ad Gilgal habid procul a Jordane incolentes intelligo. Sunt (e) qui *pugillos*

Strofe

(e) Id factum est ab auctore Observationis quæ inter Hallenses Tomi octavi, decimum quartum locum obtinet. Deinde ante hos viginti annos, cum aliis ejusdem farinae libellis prodiit scriptum Gallicum, sub titulo *Renards de Samson*, *divorsum* quidem, sed cujus scriptorem esse novimus Virum celeberrimum, qui id Germaniæ nostræ est, quod Gallia suae HARDuinus. Is per שועלים intelligit *gerbieri*, sive *acervos fasciculorum*. Utramq; sententiam præter quadrigam celeberrimorum Theologorum ex illo cœtu, qui se Lutheranum vocare amat, sc. V. E. LOESCHERUM in *Decimis* Evang. T. I. L. 5. c. 6. Sal. DEYLINGIUM in Obs. L. I. c. 14. Fr. BUDDEUM in hist. Eccl. V. T. T. I. pag. 907. Matth. HILLERUM hierophyteutici T. I. p. 178. singulari opera excusserunt Cl. Theologus Pomeranus *Brandanus Henricus GEBHARDI*, & meus a condiscipulatu amicus sumimus, Marburgensium Philologus celebratissimus Joh. Joach. SCHROEDERUS, in diss. de *Vulpibus Simsonis*, quarum una Gryphiswaldiae 1707. altera Marpurgi a. 1703. prodierunt. Contendere cum his licet de eodem argumento allegatam J. Fr. MAYERI, quae Thesauro Amstelodamensi inserta est, & Joh. Wilh. HILLIGERI Wittebergæ, 1674. excusas dissertationes. Num hæc nova sententia majori successu gavisura sit, dies docebit. T. d. H.

Digitized by Google

Strohwische, intelligunt, ex voce שְׁעָל seu שׁוּעָל, שְׁעוּל, שְׁעוּלָא, *pugillus*. Verum ita *vocalis* mutatur, & eadem facilitate stramen metarum ac culmorum incendi poterat. Quod לכד *deprehenaere* sonet, id ex Jos. VII. 15. patet, item *devincire*, *capere*, seu astu, seu vi seu interposita pactione, uti ex sexcentis locis constat. Nec de significatu vocis זנב *cauda*, lis superesse videtur, siquidem eadem vocula alibi quamvis extremitatem notat Es. IX. 15. & verbum זנב extremos seu aversos cædere Deut. XXV. 8. Jos. X. 9. Nihil igitur reclamat expositioni meæ nisi versionum omnium fides, quæ tamen falli nescia semper non est. Quivis id ipsum facile multis argumentis comprobare potest, interpretes recentioris ætatis heic & ibi a fide veterum versionum omnium, rationibus urgentibus, discessisse. Qui igitur Hebraicam veritatem non immutat, & ad eam ubique cum nostra religione ab empæctarum nugis, aliquid non prorsus contemnendum spirantibus, liberandam incumbit, is a servitute versionum & jugo Pontificio liber, solumque codicem authenticum amplexatus intelligitur, tantum abest, ut a Jo. Friderico *Mayero* ejusque sectatoribus Bibliomastix (f) dicendus sit.

(f) In Diss. de *Vulpeculis Simsonis ex Jud.* XV. 4. *adversus Bibliomastiges*. Vitemb. 1686. 4.

V.

Justi Martini GLAESENERI,

Specimen Anti-judaicum

De

GEMINO *Judæorum* MESSIA.

§. 1.

QUod olim Servator ad Sadducæos, resurrectionem mortuorum negantes, illud adhuc ad Judæos, de Messia siniſtre sentientes, dicendum: πλανασθε μη ειδοτες τας γραφας Matth. XXII. 29. Cœcitas illorum nunquam satis deplorari potest, qui oculos habent nec vident, aures nec audiunt, aperta scripturæ sacræ dicta contorquent ac plane alienum illis affingunt sensum; Hinc factum, ut hunc articulum de Messia in diversum trahant ac effutiant, quæ ipsi somniant. Quot Judæorum scripta de Messia tot varias ac discrepantes conspicimus sententias, nescientes quò se vertant ac tutò pedem figere possint. Nos quasdam procemii loco adducemus.

§. 2. Patres judæorum vetustissimi e. g. Targumistæ, de quibus infra, vaticinia quam-

pluri-

Digitized by Google

plurima V. T. dextrè de Messia explicue-
runt; Nihilominus sunt quidam, qui omnia
vaticinia dubia ac incerta facere conantur,
Messiam, non quatenus in V. T. promissus,
sed quia in Cabala simul prædictus est, ex-
spectant, ac sic ipsorum traditioni orali ma-
jorem conciliant fidem, quam ipsi sacræ
scripturæ. Hæc refert Tobias Medicinæ
Doct. in Tr. quem inscripsit: מסכת העולמות
או מעשב טוביה primùm Venetiis, deinde
Jesnitii 1721. recusus fol. 12. col. 2.
נקצת מארה המפרשים אמרו בכללי עיקר האמונה
במשיח הוא עפ"י הקבלה שקבלנו כך מאבותינו
ושאין בתורה ולא ברבוי הנביאים שום נבואה
שתורה בהכרח על בואת המשיח כי כלם יתפרשו
לפי מקומם על הזמנים הגיזכרים *Et quidem ex
Commentatoribus etiam dicunt, quod funda-
mentum fidei de Messia, sit juxta Cabalam, quam
accepimus à patribus nostris. Nec ulla prophe-
tia in Mose & Prophetis reperitur, quæ absolu-
tè adventum Messiæ monstrat, quoniam omnes,
juxta loca illorum* (i. e. ubi prophetiæ inve-
niantur) *de temporibus commemoratis possunt
explicari.* Quid per tempora commemo-
rata intelligat, liquet ex antecedentibus col. 1.
וכן יש מחכמי הגמרא שחשבו שכבר נתקיימו
כלם בימי חזקיה למך יהודה בבית שני בימי
החשמונאים *Sunt quidam ex Doctoribus Gema-
ricis, qui putant omnes* (sc. prophetias de Messia
in Prophetis obvias) *jam esse impletas in die-
bus Hiskiæ Regis Jehudæ, s. sub templo secundo
s. in diebus Hasmonæorum.* Et paulo post.
עיקר

עיקר כל זה הוא מיוסד על הקבלה *fundamentum hujus rei latet in Cabala.* Confer quæ habet Joh. COCCEJUS in Notis ad Excerpta Gem. Sanhedrin p. 376. Contra hoc assertum pugnant tum veteres tum recentiores Judæorum Doctores qui multa adhuc de Messia explicant, ut ex inspectione ipsorum patescit.

§. 3. Varii etiam sunt in assignando certo numero articulorum fidei fundamentalium. Ebræorum alii XIII. alii XXVI. ponunt. Quidam VI. tantum enumerant ut *Drusius* de tribus sectis Jud. L. IV. c. XXIII. p. 202. Wilh. *Schickardus* de Jure Reg. Hebr. c. VI. Theor. XX. p. 448. ibique Joh. Bened. *Carpzovius* in notis lit. K. Maimonides vero in Sanhedrin Cap. Chelek fol. 18. certum numerum ac ordinem fundamentorum fidei composuit, ex quorum numero articulus de Messia est penultimus qui omnibus creditu necessarius injungitur. Contra hunc insurgit R. Joseph Albo Hispanus a. Christi 1400. in libro Ikkarim (ex quo nobis conspectum Theologiæ judaicæ dedit M. W. H. F. PERTSCHIUS, Coburg. Jenæ 1720.) articulum hunc de Messia, qui priscis temporibus erat summus totiusque ædificii fulcrum unicum humanæ sortis respectu hodie ferè in infimum locum detrudit, atque cum pluribus aliis ex fidei Ikkarim s. fundamentis extrudit, istoque nomine vehementer

Mai-

Digitized by Google

Maimonidem carpit Orat. I. c. III. לא שת לבו להבין מלת עקר ועל מה זה יפול זה השם *Non applicuit animum iste homo, ut intelligeret quid sit vox* עקר, *radix s. fundamentum & quid proprie denotet.* Et cap. X. tres tantummodo articulos fidei fundamentales statuit. 1) מציאות השם *existentiam Dei* 2) תורה מן השמים *legem de cœlo* 3) שכר ועונש *mercedem & pœnam.* Plura dabit Hulsius in Theol. Jud. p. 7. sqq. Manasse Ben Israel de Resurrect. Mort. L. I. c. VI. pag. 44. Sed dubium movere possent quæ Vir. Cel. Jonas Conradus *Schrammius* in Diss. Inaugur. De *Symboli apostolici in Talmude ruderibus* habita Helmstad. 1706. §. XXXVIII. p. 52. contra R. Josephum Albonem attulit, veteres per *resurrectionem mortuorum totam de Messia doctrinam* exhibuisse, ac consequenter articulum de Messia e numero עקרים s. fundamentorum non eximi. Ut dubium hocce removeamus, videndum quid ceteri judæorum scriptores afferant. Maimonides in Sanhedrin Cap. Chelek fol. 18. col. 2. hæc duo expresse distinguit atque doctrinam de Messia & resurrectione mortuorum in duos dispescit articulos quorum XII. agit de Messia, XIII. s. ultimus de Resurrectione mortuorum; Ergo dies Messiæ & Resurrectio mortuorum non sunt unum idemque. Secundò R. Josephi Albonis sententiam confirmat cit. Tobias in מטפר השלמות ac cum eo

eo doctrinam de Messia ex numero fundamentorum expungit fol. 12. col. 1. אבל מכל מקום אין אמונת ביאתו עיקר גדול לתורה שיקרא ספני זה כופר בעיקר מי שלא יאמין במשיח *sed ex omni loco* (loquitur de dictis ex lege & Prophetis adductis) *fides de adventu ipsius* (sc. Messiæ) *non est fundamentum magnum legis, quod propterea fundamentaliter errare dicatur qui non credit adventum Messiæ.* Et paulò post האמונה בביאת המשיח שאינה עיקר תורת שכל מי שמכחישׁ ביאתו לא יקרא מפני זה כופר בעיקר *Fides de adventu Messiæ nequaquam est fundamentum legis, omnis enim qui negat adventum ipsius, in fundamento propterea errare non dicitur.* Ex quibus discordia illorum etiam circa hoc momentum conspicitur.

§. 4. Magna adhuc lis inter Judæos de adventu Mesiæ, an jam venerit, s. an adhuc expectandus sit. Plurimi illum adhuc venturum sperant ac nituntur XII. articulo fidei a Maimonide conscripto, quæ verba omnibus precum judaicarum libellis repeti solent ne unquam memoria excidant. Verba hæc habentur apud Maimonidem. l. c. *Fundamentum duodecimum est de tempore Messiæ, nempe ut credamus firmiter, quod certo venturus sit, neque quis existimet, eum tardare, quin, si tardaverit, expecta eum* Habacuc. II. 3. *Sed neque quisquam ei tempus præscribat, nec sibi varias in Scriptura lectione opiniones fingat, ad eliciendum hinc tempus adven-*

...numerum illius, sapientum ...
...TUR SPIRITUS SUI ...
...RMINOS. *Porro credere* ...
...excellentia, & Majestas & ...
...qui unquam à seculo fue...
...ectati sunt prophetæ omnes...
...to nostro b. m. usque ad ...
...nquis vero de eo dubitav...
...se ipsum spreverit M...
...negat, utpote quæ e...
...in Paraschа Bileam (...
...Lucifhim (Deut. XXIX...
...unus articulum pertine...
...non sit Rex Israeli, nisi...
...omine quidem Salomonis...
...hanc familiæ oppositæ...
...Deum pariter atque ve...
...Alii vero, Messiam ...
...quò referunt trad...
...prophetæ sed alterius P...
...rael, Tr. Sanhedrin ...
...l. 1. אלפי שנה ...
...שני אלפי תורה שני אל...
...שרבו יהא מהם ...
...Docet R. Elias, ...
...undi: Duo millia anno...
...millia Messiam conti...
...ra nostra plurima abi...
...Idem Raschius ...
...quarti millenarii ...

Digitized by Google

mis ejus, memor illius sapientum qui dicunt: RUMPATUR SPIRITUS SUPPUTANTIUM TERMINOS. *Porro credendum, quod ejus sit excellentia, & Majestas & Gloria supra omnes Reges, qui unquam à seculo fuerunt, pront de eo vaticinati sunt prophetæ omnes inde à Mose Magistro nostro b. m. usque ad Malachiam b. m. Quisquis vero de eo dubitaverit, aut saltem quod semet ipsum spreverit Majestatem ejus; is legem abnegat, utpote quæ eum apertissimè promisit in Parascha Bileam* (Num. XXII.) *& Nizzabhim* (Deut. XXIX. XXX.) *Tandem ad hunc articulum pertinet*, ut credamus, *quod non sit Rex Israeli, nisi de domo Davidis, & ex semine quidem Salomonis tantum. Quisquis ergo se huic familiæ opposuerit, is apostata est, & Deum pariter atque verba prophetarum abnegat.* Alii vero, Messiam jam venisse, dicunt, quò referunt traditionem Eliæ, non prophetæ sed alterius Hasmonæis ferè coætanei; Tr. Sanhedrin Cap. Chelek fol. 97. col. 1. חנא רבי אליהו ששת אלפי שנה הוי עלמא שני אלפי תוהו שני אלפי תורה שני אלפים ימות חמשיתו ובעוונותינו ושריבו יצאו מהם מה שיצאו *Docet R. Elias, sex mille annos durabit mundus. Duo millia inane, duo millia legem, & duo millia Messiam continebunt. Sed propter peccata nostra plurima abierunt ex his, qui abierunt.* Idem Raschius in h. l. *Messiam sub finem quarti millenarii venire debuisse*, testatur,

Vid. GALATINUS Arcan. Verit. Cathol. L. IV. c. XX. MANASSE Ben Israel de Resurr. Mort. L. III. c. III. p. 267. sq. HOORNBEEK de Convinc. & Convert. Judæis L. II. c. I. p. 180. sq. Natum autem volunt Messiam eo die quo destructum est templum ut autor שבם יהודה fol. 50. Ed. Amstel. testatur: ביום החורבן נולד משיחא *in die destructionis natus est Messias.* Insignis locus extat de hac re in Echa Rabbati C. I. 16. fol. 68. col. 2. isto tempore sc. destructionis Hierosolymæ Messiam esse natum in בבירת ערבא Bethlehem Judæ, ad quod autor מחנות כהונה ita commentatur: בבירת ערבא שם מקום בביתלחם יהודה *Biras Arba est locus in Bethlehem Juda.* Idem locus in Hierof. Beracliot fol. 5. col. 1. allegatur. Multum autem nugantur de loco in quo tamdiu commoretur. Nonnulli illum in horto Eden vivere autumant, alii illum ultra fluvium Sabbaticum collocant, de quo conf. שבט יהודה l. c. Galatinus L. c. L. IV. c. XII. Hoornbeek. l. c. L. II. c. I. p. 120. Quare autem nondum Judæis se manifestaverit, illud peccatis suis adscribunt, uti ex Eliana traditione patet, cum quibus consentiunt quæ Tr. Sanhedrin Cap. Chelek fol. 97. col. 2. leguntur: אמר רב כלו כל הקיצין ואין הדבר תלוי אלא בתשובה ובמעשים טובים *Raf ait. Elapsi sunt omnes termini & res non pendet nisi a resipiscentia & bonis operibus.* Eadem habet Raschius ad. h. l. quibus addendus

Digitized by Google

dus Hoornbeek l.c.L.II.c.I.p.194. Buxtorf. Synag. Jud. c.L. p. 720. Hæc impugnat Maimonides in הרמבם כתב שלא שמט יהודה fol. 50. נובל משיח ביום החורבן אבל רעה לומר שמן היום ההוא והלאה בכל דור ודור גולד אדם ראוי להיות משיח אם ישראל יהיו ראוים *Rambam scribit: non natus est Messias in die desolationis. Sed vult dicere ab isto tempore & ulterius in unaqualibet generatione nascitur homo, qui dignus ut Messias sit, si Israelitæ fuerint digni.* Quam lubrica igitur sit fides illorum, & quam incerto pede ambulent, ex his dictis satis apparet.

§. 5. Sed recutiti adhuc absurda cumulant atque ex uno in aliud delabuntur, uno Messia non contenti duos sibi Messias fingunt; quod dogma quam absonum quá absurdum sit in sequentibus videbimus. Discordia illorum iterum in qualibet ferè circumstantia elucescit; quapropter prudentiores dogma hoc ut fictitium & imaginarium rejiciunt. Multi autem multum clamitant de gemino Messia, altero filio Josephi s. Ephraimi quem in bello Gog & Magog interfectum iri Kimchi R. Salomon & Aben Esra ad Zach. XI. 10. ex veterum Rabbinorum mente commentantur; quibus adjungendus R. Isaac in חזוק אמונה ad locum Zachariæ cit. in WAGENSEILII Telis igneis Satanæ pag. 304. sqq. & MANASSE Ben Israel l. c. L. III. c. V. p. 283. altero filio Davidis, quem templum reædificatu-

Digitized by Google

ficaturum credunt. Meminerunt hujus duplicis Messiæ Talmudista Tr. Succa cap. V. fol. 52. col. 1. quem locum adduxit Jalkut ad Zach. XI. 10. it. Raschius in Es. XI. 13. XXIV. 18. Zach. XII. 10. ibiq; Kimchi, Aben-Esra, Abarbanel in Es. LIII. &c. Targumistæ Cant. IV. 5. VII. 13. Pseudo-Jonathan Exod. XL. 11. plura adhuc loca ex Rabbinis adduxit Jo. And. EISENMENGERUS in Juda-ismo detecto P. II. c. XIII. p. 722. seqq. Non autem inter se conveniunt, quisnam ille Messias Josephi filius futurus sit, an filius viduæ Sareptanæ s. Jonas propheta s. alius quispiam, de quo vid. Jalkut ad 1. Reg. XVII. 22. MULLERUS in Judaismo Lib. I. p. 945. EISENMENGERUS l. c. nescio autem qua divinatione aut phantasia R. Machir in libro אבקת רובל P. I. p. 35. illum Nehemiam filium Husielis vocaverit: משיח בן יוסף ושמו נחמיה בן חושיאל *Messias filius Josephi, cui nomen Nehemias filius Husielis.* Superiori seculo Viri summi Christophorus CELLARIUS in Diss. de *Gemino quem Judæi præstolantur, Messia* & Jenensium Philologus Joh. FRITSCHMUTH in diss. de Messia confixo ad Zach. XII. 10. Joh. MULLERUS in Judaismo L. I. c. XXIII. p. 945. Anton. HULSIUS in Theol. Jud. p. 36. sqq. &c. doctissimè hoc judæorum commentum jam exsufflarunt. Quid obstat, quo minus & ea,

quæ

quæ relicta sunt, colligamus & originem hujus figmenti detegamus.

§. 6. Vetustissimi Judæorum patres nullam plane hujus dogmatis habuere notitiam nec quicquam nobis de isto reliquerunt. Targumistæ ut Jonathan in Prophetas & Onkelos multa loca de Messia prudentissime animadverterunt ac nomen משיחא posuerunt, nihil de Messia Ben Joseph addentes. Elias Levita in suo Meturgeman & ex eo Joh. BUXTORFFIUS Lex. Talm. p. 1268. longe plura adduxit loca, in quibus Messiæ vocabulum reperitur, ubi Paraphrastæ unius Messiæ mentionem injiciunt, si nugivendulos istos Paraphrastas excipias, de quibus §. VIII. dicetur. Ex quo manifestè concluditur, veteres Judæos prorsus hoc dogma fictitium ignorasse. Quis enim sibi persuaderet, Paraphrastas istos chaldæos hæc reticuisse ac ne verbulo quidem indigitasse, si opinio de gemino Messia isto tempore inter judæos fuisset recepta. Quod manifestum est indicium novitatis hujus dogmatis a sensu scripturæ & veterum judæorum alieni.

§. 7. Ne autem Judæi absque ulla ratione ac fundamento duos Messias expectare videantur, provocant ad Tr. Succa fol. 52. col. 5. ubi contra omnem rationem ac consensum totius antiquitatis novum Messiam sc. Ben Joseph ex contortis scripturæ dictis elicere conantur. Verba hæc sunt: מפרי ואראץ

Digitized by Google

תארץ משפחות וגו׳ והא תשפידת מאי עבידתא פליגי בה רבי דוסא ורבנן חד אמר על משיח בן יוסף שנהרג וזה אמר על יצר הרע שנהרג יצר הרע שנהרג בשלמא למאן דאמר על משיח בן יוסף שנהרג היינו דכתיב והביטו אליו את אשר דקרו וספדה עליו כמספד וגו׳ *Et lugebit orbis familias &c.* (Zach. XII. 12.) *Luctus iste quo fiet? Disputant de eo R. Dusa & Doctores. Altera pars dicit, ob Messiam filium Josephi qui occidendus; altera, de figmento malo, quod occidendum. Pax vero illi qui de Messia filio Josephi occidendo accipit. Hoc enim est quod scriptum* (Zach. XII. 10.) *Et respicient ad me quem transfixerunt, & lugebunt eum tanquam filium unicum* &c. Alterum adjumentum præbet nugivendulus iste Targumista ad Cant. IV. 5. VII. 3. תרין פריקין דעתידין למפרקין משיח בר דוד ומשיח בר אפרים דמין למשה ואהרן *Duo liberatores tui, qui te liberaturi sunt Messias filius David & Messias filius Ephraim sunt similes Mosi & Aharon.* Cui auxiliatrices suppeditat manus aliud targum Exod. XL. 11. משיחא בר אפרים דנפיק מיניה *Messias filius Ephraim, qui egressurus est ex eo.* His putidis figmentis, recentiores totam de duplici Messia superstruxerunt doctrinam, quam funditus diruere nunc allaborabimus.

§. 8. Quæ vero dementia ceperat Talmudistas, ut alium adhuc Messiam præter illum, filium Davidis, in V. T. patribus promissum expectarent ac filium Josephi nomi-

Digitized by Google

nominarent? Hoc erat antiquitatem erroris arguere quæ unum tantum Messiam profitebatur. Quis inspiravit illis nomen Josephi f. Ephraimi? quæ ratio? Non absolvit illos, ut dicant, humilitatem, miseriam ac mortem Messiæ filio Josephi tribui; victorias vero vitam, splendorem & regium apparatum Messiæ filio Davidis adsignari. Quis ante eos ejusmodi distinctionem finxit? Targumistæ, quorum loca & paraphrases §. Præc. attulimus, sunt post Talmudici, fabulosi, næniis judaicis nimium addicti, uti patet ex Cant. I. 2. שתא סדרי משנה תלמודא בנרמא *dedit nobis sex ordines Mischne, & Talmud cum explicatione.* Autor vero paraphraseos quinque libellorum incertus. SIXTUS Senensis Biblioth. Sanct. L. III. p. m. 182. BELLARMINUS de V. D. L. II. c. 3. Anton. HULSIUS &c. autorem R. Josephum Luscum s. cæcum faciunt. Sed sine fundamento, prout Aug. *Pfeifferus* Crit. S. c. VIII. Sect. II. Quæst. XV. pag. 265. sq. Joh. LEUSDENIUS Philol. hebræo-mixt. Diss. VII. De *Targumim* p. 51. J. H. HOTTINGER Diss. III. De *Translat. Bibl. in linguas vernaculas* p. 95. & in thesibus philologicis pluribus docuerunt. . . Idem de Targum, quod Jonathani vulgo tribuitur, sentiendum, nimium quantum distat a Jonathanis paraphrasi in Prophetas. Hic XX. aut annis natum Christum, ut multis videtur,

Digitized by Google

tur, antecessit, ille post obsignatum Talmud vixit ac vulgo Pseudo-Jonathan vocatur, quod contra *Galatinum* Arcan. Cathol. Verit. L. I. c. 3. cum Joh. *Buxtorfio in* Abbrev. p. 115. Briano *Waltono* Proleg. XII. num. II. P. Richard *Simonio* Hist. Crit. V. T. L. II. c. XVIII. *Leusdenio* Philol. Hebræo-mixt. Diss. VII. p. 47. *Cartwrighto* Præf. Annot. in Genesin, *Pfeiffero* Crit. S. c. VIII. Sect. II. Quæst. XII. p. 251. notamus. Patet hoc ex ipsa paraphrasi; meminit enim Exod. XXVI. 9. sex מדרי מתניתא partium Talmudicarum; & Num. XXIV. 19. Constantinopoleos mentionem facit.

§. 9. Atque sic Doctores ante Talmud confectum nihil de gemino Messia sciverunt, sed humilia ac magnifica de unico Messia prædicarunt. Specimen dabimus illorum locorum quæ judæi plerumque pro Messia filio Josephi allegare solent. Illustre vaticinium habetur Es. LIII. quod Messiæ dolores & mortem præsignificavit & veteres judæi semper de unico Messia explicarunt. Jonathan Chaldæus verba הנה ישכיל עבדי sic παραφράζει. הא יצלח עבדי משיחא *Ecce prosperabitur servus meus Messias.* Tanchuma הנה ישכיל עבדי זה מלך המשיח ירום ונשא מאד *Ecce prosperabitur servus meus. Hic est Rex Messias qui exhibetur & elevabitur & altus valde erit.* R. Alschech ipse testatur veteres hunc textum de Messia intellexisse, ita in-

qu-

Digitized by Google

gaiens: ויזל מה אחר קיימו וקבלו רבי על מלך המשיח ירבו *Rabbini b. m. uno ore juxta receptam traditionem statuunt: hic de Rege Messia sermonem esse.* Pesikta ad Cap. LIII. 4. קוצאי השבת נשמת המשיח ואמרו לו רועה אתה להבריאות ולגאול את בני אחר ששת אלפים אמר לו הן אמר לו אחב תסבול ייפורין למרק עונם ההוא דכתיב אכן חלינו הוא נשא אמר לו אסבול אותם בשמחה *Produxit Deus benedictus animam Messiæ, dixitque ipsi: Visne in sanare & redimere filios meos post sex millia annorum? Respondit ipsi, volo. Porrò dixit illi: an etiam sustinebis castigationes ad abstergendum iniquitates eorum sicut scriptum* (Es. LIII. 4.) *Certe morbos nostros ipse pertulit. Respondit, sustinebo illos cum gaudio.* Plura adhuc veterum Judæorum testimonia dedit laudatus Anton. HULSIUS l. c. L. I. P. II. p. 321. sq. Quibus adjungimus Midrasch Ruth rabba C. II. 14. fol. 46. col. 2. משי מרבי בנלך המשיח הלום קרובי למלכות ואכלת מן הלחם זו לחמה של מלכות ומבלת פתך בחומץ אלו היסורין שנאמר והוא מחולל מפשעינו *Loquitur de rege Messia, veni huc qui propinquus meus es ad regnum & comede panem, hic est, panis regni, & intinge buccellam tuam in aceto, sunt castigationes, quemadmodum dicitur* (Es. LIII. 5.) *ipse vulneratus est propter iniquitates nostras.* Talmudici ipsi verba Es. LIII. 4. ad Messiam referunt Sanhedrin cap. Chelek fol. 98. col. 2. רבנן אמרי תורא דבי רבי שמו שנו אכן חלינו הוא

והוא נשא ומכאיבינו סבלם נגו *Magistri nostri dicunt, nomen ejus esse Leprosus, de domo Rabbi sicut dicitur* (Es. LIII. 4.) *Certe morbos nostros ipse pertulit & dolores nostros ipse sustinuit.* R. Salomo ipse fatetur Judæorum doctores totum hoc caput de Messia explicuisse. Vid. *Galatinus* Arcan. Cathol. verit. LVIII. c. XV. *Reuchlinus* Cabala L. I. p. m. 645. *Schickardus* Jur. Reg. c. VI. Theor. XX. p. 474. sqq. Joh. *Hoornbeek* de Convinc. & Convers. Jud. L. VI. c. I. p. 407. Joh. *Coccejus* in Excerptis Sanhedrin p. 380.

§. 10. Ad aliud progrediamur dictum Zach. IX. 9. ubi Messias pauper & vectus asino dicitur, quod itidem Judæi recentiores de Messia Ben Joseph dictum volunt; Sed refragantur veteres, ac Messiæ unico Davidis filio tribuunt. Bereschit rabba ad verba Gen. XLIX. 11. fol. 113. col. 1. ולשרקה בני אתונו ita commentatur: זה שכתב בו עני ורוכב על חמור וגו *hoc est, quod scriptum de eo* (Zach. IX. 9.) *pauper & vectus asino.* Idem testantur Commentatores ad h. l. מתנות בהונה & ירי משה Notandum vero præcedentia etiam de Messia exponi & verba: עד כי יבא שילו de Messia explicari זה מלך המשיח *hic est Rex Messias*, adstipulantur quoque Commentatores citati. Ipsi Talmudistæ locum hunc de Messia intelligunt Sanhedrin l. c. fol. 99. col. 1. רי הילל אומ אין להם משיח לישראל שכבר אכלוהו בימי חזקיה אמ רב יוסף שרא

Digitized by Google

מריח לרי חלל חזקיה אימת הוה בבי ראשון
ואילו מריה מא מתנבי בבית שני ואמר גילי
מאד בת ציון הריעי בת ירושלם הנה מלכך
בא לך צדיק ונתי הוא עני ורוכב על חמור ועל
עיר בן אתונות *R. Hillel dicit: Israelita ali-*
um non habebunt Messiam; illo enim jam potiti sunt
(sie אבל apud Talmudicos notionem habet
potiundi, fruendi, ut exemplis illustrat
Cocceius in Notis ad Exc. Sanhedrin p. 378.
non vero devorârunt, sie haben ihn schon ge
fressen ut Gerson ad h. l. p. 127. 130. neque
perdiderunt) *in diebus Hiskia. Respondit ve-*
ro R. Joseph. Condonet Dominus Hilleli. Hiskias
enim quando vixit? Sub templo primo. Za-
charias vero vaticinatus est sub templo secunda
& dicit (c. IX. 9.) *Exulta valde filia Zion, ex-*
clama filia Israel. Ecce Rex tuus venit tibi
justus & servator, pauper & equitans super asi-
num, & pullum filium asinarum. Hic Rabbi,
ni filium Josephi excluserunt & attributa re-
gis egeni & afflicti unico Servatori Davidis
filio attribuunt, ac sic magnifica æque ac
humilia de illo dicuntur. Hoc ut clarius
constet, non possumus quin adducamus ver-
ba Sanhedrin fol. 98. col. 1. אמר רבי אלכסנדרי
רבי יהושע בן לוי רמי כתיב וארו עם ענני
שמיא כבר אנש אתי וכתיב עני ורוכב על
חמור זכו עם ענני שמיא לא זכו עני רוכב על
חמור *Dixit R. Alexandri. R. Jehosuam filium*
Levi objeciſſe scriptum est (Dan. VII. 13.) *ecce in*
nubibus cœli veniet sicut filius hominis; & (Zach.

Digitized by Google

IX. 9.) *scriptum est, pauper & inequitans asino. Si mereantur, veniet in nubibus cœli, si non mereantur, pauper & equitans super asinum.* Non male etiam Saadias Gaon ad Dan. VII. 13. זהו משיח צדקינו והלא כתוב עלי משיח עני ורוכב על חמור אלא יבוא בענוה מי לא יבוא על סוסים בגאות ואשר כתב עם עניי שמיא והנה עם ענני חשמים הם מלאכי גבא השמים זו חיא רוב הגדולה שיתן הבורא למשיח *Is est Messias justitiæ nostræ. At nonne scriptum est de Messia: pauper s. humilis & insidens asino? Enimvero veniet in humilitate, non cum equitatu & fastu. Quod autem scribit: Cum nubibus cœli; Illi sunt angeli de exercitu cœli. Hæc erit maxima dignatio, quam conferet Deus Christo.* Quid clarius dici possit, non video, cum ipsi Talmudistæ proprietates Messiæ filii Josephi & filii Davidis unico Messiæ tantum adscribant, quod R. Salomo diffiteri non potest, & evidentia loci Zachariæ convictus apertè scribit, locum hunc non aliter posse exponi quam de Messia: אי אפשר לפרושו אלא על מלך המשיח שנ' בי ומשל מים ועד ים *Non est possibile locum hunc aliter exponi quam de Messia; dicitur enim* (vs. 10.) *& dominatur à mari usque ad mare.* Quæ de ceteris locis dici possent, jam notârunt Viri sacrarum literarum peritissimi e. gr. Locum Zach. XII. 10. dilucide exposuerunt & à corruptelis Judæorum vindicarunt Joh. *Frischmuthus* in cit. Diss. de

Digitized by Google

Messia Confixo ad h. l. quibus addas Raymund. *Martini* Pug. fidei P. II. c. XI. §. X. p. 411. sqq. ibique *Josephum* de VOISIN in Annot. *Wagenseilium* ad Sotam p. 68. sqq. Galatinum l. c. L. VIII. c. XVII. Veram ac genuinam Lectionem Ps. XXII. 17. vindicarunt Bochartus in Hierozoico P. I. L. III. c. 11. pag. 779. sqq. Joh. *Prischmuth* Diss. de manuum pedumque Messiæ in ejusdem crucifixione, perforatione. Josephus de *Voisin* ad Raym. Martini Pug. fidei P. II. c. III. pag. 305. Joh. *Müllerus* in Judaismo L. I. c. XXI. p. 754. sqq. *Pfeifferus* Dub. Vex. p. 576. n. in Exercitatione quam dedit de integritate vocis ... que cum aliis Exercit. Dubiis Vex. annexa & ordine octavum occupat locum. Galatinus l. c. L. VIII. c. XVII. *Thilonis* Merdulla p. 553. Sixtinus *Amama* in Anti-barbaro Bibl. L. III. p. 458. *Glassius* Philol. S. L. I. Tr. I. p. 88. sqq. *Hoornbeek.* l. c. L. VI. c. 2. p. 409. Joh. *Pearsonius* in Notis ad Expos. Symb. Apost. Art. IV. pag. 359. SPANHEIMIUS Elench. Contr. p. 587. sqq. ceteriique scriptores Anti-Judaici, quorum ingentem numerum refert Hoornbeek in Proleg. de Convert. & Conv. Jud. p. 7. sqq. WAGENSELLIUS in Proleg. ad Sotam. J. B. CARPZOVIUS ad Schickardi Jus Reg. Hebr. p. 447. lit. I. qui hæc aliaque scripturæ dicta de unico Messia Davidis filio adversus Apellas tuentur.

Digitized by Google

§. 11. Quid igitur de Messia filio Josephi sentiendum sit, ex ipsis Judæorum scriptis vidimus esse merum figmentum in cerebello Talmudistarum ortum. Neque recentiores judæi aliud refugium habent quo hoc defendere conantur, quam ut provocent ad istam traditionem. Sic R. Dav. Kimchi ad Zach. XII. 10. inquit: רבותינו ז"ל מיישו על משיח בן יוסף שיהרג במלחמה *Doctores nostri b.m. explicarunt hunc textum de Messia filio Josephi in bello interficiendo.* Et R. Salomo: ורבותינו ז"ל מיישו על משיח בן יוסף שנהרג במסכת סוכה *Et magistri nostri explicuerunt hoc de Messia filio Josephi qui occidetur, de quo in Tr. Succa.* Non omnes etiam Judæi hanc traditionem credunt, inter quos Maimonides Judæorum doctissimus, qui haud dubiè hanc priscorum traditionem pro fabula habuit; Messiam filium Josephi minimè agnovit, licet duorum unctorum, Davidis, unius, alterius filii ipsius Messiæ καὶ ἐξοχὴν sic dicti meminerit, Hilchot מלכים c. XI. שם נבא בשני המשיחים במשיח הראשון שיחזיר דוד שהושיע את ישראל מיד צריהם ובמשיח האחרון שעומד מבניו שהושיע את ישראל מיד בני עשו (Num. XXIV.) *vaticinatur de Messia gemino, primo Davide nempe, qui Israelem è manu hostium suorum liberavit, & Messia postremo oriundo è posteris ipsius, qui filios Israelis è manu filiorum Esavi vindicabit.* Neque etiam mentionem facit Messiæ filii Josephi in XIII. fidei arti-

Digitized by Google

articulis, in quorum penultimo generatim Messiæ meminit. Manasse Ben-Israel in מקוה ישראל fol. 47. col. 2. etiam tantum provocat ad sapientes, Targum & Gemaram Succam. Et de *Resurrect. Mort. L. III. c. V. p. 287. Antiqui*, inquit, *imaginati sunt sibi ante filium Davidis, ducem ac principem populi* (sc. Messiam Ben Joseph) *fore*, itidemque provocat in explicatione ad doctores Gemaræ Succæ. Conf. Schickardus. l.c. pag. 464. sqq. Hodierni etiam judæi non omnes hoc figmentum credunt, uti quidam Judæus inscriptis Rabbinorum non mediocriter versatus mihi apertè confessus, se prorsus rejicere Messiam filium Josephi, nec quicquam de eo in tota scriptura extare, ex quo illum credere cogeretur. Cui vero opponebam autoritatem Talmudis quanti illud facerent; ad quod regerebat: Talmudistas fuisse homines, humanis infirmitatibus ac erroribus obnoxios æque ac ceteros homines, nec se unquam in verba Talmudis jurasse, neque in posterum jurare velle. NB.

§. 12. Rejectâ itaque fabulâ de gemino Messia inquirenda adhuc nobis venit origo istius erroris. Hoc certissimum neque ante Christum neque statim post tempora Christi Judæos huic perversæ opinioni fuisse addictos, sed tempore Talmudistarum fuisse ortam, supra evicimus. Quæ igitur ratio eos movit, ut ad tam absurdam contra to-

Digitized by Google

tam sacram scripturam & totius antiquitatis consensum, inclinarent sententiam & eam propagare studerent? Unde ejusmodi cogitationes animos illorum subire potuerunt? Recensebimus quorundam conjecturas & sententias & examinabimus deinde & nostram subjiciemus. Receptissima opinio est, Jonathanem Chaldæum & LXX. Interpretes occasionem huic opinioni suppeditasse, dum humilia, quæ de Messia dicuntur, tanquam indigna splendore illius, mollius interpretati, alienum prorsus sensum scripturæ verbis adfinxerint, de quo conf. Christoph. *Cellarius* Diss. De Gemino Messia §. VIII. p. 8. BUXTORF. Synag. Jud. c. L. pag. 717. *Hoornbeek* l. c. LIII. cap. I. p. 239. Multa vero nobis obstant, quo minus calculum nostrum addamus. Concedamus Jonathanem & LXX. Interpretes quædam ita exposuisse, exinde nondum novus & a sensu scripturæ alienus elicitur Messias. Supra expositiones patrum judæorum allegavimus; ex quibus constat, illos etiam humilia, quæ de Messia dicuntur, de unico Messia interpretari. Et (quantum ego scio) nunquam illi, qui hoc fictitium dogma amplectuntur, ad paraphrasin Jonathanis & LXX. Interpretes provocant, quibus illud probare satagant. Porro quæ ratio istius nominis filii Josephi? Unde illud fabricarunt? quidni aliud ipsi indiderunt nomen? Hæc & alia ejus-

ejusmodi dubia impediunt, quo minus huic opinioni assentiamur.

§. 13. Matth. *Flacius* in Clave Script. S. P. II. Tr. IV. fol. 407. sq. quem secutus *Hackspanius* Cap. II. de script. Rabb. ad Lipmann. p. 352. Joh. Ben. CARPZOVIUS in Notis ad Schickardi Jus Reg. Hebr. pag. 460. SPANHEMIUS Elench. Controv. p. 573. aliique novam hujus figmenti quærunt originem. Veteres nempe hoc figmento duplicem Messiæ statum delineare voluisse, exinanitionis sc. & exaltationis; recentiores vero postea hunc statum in mera deliria convertisse, indeque duplicem Messiam protrusisse. Quod autem pace tantorum Virorum dixerim, hæc plane originem non detegunt. Veteres Judæi ante obsignatum Talmud hoc figmentum ignorarunt, nec quicquam in eorum scriptis de duplici Messia deprehendimus, quomodo enim hæc duplicem Messiæ statum delineare possunt? Porro cum hoc dogma cudebatur, status judæorum erat corruptissimus, falsas plane ac scripturæ verbis contrarias fovebant de Messia ejusque regno sententias, nec quicquam sciebant de duplici statu Messiæ, sed terrenum expectabant regnum, quæ opinio jamdudum illorum occupaverat animos, & qua falsa spe hodierni Judæi adhuc se ipsos producunt. Ne quid dicamus de ratione denominationis Messiæ filii Josephi, qua statum

Digitized by Google

tum exinanitionis adumbrare voluerunt. Alia igitur quærenda origo quæ probabilior ac statui judæorum accommodatior.

§. 14. Aliam vero ingressus viam Galatinus l. c. L. IV. cap. I. originem, ex duplici Messiæ adventu, altero cum humilitate ad redimendum & salvandum genus humanum; altero cum gloria & majestate ad judicandum universum orbem derivans; veteres enim hunc geminum Messiæ adventum allegoricè tradidisse, per Messiam sc. filium Josephi & per Messiam filium David. Per Messiam filium Josephi, quem passurum, occidendum resurrecturumque dixerunt, primum adventum insinuasse, per Messiam filium David, secundum significasse, eo quod Messias ipse in secundo adventu, tanquam Rex mundi universi cum Majestatis gloria esset venturus; Inde recentiores judæos veterum dicta male intelligentes, imò pervertere conantes, occasionem sumsisse dicendi, duos venturos esse Messias. Sed & hæc nobis non satis faciunt. Loca illa quæ adduxit ex Dan. VII. 13. & Zach. IX. 9. in quibus duplicis adventus mentio fit, expresse conjunguntur Sanhedrin fol. 98. col. 1. & Jalkut ad Dan. l. c. quem adduximus. §. X. ibi duo adventus distinguuntur, hac conditione adjectâ, si digni fuerint, illum cum gloria & majestate, si vero indigni, illum pauperem & inequitantem asino esse venturum, ac sic absolutè

Digitized by Google

unum tantum inferunt adventum. Deinde pugnat hoc cum hypothesi Judæorum quam tenent de Messiæ regno quod terrenum expectant. Qua ratione etiam adventum primum cum humilitate per Messiam filium Josephi indigitaverint, non video. Quodnam habent fundamentum istius denominationis, quo eam palliare volunt? Atque sic & hanc dimittimus sententiam.

§. 15. Ultima ratio est Christophori CELLARII, Viri Celeberrimi, quam nobis exhibuit cum in Diss. De *Gemino Messia* §. VII. p. 7. tum in Collectaneis Hist. Samarit. c. III. §. III. p. 27. sq. Putat iste Vir Cel. sententiam de Messia filio Josephi multò antiquiorem, quam schisma decem aut novem tribuum esse; Et ortam ex prærogativa quam Ephraim præ fratre majori Jacobi morituri vaticiniis & benedictione adeptus fuerit. Hanc posteros præsertim post scissionem Jeroboami ita extendisse, ut cum Judæ tribu etiam de prærogativa Messiæ, quem utraque tribus ex sua gente oriturum credebat, contenderint, illis illum Josephi s. Ephraimi; his, Judæ s. Davidis filium fore, gloriantibus. Certamine itaque provecto, utrumque nomen innotuisse. His argumentis commotus Vir Cel. Jonas Conradus SCHRAMMIUS in Diss. De *Symboli Apostolici in Talmude ruderibus* §. XL. p. 54. ut huic sententiæ accesserit. Speciosa hæc sunt

Digitized by Google

quæ Vir Cel. attulit; nihilominus quædam habeo, quæ opponam. Non ut istam refutemus, sed ut dubia nostra tantum proponamus. Non mihi persuadere possum posteros Ephraimi hanc prærogativam ad natales Messiæ extendisse, cum nullum de hac re in antiquitate (quantum nobis constat) reperiatur vestigium. Nec memini me unquam legisse tribum Ephraimi de natalibus Messiæ cum tribu Judæ contendisse, peccassent contra legem, quam tamen recipiebant, in qua ex Gen. XLIX. 10. Messiam ex tribu Juda oriundum expresse asseritur. vid. Hoornbeek. l. c. L. II. c. I. p. 128. Neque ex colloquio Christi Joh. IV. cum muliere Samaritana concludi potest; *Mulier*, inquit, *quando Messias venerit, qui dicitur Christus omnia hæc nobis annunciabit.* Generaliter meminit Messiæ nulla mentione facta tribus cujusdam; illud enim pro certo habitum, Messiam ex tribu Judæ esse oriundum; uti Christus diserte fatetur v. 22. *ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστίν Salus ex Judæis est*; ad quæ mulier nihil respondit. Si Samaritani Messiam filium Josephi ex tribu Ephraim expectassent, mulier procul dubio hoc Christo objecisset, quod tamen non factum; ac rebus sic stantibus a silentio rei ad negationem ipsius rei concludimus.

§. 16. Restat ut nostram tandem proferamus sententiam. Recensemus autem tantum-

Digitized by Google

tum modo eam, ut originem hujus perversæ opinionis ostendamus, non vero ut nugas judæorum refutemus, hoc enim esset Ilias post Homerum scribere; Nam illas narrare est, simul refutare. Errorem Judæorum de duobus Messiis *ex ficta similitudine redemtionis futuræ redemtione egyptiaca* natum fuisse contendimus; Quod, *sicuti Israëlitæ per Mosen & Aaronem ex servitute egypti liberati. Ita & omnes Israëlitas ductu atque auspicio hujus duplicis Messiæ ex hac captivitate liberatum iri credunt.* Judæos terrenum Messiæ regnum expectare, tam notum quam quod notissimum, nec quisquam de eo, qui à limine tantum scholas judæorum salutavit, dubitat. Hinc maximum opus Messiæ secundum expectationem judæorum est אשיפת הגליות vel אסיפת הגליות *Reductio* vel *collectio captivitatum* & Joh. Lightfoot. Hor. Heb. ad Joh. XI. 51. p. m. 1078. pluribus refert. Huic erroneæ opinioni etiam discipulos Christi aliquando fuisse addictos testis est Matth. XX. 21. Luc. XXIV. 21. Act. I. 6. Galatinus l. c. L. IV. c. I. Ad hanc felicitatem vero non partem aliquam Israëlitarum, non certas tribus, sed omnes Israëlitas ex universo orbe collectos esse perventuros scribunt unde Sanhedrin fol. 90. col. 1. כל ישראל יש להם חלק בעולם הבא *Universo Israeli est portio in mundo futuro* i. e. in fruitione Messiæ vid. Rambam ad l. c. fol. 16. col.

Digitized by Google

col. 2. quod ut probent, varia producunt testimonia. Præfiguratum hoc volunt Ezech. XXXVII. sqq. ubi congregatio ac restitutio decem tribuum ceterarumque duarum duobus illis lignis in unum coalitis significata, in quibus nomen Jehudæ, & Ephraim inscriptum erat it. Zach. X. 6. Mich. II. 12. Es. XI. 13. &c. Manasse Ben Israel de Resurrect. Mort. L. III. c. V. pag. 279. & in מקוה ישראל fol. 45. col. 1. fol. 46. col. 2. Hinc fol. 47. col. 1. audacter pronunciat: כל הנביאים כלם נבאו על גאולת העתידה *Omnes Prophetæ prophetârunt de redemtione futura.* Cui consonum fere illud Sanhedrin fol. 99. col 2. אמר רבי יוחנן כל הנביאים לא נתנבאו אלא לימות המשיח *dixit R. Jochanan: Omnes Prophetæ non sunt vaticinati nisi de diebus Messiæ.* Multus vero est Manasse Ben Israel in coacervandis argumentis ut animis Judæorum solatium instillet, ne diuturnitate exilii animi eorum frangantur. Lubet hoc loco ea afferre quæ fol. 45. 46. notavit: ומה שאמר הנביא ישעיה ויסף אדני שנית ידו לחזיר את שארית עמו מאשור ומכל הארצות אשר הגלה שמה כי בעבור שגאולת בבל לא חיתה גאולה שלימה כי השבטים לא חזרו לארץ ישראל אבל בגאולת העתידה יתקבצו כל ישראל יחדיו כמו בגאולת מצרים לכך נאמר שנית כי גאול העתידה תהיה שוה לגאולת מצרים ברבים רבים לכן אמר הנביא ירמיה כ"ג פסוק ח' כי אם חי וגו *Quod vero dicit propheta Jesaias:* (c. XI. 11.) *adjiciet secundò Dominus manum suam, ideò adjicitur,*

quod

quod redemtio Babylonica non fuerit perfecta, nam tribus (sc. omnes) in terram Israelis non redierunt. In futura autem redemptione omnes Israelita se congregabunt sicut in redemptione egyptiaca, propterea dictum, secundo *futura enim redemptio in multis rebus similis erit redemptioni ex egypto. Ideo dicit Propheta Jeremias XXIII. 8. sed vivit Dominus &c.* Conf. Jer. XVI. 14. sqq. Bene notandum, recutitos redemptionem futuram cum redemptione ægyptiaca comparare, ex quâ illa quæ ad stabiliendam nostram sententiam pertinent, peti possunt. Locus insignis de hac comparatione extat apud Abarbanelem in Comment. ad Es. XI. XII. ubi meminit decem proprietatum Messiæ, quas ut necessarias ipsius regni & futuræ redemptionis conditiones pronunciat. In expositione vero conditionis nonæ asserit: גאולה העתידה *quod futura illa redemptio futura sit* גאולת יציאת מצרים *egressionis ex egypto.* Post quæ hæc subjungit: גאולה העתידה תקריא גאולה שנית לפי שתתדמה לגאולת מצרים כמו הצרים כי הנה יתקבצו שמה השבטים כלם ויצאו לחירות מוחלט ובחול בחג הנבראה ושאר הקרושות ויתרבו האחות והמוטים וימלוך עליהם מלך מבית דוד *Redemtio vero futura vocatur redemptio secunda, quoniam redemptioni ægyptiaca similis erit omni modo & respectu.* 1) *congregabuntur enim omnes tribus* 2) *& egredientur in absolutam libertatem* 3) re-

requiescente super ipsis prophetia ceterisque sanctitatibus (Intellige ea beneficia, quibus post captivitatem babylonicam privati sunt, qualia Arca fœderis, Urim & Thummim &c.) & 4) *multiplicabuntur signa & prodigia* & 5) *regnabit super istis Rex Messias.* Multum etiam huc faciunt quæ VITRINGA in Observ. Sacr. L. II. c. XVI. p. 252. sqq. de signis, quæ populus Judæus in Messia desideret, annotavit. Ulterius geminum Messiam, cujus ductu ex hac captivitate egressuri sunt, comparant expresse cum Mose & Aarone, qui populum Israelis ex ægypto eduxerunt. Habetur hoc Targum Cant. IV. 5. quæ verba §. VII. adduximus: *Duo liberatores Tui, qui liberaturi sunt te Messias filius David & Messias filius Ephraim sunt* SIMILES MOSI ET AARONI, cui adjungendus Reuchlinus L. II Cabal. p. 644. Buxtorfius Synag. Jud. c. III. p. 29. Notavit etiam locum Manasse Ben-Israel de Resl. Mort. L. II. c. III. pag. 154. ex Midrasch Sohar Job, ubi antiqui ad similitudinem redemptionis ex ægypto in futura redemptione duos fore legatos Eliam & Messiam comprobant. Verba hæc sunt: אמרי ישראל בגאולה ראשונה כתיב שלח משה עבדו ואהרין אשר בחר בו שלח לי חף שנים בנגדם שלח אורך ואמתך המה ינחוני אפר הקדוש ברוך הוה אני משלח שנאמר הנה אנכי שולח לכם את אליהו הנביא חרי אחד וחב הן עבדי אסתוך בו בחירי

בחירי *dixit Israel, de prima redemptione scriptum est:* Misit Mosen servum suum & Aaron, quem elegerat (Ps. 105. 26.) *Mitte nunc ad me quoque duos, similes illis* Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, ipsa deducent me (Ps. XLIII. 3.) *Dixit Deus benedictus, ego mittam; nam sicut scriptum est:* Ego mittam ad vos Eliam Prophetam (Mal. IV. 3.) *Hic habes unum de altero & secundo vero loquens ait:* Ecce servus meus, in quo sibi complacuit anima mea (Es. XLII. 1.) Quo referenda sunt quæ Lightfoot Hor. Talm. in Matth. XVII. 10. p. m. 384. sqq. Wilh. Schickard. Jus Reg. Hebr. c. VI. Theor. XX. pag. 454. ibique J. B. Carpzovius, Joh. Hoornbeek. l. c. L. II. c. 1. p. 206. annotarunt. Quod illi de Elia Prophetâ illud nos rectius de Messia Ben Joseph dicimus. Elias enim non populo præibit, ac dimicabit quemadmodum de Messia Ben Joseph nugantur. Sufficit nos comparationem ægyptiacæ redemptionis cum liberatione per Messiam futura ex mente judæorum indicasse.

§. 17. Istis autem duobus nominibus sc. Messiæ Ben David & Messiæ Ben Joseph s. Ephraim nihil aliud designare volunt quam collectionem XII. tribuum ex toto mundo; ita ut Messias Ben David, tum in primi tum secundi templi devastatione hinc inde per orbem dispersos Judæ; Messias Ben Joseph de-

Digitized by Google

depulsos Israelis i. e. decem tribus à Rege Assyriæ abductas, nec hactenus reversas reducat ac congreget. Denominatio Messiæ filii David est notissima. Denominationem autem Messiæ filii Josephi s. Ephraimi malumus verbis Menasses Israelis quam nostris referre, פקוה ישראל fol. 48. col. 1. גם נוכל לומר שלכך נקרא בן אפרים שיהא גדול משבט אפרים ויהיה ראשו על עשרת השבטים המכונים בשם אפרים בגד המקרא רוגזת מלך הראשון ירבעם בן נבט שהיה משבט אפרים ובן יוסף נקרא לא לבר בעגוה שבא מצד יוסף אלא שיוסף הוא אות אמת והנמא לכל בית ישראל כמו שאירע ליוסף מן היסורין והסנוין בבית האסורין והעלמתו מן אחיו ימים רבים ומן האושר וההצלחה כי מבית האסורים יצא למלוך כן הדבר עם עשרת השבטים שהם סנורום וכלואים ונעלמים מכל אדם ובאחרי הימי יזכו להאושר והוהצלחה גדולה בישע *etiam possumus dicere illum propterea vocari filium Ephraimi, quia ex tribu Ephraim nascendus & caput super decem tribus erit, qua in tota scriptura nomine Ephraim insigniuntur ad exemplum primi Regis Jerobeam qui ex tribu Ephraim ortus. Filius Josephi etiam vocatur non solum quia ex tribu (s. radice) natus; sed quia Josephus certum signum ac totius domus Israelis exemplum fuerit. Quemadmodum Josepho castigationes (s. mala) obvenere & carceri inclusus & à fratribus suis diu occultatus fuit; Postea vero ex sententia illi omnia cesserunt, ex car-*

cere

cere egressus, regimen ingressus est. Eodem modo se habet cum decem tribubus quæ inclusæ, occultatæ & ab omnibus hominibus semotæ sunt; diebus autem ultimis (sunt dies Messiæ) omnes res feliciter illis evenient sicut Josepho. Sic tandem devictis ac debellatis gentibus conjunctim terram Israelis ingredientur ac regnum auspicabuntur. Summa rerum vero ad Messiam Ben David devolvetur, qui cultum leviticum, instaurabit ac super ipsis regnabit. Magnificentiam ac Majestatem regni Maimonidis verbis ad Mischnam Tr. Sanhedrin cap. Chelek fol. 17. col. 2. proponam. *Dies Messiæ sunt tempus illud, quo Regnum Israelitis restituetur, omnesque in terram Israeliticam redibunt, ubi Messias Rex magnus valde futurus, suamque Regiam in Zione habiturus est. Crescet nomen ejus, & fama pervagabitur gentes magis quam Regis Salomonis, pacemque cum eo colent omnes populi, omnesq; terræ ei propter summam ejus justitiam & miracula manu ipsius patranda servient. Quicunque vero ei se opposuerit, illum supremum Numen perdet, in ipsius met manus traditum. De hac ejus, simulque nostra felicitate omnes scripturæ textus testimonium perhibent. Ceterum quoad substantiam nihil quicquam de eo, quod nunc est, immutabitur, nisi quod regnum Israelitis restituendum sit, & hoc sibi vult illud sapientum, quo nihil differre hoc præsens seculum a futuris Messiæ diebus asserunt, nisi quod non amplius regnis ceteris serviturî*

Digitized by Google

vituri sint. Conf. Manasse Ben Israel de Resurrect. Mort. Lib. III. c. V. p. 278. Hoornbeek. l. c. Lib. III. c. 2. p. 242. Jalkut ad Gen. XLIX. 10. fol. 49. col. 2.

VI.

THEODORI HASAEI

διατριβὴ,

qua fundamentum traditionis Judaicae, De *Messia Josephi Filio* investigatur.

ARGUMENTUM.

Scopus dicendorum §. 1. Rationes, quae faciunt, ut de alia origine illius traditionis de Messiae filio cogitandum sit, quam quae adducta est. §. 2. 3. Orta illa videtur inde, quod Messiae noster Pater fictus habitusque est Josephus. §. 4, 5. Ut & David §. 6. In illo fere occurrunt omnia, quae de Messia, Josephide tradunt Judaei §. 7. Inter alia & nomen Nehemiae, filii Uziel §. 8. Quomodo inde traditio de duplici Messia dimanare potuit §. 9, 10.

§. 1.

§. 1.

NOn ægre laturus est Doctissimus Vir, cujus calamo præmissa modo dissertatio debetur, si eadem libertate, quam sibi in alios, ut poterat jure æquissimo, sumsit, utamur. Talem enim veniam damus petimusque vicissim. Ea spe fretus, quid circa ejus de *Origine Judaicae opinionis de Messia duplici* sententiam, mihi observatum sit, &, cur putem ab eo nondum adhuc causam, quae agitur, prorsus confectam esse, paucis aperiam.

§. 2. Primo (*) videtur heic aliquid adducendum esse, quod tempora, quibus Christus vixit, adtingit propius. Nam alias, quaeri semper posset, cur non prius illa de binis Messiis narratio obtinuerit? Illud enim ex quo deinceps illa orta est, illi ortum jam praebere potuit antea. Jam vero liberationes cum à Mose facta, tum deinceps à Messia facienda, cognitae Judaeis fuerunt ab omni retro tempore, quo hi exstiterunt. Si itaque comparatio inter utramque ansam dedit Judaeis cogitandi de duplici Messia, & Davidis filio, & Josephi, quae ratio est, quod non prius de eadem re cogitaverunt, per tot saeculorum spatia? cur demum, ut solide vir doctus ostendit, duobus circiter saeculis post Christi tempora primum omnium Messiae genini memoria occurrit? Sed

Digitized by Google

haec non magnopere urgeo. Quin id (δ) porro observo. Judaei liberationem Messiae non solum conferunt cum liberatione ex Aegypto, quam curavit Moses, sed & eam contendunt cum illâ, quâ ex captivitate Babylonicâ dimissi sunt, quae sane priori non erat minus commemorabilis. Si itaque huc respexissent, non duo, sed tres ab illis omnino constituendi fuissent Messiae. Accedit (γ) quod Judaei dicant utrumque illum Messiam &, qui Josephi esset filius, & qui Davidis, adhuc imposterum appariturum esse. Mosen autem jam diu diuque antea populum in libertatem asseruisse, eorum incognitum erat nemini. Illam itaque cum liberatione ultimis demum temporibus praestanda, commiscere haud facile potuissent. Porro (δ) Judaei Messiam Josephi filium fingunt sibi miserum, squallidum, ac infectum lepra, rerum omnium egenum, in praelio trucidandum, resuscitandum tamen. Non video itaque, qua ratione hinc impelli potuerint ad cogitandum de Mose, in quo contraria prorsus sunt omnia. Et, quomodo fingere potuissent, nisi toti deliranter, illum in portis urbis Romae sessurum, cum praeliaturum cum Gogo & Magogo, & quae sunt alia id genus, si liberatio Mosis illi fabulae praebuisset originem?

§. 3. Nihil (ε) *denique* omnino invenio, quod ad id, quod quaeritur, magnopere

pere faciat. Neque enim quaestionis cardo in eo versatur, anne aliquid sit, quod Judaeis occasionem dare potuit sententiam de duplici Messia ingrediundi? Illius enim possent rationes dari variae, quales ab ipso Auctore complures adductas esse legimus. Illarum haec videtur esse praecipua. Cum Judaei sc. animum imbuissent opinione de adventu Messiae, magna cum pompa, splendore, regioque apparatu apparituri, eaque apud eos & pervulgata esset & inveterata; viderent autem passim v. gr. Ps. XXII. Es. LIII. Zach. IX. 9, 10. aliaque loca, ὀσα νοεις, à Christianis allegari, quae de doloribus, paupertate, ignominia Messiae loquerentur, neque haec inter se conciliare, atque ita elabi possent, ad illud figmentum de binis Messiis dilapsi sunt. Sed, de eo non agitur. Id autem quaeritur? Unde illa fabula de Messia, *Josephi Filio*, (neque enim de Messia, DAVIDIS Filio nunc agitur) sit derivata, sive, ut rem verbis Cl. Glaeserieri proponam ex §. 12. *Quae ratio istius nominis*, FILII JOSEPHI? *unde istud fabricarunt? Quidni aliud ipsi indiderunt nomen?* Ut autem verum fatear, nihil in responsione adducta, invenio, quod rem expediat; Nihil de FILIO JOSEPHI, nihil unde id fabricatum sit nominis, nihil, cur non aliud illi indiderint nomen? Neque hinc, quod fortassis Judaei sequioribus temporibus liberationem

Digitized by Google

per Messiam comparandam contenderunt; cum illa per Mosen quondam parata, quidquam ad datas quaestiones exhibet responsi. Quid enim Mosis, nunquam uncti nomen commune habet cum Messiae nomine? quid rei intercedit Amrami filio cum illo, quem dicunt Josephi filium?

§. 4. Circumspiciendum itaque nunc est, videndumque, anne quis inveniri possit alius, qui & Messiae titulum gessit, & Josephi habitus fuit filius, cui pariter dolores illi, contumeliae, passiones, mors, & resurrectio praecipua denique omnia conveniunt, quae à Judaeis de illo Messia Josephi germine dicta sunt. Cum autem sacros pandectas perlustramus, duos tantum invenimus, qui aliquo loco pariter & nomine *Josephi* insignes fuerunt: Josephum, filium Patriarchae Jacobi, cujus filii fuerunt Manasses & Ephraim, eumque in primo V. T. libro, Josephum alterum, patrem Messiae habitum, eumque in primo N. T. libro. De priori cogitare heic vix licet. Eum enim Patrem fore Messiae nemo unquam sanus vel somniando cogitavit. Neque vel umbrae vestigium in tabulis sacris occurrit, ex quo ex ejus lumbis oriturum esse Messiam, hariolere. Quin, cum sanctissimus filiorum Josephi avus bis eorum futura fata vatidico indicaret spiritu Gen. XLVIII & XLIX. nihil adtulit, quod vel aliqua veri specie huc transferatur. Immo

ex

ex adverso eodem tempore moriturus adventum indicat Messiae, ejusque simul patrem, JUDAM, exserto veluti digito indicat. Quum itaque Josephus Jacobides heic vix queat in censum venire, ad alterum Josephum transeundum est; qui Messiae dictus sit Pater.

§. 5. Videlicet, Jesum Christum, Dominum nostrum cogitare vix possumus, quin in eo Messiam inveniamus, qui JOSEPHI pariter & *Davidis* filius habitus, vocatusque fuit. Ita enim nominabant eum Judaei. Apud Matthaeum XIII: 55. quaerunt; Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; quod apud Luc. IV: 22. effertur; Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ ΥΙΟΣ ΙΩΣΗΦ & apud Johannem VI: 42. Οὐχ οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς, ὁ ΥΙΟΣ ΙΩΣΗΦ, οὗ ἡμεῖς οἴδαμεν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα. Ubi videmus Josephum ejus Patrem dici, sicut & Lucae II: 48. quod scilicet talis crederetur, uti legitur diserte Luc. III: 23. Ἰησοῦς ἦν (ὡς ἐνομίζετο) ΥΙΟΣ ΙΩΣΗΦ. Unde & Philippus Jesum, quem Messiam credebat, ostensurus Nathanaeli ita eum describebat. Ὃν ἔγραψε Μωσῆς ἐν τῷ νόμῳ καὶ οἱ προφῆται (Andreas paulo antea vocaverat τὸν Μεσσίαν) εὑρήκαμεν Ἰησοῦν ΤΟΝ ΥΙΟΝ ΤΟΥ ΙΩΣΗΦ Joh. I: 46.

§. 6. Habemus itaque MESSIAM FILIUM JOSEPHI. Sed & habemus *MESSIAM* FILIUM DAVIDIS, quem tali nomine impertiebant Judaei. Jam illud

Digitized by Google

illud factum est a Targumista Jonathane qui in locis Jer. XXX: 9. & Hos. III: 5. Ubi Messias vocatur David, id nominis παραφραζει per משיחא בר דוד *Messiam Davidis filium*. Et eo nomine indicabatur temporibus Jesu frequenter. Talem agnoscebant Pharisaei. Matth. XXII: 42. Ita ei acclamabat coecus, in eo tamen acutius cernens, quam hodie cernunt Patres suos degenerantes Judaei Luc. XVIII: 38. Immo extra communionem ecclesiae Judaicae posita mulier Matth. XV: 22. Habemus itaque & Messiam Josephi, filium, & eundem filium Davidis.

§. 7. Illi autem Messiae, qui Josephi filius audiebat, ea conveniebant fere omnia, quae de tali tradunt Hebraei. Quando enim eum vocant fore miserum, afflictum, insessurum asino, occidendum, excitandum è morte, quis non haec quadrare in J. C. Josephi filium animadvertit? Quae de ejus lepra dicunt, ei pariter aptari possunt, instar leprosi habito, extra urbem projecto, secundum vaticinium Es. LIII: 3, 4. Certamen, quod decernendum habiturus erat cum Gog & Magog non abludunt, ab iis, quae de certamine Christi cum Diabolo & infernalibus copiis cum dracone, & serpente & ejus semine in sacris memorantur. Oraculum Zach. XII: 10. huic Messiae Josephidi applicant Judaei. Id nostro Christo Josephi Filio applicatum est

in

Digitized by Google

in Novi Testamenti tabulis Joh. XIX: 37. Apoc. I: 7.

§. 8. Sunt, qui dicunt nomen ejus fore *Nehemiae*, qui Chuzielis esset Filius, Nehemias, נחמיה quasi מנחם יה notat vel *consolatorem Jehovam*, vel *consolatus est Dominus*. Et sic idem est, cum nomine מנחם MENACHEM CONSOLATORIS, quo Judaei Messiam indicare solent, qui & omnia per Messiam acquirenda beneficia נחמות appellant. Vide, quae in hanc rem notavi pluribus in diss. de *Oraculo Lamechi* Cap. II. §. 6, 7. Sane D.N. J.C. a Simeone dictus est Παρακλησις τ Ισραηλ, i. e. SOLAMEN *Israelis*, & talem se esse secundum vaticinia Prophetarum ipso opere ostendit luculentissime, propterea dictus Παρακλητος, quae vox vim nominis *Menachem* exprimit. Vide, si tanti videbuntur, quae a me eam in rem scripta sunt in allegata diss. C. II. §. 4, 5. 12. sqq. Cum autem & ille Chusielis filius, (בן חושיאל) dicatur, id nominis, quod nusquam occurrit, neque commodum sensum exhibet, videtur perperam esse scriptum, & commutandum in עזיאל h. e. *Robur meum est Deus*, & nunc facile unusquisque videt, qua ratione, ad Jesum Christum, Josephi & Mariae filium id possit transferri.

§. 9. Ex his cum pateat, ea quae Judaei de suo Messia Josephi filio jactabant, non aliena esse ab iis, quae de JESU Nazareno, vero Messia, eoque filio Josephi, sacrae literae enar-

Digitized by Google

enarrant, ita nunc dispiciendum est, qua ratione haec ad illa sint translata & inter se commixta. Nimirum; Rumor ille de tali, qui se Christum, i. e. Messiam dicebat, quique ut talis a quam plurimis credebatur, percrebuerat undiquaque. Eum fuisse despectum, afflictum, pauperem, perfossum, insessorem asini, necatum, excitatum e mortuis, leprosum habitum, sed & illum exspectatam esse παρακλησιν Israelis, id omnium circumferebatur sermonibus. Potuit fieri, ut quidam ex Judaeis, qui non procul erant a regno coelorum, & προσδεχομενοι την παρακλησιν τε ισραηλ, persuaderentur, illum Jesum, qui ενομιζετο υιος τε Ιωσηφ, verum esse Messiam, idque aliis etiam persuadere conarentur omni opera. Non poterat itaque non talis Messias Josephides, illorum obversari animis, quorum labris frequenter adeo insidebat. Accidere pariter & id potuit, ut quis Judaeorum, imbutus opinione, quae ea tempestate omnium animos, ipsorum adeo Apostolorum tenebat, de glorioso majestatisque pleno Messiae regno eaque audiens, quae de nostri Messiae Josephi filio, ejusque afflictionibus enarrabantur, quem simul Davidis esse filium dicebant, cum illa inter sese amico foedere conjungere nequiret, in eam descenderet cogitationem, ea non commodius inter se conciliari posse, quam si duplex statuatur Messias, quorum unus esset Josephi filius,

Digitized by Google

filius, in quo impleta sint, quae de passionibus Messiae, divina oracula cecinerant, alter autem, qui Davidis esset filius, in quo omnia eventum nactura essent imposterum, quae de statu ejus magnifico regioque aliis praedictum erat vaticiniis. In quam sententiam induci eo potuit facilius, quo plures id aetatis erant inter vel Christianos, vel Christianismum mentientes, qui nescio quae suavia de glorioso Christi in terris regno exspectando sibi somnia finxerant. Ubi autem vel semel tantum unius hominis mentem ejusmodi error invaserat, nullo negotio fieri potuit, ut dimanaret ad plures, praecipue autem eum avide arriperent Judaei. Ea enim ratione reperisse se judicabant, κρεσφυγέτου aliquod, quo eludere quirent Christianorum argumenta. Quando enim illi demonstraturi Jesum Nazarenum verum esse Messiam; Inter innumera alia & hoc utebantur argumento, quod illi convenirent dolores & miseriae, juxta & honores augusti, quibus mactum iri Messiam divini vates annuntiaverant. Putabant itaque se reperisse, non quod pueri in fabâ, si id possent dare responsi, negari utique non posse, quin angusta pariter & augusta de Messia in sacris V. T. libris praedicta sint, sed ea non in uno individuo quaerenda esse, sed duobus, futuris adhuc & praestolandis. Cumque Messiam Davidis fore filium iidem libri tradant, passim autem alius Messias

Digitized by Google

sias Josephides omni populo in ore esset, hinc illa, quam tractamus, de gemino Messia fabula coorta est, sensim origine vera traditionis, quae erat Christus Josephi & Mariae filius, inter eos dispereunte.

§. 10. Neque obstat, quod Judaei complura narrent de illo משיח בר יוסף quae Jesu Christo non conveniunt. Eorum enim quaedam non omni plane destituuntur fundamento, alia mera sunt malesani Judaici cerebri figmenta. *Illorum* instar esse potest, cum dicitur, illum Messiam fore filium Ephraimi. Id quod inde ortum. Cum semel percrebuerat, Messiam esse Josephi filium, & ignoraretur heic intelligendum illum Mariae filium, dilapsi sunt ad Josephum, Jacobi filium, ex cujus filii Ephraimi tribu deinde jactitarunt oriturum Messiam esse. Quod *haec* adtinet, & ea facili negotio potuerunt adsui. Quando enim semel fabula ivit in vulgus, vires solet acquirere eundo, comitur, ornatur, adduntur variae rerum φαντασιαι. Quam pronum ad talia fingenda sine ullo colore, sine fundamento, sine veri specie sit ingenium gentis recutitae, nemo est, qui ignoret. Adeoque nihil nos morari debent sordidae illae laciniae, quae panno male consuto adjectae sunt. Caeterum cum ipsi Judaei, ut visum est, parum illi narrationi tribuunt, multis eorum eam prorsus negligentibus, ex eo colligas in-

Digitized by Google

infirmo admodum fundamento totam narrationem inniti, id ipsis persuasum fuisse Judaeis.

VII.

JOANNIS CHRISTOPHORI HARENBERGI,

Oculus Mosis & Christi, e monte Editissimo Palaestinam spectantium.

CONSPECTUS.

§. 1. *Moses & Christus in multis similes, in eo etiam similia sustinent fata, quod e monte sublimi Palaestinae regna prospiciant.* §. 2. *Moses Cananaeam antea nunquam adierat, sed perspiciebat eam in confirmationem veritatis coelestis & imaginem melioris loci mox adeundi.* §. 3. *Mons Nebo, cujus situs delineatur, prospectui tam Christi quam Mosis fuit destinatus; mons vero Quarentana tentationis loco non convenit.* §. 4. *Determinatur plus minus altitudo Montis Nebo.* §. 5. *Demonstratur Mathematice, ex Nebo omnem Palaestinam potuisse lustrari, & omnia ejus regna seu tetrarchias.* §. 6. *Adduntur, quae speciatim perhibentur a Mose & Christo esse visa.*

§. 1.

§. 1.

MOſes & Chriſtus in eis diſcrepant, quæ ad Oeconomiæ divinæ habitum durum ac manſvetum faciunt, tam ratione μεσιτε & indolis quam fœderis cum hominibus conciliandi modo. Optime vero conveniunt in patefactione novæ doctrinæ per miracula, in liberatione gentium, in eductione ſuorum ex oppreſſione & tyrannide, in inſtitutis novis ſanciendis. At Moſes erat nudus homo; Chriſtus θεανθρωπος: Moſes peccatis obnoxius; Chriſtus ſanctus: Moſes liberator temporarius. Chriſtus æternus & ſempiternæ libertatis vindex. Moſes mortuus, Palæſtinæ non particeps, ſed eminus ſpectator; Chriſtus homo mortuus, aſt glorioſe, triduo peracto, redivivus & regni promiſſi ipſe illico particeps: Moſes, excepta lege naturali in Sinai promulgata, temporarios tradebat ritus, JESUM adumbrantes; Chriſtus legem moralem repurgavit à ſiniſtris interpretationibus, eam ipſe implevit, animumque purum in victimam DEO offerri docuit, ſpiritum, non carnem ſacrificiorum. Id vero inprimis jam animadvertendum eſt, Moſen & Chriſtum, ad munia divina deſtinatos, quadraginta diebus citra cibum potumque cum ſolo Deo ſolos fuiſſe verſatos, verboque Dei eſſe exſatiatos. Quanto vero erat ſublimiori natura & dignitate Chri-

Digitized by Google

Christus, tanto humilior & infra ipsius Mosis, adflicti etiam, conditionem pro nobis depressior factus est, a Satana ipse adtentatus, quod de Mose nuspiam perhibetur. Quod igitur Deus Mosi præstitit, ire hunc jubens in montem altum, ut Judæam eminus contemplaretur, ejusque excellentiam, id Christo a Satana evenit, quippe qui svavissimum servatorem in montem editissimum adduxit, ut spectaret orbem judaicum ejusque splendorem & dignitatem. Quare, ut una ex fidelia duos dealbarem parietes, Mosis & Jesu contemplationem, quæ Judæam pro scopo habuit, cominus contueri suscepi. Non ignorant equidem periti rerum arbitri, terminos visionis ex Geographia ac Trigonometria esse explicandos, visionis vero leges ex doctrinis Opticis. Nemo igitur succensebit, quod materiam hanc de intervallis in superficie globi terrestris ex consultis Mathematicorum curatius eviscerare tentaverim. Sicubi nonnullis obscurus forte videar, ei ejus rei culpam in me non transferent, siquidem heic quævis rudimenta Mathematica ab ovo ordiri nequeo. Ubi Mosis spectationem cominus spectare contendi, in id juxta incumbam, ut Jesum ex eodem monte Nebo Judæam adspexisse ostendam. Non vero non fateri possum, Jesu non unum Judææ regnum adparuisse, sed ipsam quoque Nabatæorum

regum,

Digitized by Google

regum sedem, Petram, (a) cum ipsa, Trachonitide, fortasisque regno Abilenes & Chalcidico in Libani montibus sito.

§. 2. Quantum igitur ad contemplationem Mosis adtinet, ea supervacua videri posset illis, qui non ignorant, Mosen jam antea fines terræ, Israëlitis destinatæ, recensuisse. Num. XXXIV. 2-12. videlicet *ab alveo*, qui Aegyptum a Syria disterminabat, seu lacu Sirbonidis *ad extremam* australem *maris asphaltitici partem*, inde per Jordanem ac confinia tribuum Gad, Manasse & Ruben, ad ortum vergentia; versus *Antilibanum*, inde *Heliopolin*, juxta quam (b) Orontes oritur, & *ad terminum* eorum *circa Posidonium*, quæ mare inter & Orontis alveum sunt posita. Ad vero Mosen jam olim invisisse Cananææ ac Coelesyriæ oras, nunquam ulla ratione solida comprobabitur. Adparet id ipsum ex vita Mosis ante acta & legatorum duodecim

(a) Plinius L. VI. c. 28. Petram tradit abesse a Gaza DC. mill. pass. a sinu Persico CXXXV. mill. Cellarius in *Notitia orbis antiqui* T. II. p. 418. & Relandus *Palæst.* L. III. p. 932. numeros esse permutatos credunt. At priori loco mihi LX. rescribendum videtur, quia Petra in vicinia Kadesæ & montis Hor, inter Phunon & Zoaram fuit sita, docentibus Eusebio & Hieron. in finibus australibus Judææ, teste Hegesippo *de excidio urbis Hieros.* L. I. c. 14. Ex hac ratione inter Nebo & Petram recta interjacent I. gr. 42. min. Rem alibi fusius ostendam.

(b) Hæc singula fusius demonstrabo in *Geographia Pentateuchi* Sect. II.

Digitized by Google

tim emissione in Cananæam, qua superfedere potuisset, Moses, si eamdem terram antea jam lustrasset. Adde quod palmarium potuisset legatis illis decem formidolosis in conspectu populi apponere argumentum, ex sua experientia & inspectione depromtum ac derivatum. Deus igitur erat, qui Mosi ostendebat illam finium terræ promissæ delineationem intra animum conspicuam, ratione quidem mandati, non autem figuræ. Præstat tamen, rem sub oculis cadentem inspicere, si fieri possit, quam nudo auditu vel patefactione interiori citra figuram comprehendere. Quocirca major Mosi clariorque notio ingenerari poterat ex lustratione Cananææ, quam ex nuda aliunde suggesta urbium & terminorum denominatione. Quocirca, antequam Moses in sublimiorem regionem & meliorem civitatem, quæ manu humana non est exstructa, eveheretur, imagine etiam ipsa typi seu Cananææ terrestris erat solandus. Certissimum nobis fata Mosis suppeditant argumentum, piis majora supereſſe post mortem gaudia, quam quæ temporarius mundi decor conciliat, ideoque a fidelibus Vet. T. vitam quoque sempiternam avide fuisse expetitam & sancte creditam, uti Cel. Crosa (c) nuper venuste docuit.

(c) In Diss. de *mente humana* Groningæ 1726. in 12 Sect. III. §. 51. p. 253. sqq.

Digitized by Google

§. 3. Mons Nebo, pars Pisgæ, trans Jordanem in Moabitide adjecta, quæ Gaditis postea cessit, erat specula, unde Moses, jussu divino Cananæam eminus prospiciebat. Josephus (d) eum vocat *excelsum & contra Jerichuntem situm*, τουτο ὑψηλον Ἱεριχουντος ἀντικρυς κειται. Jungitur etiam cum Libano & Baschan, montibus altissimis, Jer. XXII. v. 20. Eusebius in voce Ναβαυ cum ὄρει τοῦ Ἰορδανου *supra Jordanem* contra Hierichunta, in sexto miliario urbis Esbus contra orientalem plagam locat. Simul etiam in voce Εσεβων docet, Esbunta viginti à Jordane millibus fuisse disjunctam. Nebo igitur XIV. millibus passuum a Jordane fuit remotus. Nomen ei adhæsisse videtur ex nomine idoli *Nebo*. Esa. XLVI. 1. a quo Babyloniorum quoque reges *Nebucadnezar*, *Nebusaradan*, *Nabonidus*, *Nabonassar*, aliique adpellati sunt. (e) Mercurium designat Nebo a נבא *dicere*, *prædicere*, *pronuntiare futura*, quod Mercurio conveniebat. Eamdem sententiam confirmat Abulpharagius (f) Chaldæi olim in Syria incolentes, omnino stellam Mercurium magni faciebant, (g) quia sibi videbantur esse *sub virgine & Mercurio*, scientiarum

(d) *Ant.* L. IV. c. 7.
(e) Jo. *Seldenus* de *DIs Syris Synt.* II. c. 12.
(f) *Dyn.* IV. p. 73. *Arab.* 47. *Lat.*
(g) Th. *Stanlejus* de Philos. Chald. Sect. II. c. 20. p. 1138. ed. Lipsi. *Hist. Philos.*

Digitized by Google

rum dominis, (h) & Mercurius erat cum ceteris planetis interpres futurorum. (i) Nolit quis suspicari, quæso, hanc de Mercurio notionem non quadrare in ævum Mosis, siquidem jam Mosis ætate stellarum cultus penes Syros & Cananæos erat vulgatissimus, uti ex permultis interdictis astrolatriæ oppositis liquet, & nomine DEI אבאות ,, *Ens illud, quod condidit stellas.*

§. 4. In eumdem montem JESUS adductus mihi esse videtur. (a) Nam in Jordane circa eum tractum idem à Johanne fuit unda sacra imbutus, juxta Bethabara. Joh. I. 26-28. Hieronymus. (k) *Bethabara trans Jordanem, ubi Johannes in poenitentiam baptizabat unde & usque hodie plurimi de fratribus, hoc est, de numero credentium, ibi renasci cupientes, vitali gurgite baptizantur.* Dicitur *Beth - bara* Jud. VII. 24. A transitu בית עברה omnino dicitur, ideoque Jor-

Kkk 2 da-

(h) Idem c. 17. l. c. p. 1139. &c. p. 83.

(i) Diod. Sic. L. II.

(a) Sententiam Viri Cl. Isebrandi Eilhardi *Harckenrothii* de hoc monte exhibet Cl. VI, fasc. V. diff. 6. Ea mihi occasionem præbuit ibidem diss. 7. meas cogitationes expromendi. Ecquis nostrum rem acu tetigerit, id benevolus Lector arbitrabitur. T. de H.

(k) T. IV. de locis Hebr. Hebr. fol. 126. 1. ed. Froben. Basil. 1516. fol.

Digitized by Google

danes ibi vado (l) vel scapha transmitti potuit. Ostenditur nostra ætate locus ille haud procul Hierichunte. (m) At in mappa geographica, quæ Mastrichtiano Nov. T. codici inserta est, ad boream est protractus, ut intervallum ejus a Lacu Tiberiadis unam tertiam constituat, pars vero vergens ad asphaltiten reliquas duas tertias. Id certum est, eum tribui Gad annumerandum esse, ex fide illius mappæ. At vero Relandus jam pulcre monuit, uti res ipsa quoque docet, Gaditarum & Rubenitarum sedes fuisse permistas. Ubi situs ex sacro codice & Eusebio ac Josepho incertus est, eum ex com-

(l) Negat id quidem *Maundrellus* in *Itinere suo in Palæstinam* p. 114. addens, Jordanem admodum LX. pedes esse latum, sed id de uno loco tradit & de tempore XIII. Mart. unde res ipsa non negatur.

(m) Petrus della *Valle in Hodoeporetico* vers. Germ. Pars I. p. 153. *ed. Genev.* 1674. fol. Joh. Lightfootus in *Disquis. chorographica Joanni præmissa* c. I. §. 5. p. 914. ed. Carpzov. Bethabara juxta & prope trajectum Scythopolitanum locat. At 1.) Trajectus celebris & frequentissimus erat adversus Jerichuntem 2. Sam. XIX. 18. 2. Reg. II. 8. Ergo transitus ille tanquam potior illico menti sese ingerit. 2.) Ex Jud. VII. 24. liquet, quod Ephraimitæ montani Midianitis occurrere debuerint & occupare aquas usque Bethbarah & Jordanem (i. e. Jordanem ad Bethbarah, *locum transitus.*) At Midianitarum via per trajectum instituebatur Hierichuntinum, uti ex situ regionis illorum facile patescit.

Digitized by Google

commoditate multa adpellandi loca ab actu & heic a transitu conligere dabitur. Quare quum supra & circa lacum asphaltiten solemnis & frequentissima fieret Jordanis transitio, ideo *Bethabara* ibi statuisse ac locasse, non erit insulsum. Mons quidem ille *tentationis* ad Hierichuntem hodie ostenditur. (n) Sed ex vana Monachorum commemoratione, qui pleraque in Palæstina contra fidem veterum sola auri vel sanctitatis fictæ amore demonstrant. Nam quis

(n) Petr. della Valle l. c. H. Maundrellus, in ganz neuer Reise-Beschreibung nach dem gelobten Lande. vers. Germ. 1706. 8. Hamburg. p. 109. Voyage de Mr. de Thevenot *de Levant* en P. I. L. II. c. 41. p. 615. *Nous partimes du camp sur les dix heures du matin, pour aller à la dite montagne de la Quarantaine eloignée de la ville de Jerico d'une lieüe* (françoise,) *elle est ainsi dite, à cause que Nôtre Seigneur au sortir du Jordain y alla passer quarante jours & quarante nuits sans boire n'y manger : elle n'est pas tant difficile à monter, que quelques uns ont voulu dire, si non en quelques endroits, qui sont tout-a-fait perilleux, car il faut s'agripper des pies & des mains à la roche, qui est lissée comme du marbre, & quand nous y passames, il pleuvoit, ce qui la rendit encore plus glissante, mais on s'aide les uns les autres. Nous vinmes au lieu où nôtre Seigneur jeuna quarante jours, c'est une grotte - - Il y en eut quelques uns de nôtre compagnie, qui monterent tout au haut de la montagne, au lieu ou le diable porta N. Seigneur - - Il y a des passages si perilleux, que le danger y est très-grand, n'aians pas deux pies de large, avec un grand precipice à côte.*

Digitized by Google

crederet, montem eum esse altissimum, quem veteres montibus editissimis haud annumerant? Convenientius ille mons intelligitur, in vicinia Bethabaræ, quem Jeremias & Josephus talem esse plane docuerunt. Novimus præterea, diabolum certasse de corpore Mosis, quod omnino in locum sepulcri Mosis ad Nebo optime quadrat, ubi Mosis memoriæ recolendæ aptissima sese præbebat occasio. Et quid, quæso, in simiam Dei magis quadrat, quam imitatio divini ductus, quo Moses ex Nebo Palæstinam ejusque amplitudinem perspexerat? Impudentissimus ad hæc impostor Deum superaturus esse videbatur, ubi id Christo promittebat, quod Deus Mosi denegaverat. Quod ipsum dum cogito, non possum non in montem Nebo conferre mentem & oculos. Eamdem olim ibi Satanas luserat fabulam, dum ad montis radices Israëlitas in sui adorationem pertracturus erat. Baal Peor enim, seu Venus domina, diabolicum erat idolum, diaboli instinctu conditum & honoratum. Ad hæc conveniebat instituto, extra Palæstinam stare, ut ea ostenderetur. Qui enim domum subindicant & ostendunt, id extra ædes facere solent. Ea enim plerumque vocis δεικνυμι obtinet significatio, ut manu sublata vel digito exserto rem designare aliquantulum remotam denotet. Adde quod Satanas Christo *omnia regna mundi* monstraret, quorum

Digitized by Google

rum nonnulla conſpici poterant in finibus Palæſtinæ, in ipſo vero Palæſtina vix ultra unum. Mons ſane ad Hierichuntem, uti peregrinatores ſacri memorant, præceps ſatis eſt, at non adeo excelſus, nec in verticem usque adſcenſui patens, unde finxere fabulam, Jeſum a diabolo in faſtigium editiſſimum verticemque latum fuiſſe, quaſi poteſtati hujus omnino obnoxium & ſatana impotentiorem. Si ad Marcum nos conferimus, is c. I. v. 13. de JESU tradit, quod *a Spiritu eductus fuerit εις την ερημον in locum deſertum ſterilemque, ubi fuerit XL. dies*, ubi fuerit *tentatus a caeodæmone*, ubi fuerit *cum feris* beſtiisque verſatus. Si igitur in memoriam revocaverimus, eremos Judææ oppidulis vicisque ſparſas & ovium paſtu frequentatas fuiſſe, (o) tum omnino ſolitudinem ejusmodi, quæ feris beſtiisque ſcatebat humanoque vacabat cultu, penes infectos & latrociniis tum cuncta turbantes Arabas quærere oportet. Montes enim Palæſtinæ rigidiſſimi ac abruptiſſimi a Judæis olim varia (p) arte colebantur, ut butyrum ex petris redundaret. Ultra vero Jordanem in

(o) Vir Celeber. Theodorus HASÆUS in hac *Bibl. Claſſ. I. Faſc. 2. pag. 123. ſqq.* Jo. Lightfoot in *Centuria Chorographica Matthæo præmiſſa* c. II, pag. 25. ſqq. & ad Matth. II. I. pag. 210. ſq. *ed. Carpzov.*

(p) Maundrell. l. c. p. 89.

Digitized by Google

montium ac arbuſtorum latebris plerumque omnia latronibus erant obſita & obſeſſa, qui, aliquando ad paſcua montoſa Hierichuntis etiam Judæum occidiſſe, a Chriſto dicuntur. Alium quidam Palæſtinæ noſtræ & ſuperioris ætatis attribuunt locum jejunio Chriſti & lapidibus, quos Satanas poſcebat in panes mutari; videlicet illam rupem Hierichuntinam maxime præruptam, cujus in latere uno inſit ſpelunca inſtar domicilii; alium demonſtrationi regnorum mundi vindicant, videlicet ejusdem rupis verticem, quem ægre vix aliquis adſcenſu contingere poteſt. Mons ipſe vocatur a quadraginta jejunii diebus *Quarantana* ſeu *Quarantaine*. At illud plane ab omni veroſimilitudine abhorret, in eo Satanam regna Palæſtinæ omnia oſtendiſſe. Quomodo enim ibi eſſent perpetuo θηρια *beſtiæ*, eæque fortaſſis venenatæ (q) prætereaque nulli homines per quadraginta dies, ubi uberrimus lætiſſimusq; campus Hierichuntem usque per leucam Gallicam porrigitur? (r) Nec id de nihilo eſt, in ſummo cacumine extare veſtigia alicujus conlapſi cœnobii. (s) Quum enim mons ipſe

(q) Eam enim θηριον notat Act. XXVIII. 4. & apud medicos Græcos, unde θηριακα dicuntur remedia ex venenatis beſtiis parata.

(r) Thevenot dans Voyage de Levant L. II. c. 41. p. 614. 615. ed. Paris 1689. 8.

(s) l. c. p. 615. 616. *Il y a tout au haut encore quel-*
ques

Digitized by Google

ipſe larga ſæpius pluvia humectetur, uti Thevenotus ſuo tempore expertus eſt, ac inferius leniter ſit acclivis, in vertice vero cœnobio ſedem præbere potuerit, quid tum probabilius eſt, quam ovibus, viti ſerendæ, & balſamo, quod in planitie Hierichuntina ad hunc montem olim proveniebat, (t) montem ipſum ejusque cacumen & radices fuiſſe deſtinatas? Accedit quod mons Nebo aptiſſimus ſit proſpiciendo Cananæo ſitu omni, inde ad Dan, ad mare magnum, ad Libanum ſeu potius Antilibanum, & terminum auſtralem ab extremitate maris aſphaltitici ad Aegypti confinia, quandoquidem id de Nebo & inde facta Moſis contemplatione aperte patet. An Quarentana tanta fuerit altitudine, haud facile comprobaveris, quippe in vertice cujus olim habitari potuit. Verum præalta montium cacumina à frigore nocturno & nive

ques reſtes d' un ancien Convent, qui y etoit autrefois.

(t) Jam enim nullus opobalſami frutex ipſe eſt reliquus, teſte della Valle l. c. p. 153. Nam Judæi eum ſub Tito vaſtarunt. Plinius L. XII. c. 25. *Sæviere in eamdem Judæi, ſicut in vitam ſuam. Contra defendere Romani, & dimicatum pro frutice eſt.* Romani eum tranſtulerunt in Aegyptiorum maritimam teſte Strabone. L. XVII. T. II. p. 601. unde Turci jam illius fructum ſeu ſuccum potius divendunt, autore A. Gislenio *Busbequio* Ep. legat. IV. p. 359. 390. ed. Amſtelod. 1660. 12.

Digitized by Google

brumali nimis ibi infestantur, tantum abest, ut domicilium mortalibus præbere possint. Verosimillimum proinde est, Christum ex Nebo regna omnia Palæstinæ perspexisse, quia Paneada usque, caput Trachonitidis ac Philippi: Tiberiadem regiam Herodis Antipæ: Hierosolymam Pilati procuratoris, qui tetrarchiam Archelai tenebat, sedem prospectus inde patebat. Addemontis non habitati faciem sævam & humano cultui non faventem.

§. 5. Jucundum esset cognoscere penitiusque habere exploratum, quanta montis Nebo fuerit altitudo. (u) At quia ea a nemine percognita memoriæque mandata esse legitur, instituendus est labor per *methodum regressus* ex distantia oppidi Dan ad Nebo. Nam quum Moses eo usque prospexerit, altitudo montis quoque tanto prospectui fuit accommodata. At distantia à monte Nebo ad oppidum Dan æquatur uni gradui & triginta minutis primis, i. e. 90000. passibus Ro-

(u) Ostendi vocem נבה & נף habere significationem *altitudinis* & *eminentiæ* Cl. VI. Fasc. V. diss. 7. §. 6. Quidni & hinc ἐτυμον nominis Nebo petendum est? Hinc & videtur arcessenda origo vocis נביאים, qua primum viros dignitate, & virtute eminentes indicarunt; Ubi eo sensu videtur dictus Abrahamus Gen. XX. 7. & omnes Patriarchae, Ps. CV: 14. 15. ubi regibus aequiparantur. Deinde autem ad prophetas, & amicos Dei translata est. T. d. H.

Digitized by Google

Romanis, seu XXII½. mill. Germ. quorum unum 4000. passus Romanos continet. Hoc ita trado ex intervallo curatissimæ tabulæ, quam D. Hadrianus Relandus dimensus est & fabricavit. Jamdudum vero construxi mappam novam, observationibus Chazellii & de l' Isle superstructam, ubi mare mediterraneum inde a Joppe recta in boream procurrit cum ipso Phoenices littore iisque ad Ostium Orontis, quod ipsum ex long. & lat. Alexandriæ, Cairi, Pelusii, Tyri, Aleppi cuique ostendere valeo. Ex hac mappa intercapedinem aliquanto majorem esse didici, videlicet CXXI. mill. pass. Rom. id est XXX¼. mill. Germ. Quia igitur ex calculo paullo post dando prospectus ex monte, cujus altitudo ad perpendiculum est unius millaris Germanici, ad intervallum 42½. mill. Germ. patet, ergo intervallum 30. mill. Germ. secundam *regulam auream*, exposcit altitudinem montis, quæ tendit per perpendiculi mensuram ad 2847$\frac{1}{17}$. pass. Rom. Id vero non est negligendum, ad Dan & Paneada editissimum eminuisse montem *Panium*, ubi Christus gloria cœlesti adfectus est, (x) qui omnino potuit prospici, licet montis Nebo altitudo non multum ultra mille pass. Rom. extiterit. Plinius

(x) *Joh.* Lightfoot in *Horis ad* Marc. IX. 2. p. 624. sq. *ed. Carpz.* Hadr. Relandus *Palæstina* L. I. c. 51. p. 334-336.

Digitized by Google

nius (y) admirandam Casio, Syriæ monti, altitudinem tribuit. *Cujus excelsa altitudo quarta vigilia orientem per tenebras solem adspicit: brevi circumactu corporis diem noctemque pariter ostendens. Ambitus ad cacumen XIX. M. P. est, altitudo per directum* IV. Celeberrimus post fata Cassini altitudinem montis *Canigoa* altissimi invenit 1400. pert. Gall. referente Comite de MARSILLI, (z) $\frac{1}{2}$ e. 8695$\frac{1}{3}$. ped. Rhen. Nam pertica una Gallica (Toise) facit sex pedes Parisinos, unus vero pes particulas 1440. Quare 1440. particulæ reddunt 8400. pedes ejus modi, & hi ipsi 12096000. particulas. Porro particularum talium 1391. constituunt pedem unum Rhen. ac, ubi utrumque in sese dividendo duxeris, emergunt inde pedes Rhenani 8695. circiter. At milliare Gallicum majus, quod est $\frac{5}{4}$ unius majoris Germanici, complectitur 15000. ped. Rom. ut ideo mons ille altus fuerit $\frac{173}{300}$. mill. Gall. seu admodum dimidium miliare Germanicum. Non multo altior fuit Nebo, si in planitiem Dan Moses prospicere potuit. At quia id non erat necessarium, dimidium miliaris Germanici tractui ad Dan videndo & eminus cognoscendo utique sufficit. Præterea calculus ille, quo altitudinem montis Nebo ex intervallo a Dan determino, id ipsum ponit

(y) *Hist. Nat.* L. V. c. 22. conf. Solinus c. 49.
(z) Dans *Histoire physique de la mer* & inde *Acta Erud. Germ.* P. CXIV. Art. I. p. 367.

ponit, quod diameter telluris polaris sit æqualis diametro axis sub Aequatore. Si vero ponamus, polarem illam (a) se ad diametrum Aequatoris habere, ut 692. ad 689 tum ¼ (& paullulum ultra) unius mill. quod 5000. pedes Paris: continet, pro majori declivitate loci Dan inde comprobatur, quam est ea, quæ ex exacta terræ rotunditate adsumitur. Quanto igitur depressior erat ora borealis, tanto patentior & longior erat prospectus.

§. 6. Ut igitur ab eo, quod capitis & principii loco posui, ordiamur, prænotandum est, intervallum à Nebo ad Dan esse milliarium Germanicorum XXIV. vel potius XXX. eam vero intercapedinem, quæ mari mediterraneo & monte Nebo terminatur, milliaribus XVI. Germanicis esse æqualem. Porro diameter telluris censetur esse pedum Parisiensium 39391077. ex diametri ad peripheriam *ratione Metiana*, & hinc semidiametrum 19695539. ped. Paris. unde unus gradus continet 343752. ped. Paris. unum vero

(a) Conf. Scheuchzeri *Physicæ* P. II. c. 6. §. 13. præcipue c. 14. §. 12. p. 114. sqq. *Histoire de l' Academie Royale* 1701. p. 180. Villemont *Syst. des Planetes* p. 186. Newton *in Philos. nat. Princ. Math.* L. III. p. 378. sqq. ed. Amstelod. 1723. 4. Hugenius dans *discours sur la cause de la pesanteur* p. 113. sqq. Celeb. Christ. Wolfius *Phys. Dogmat.* P. III, c. 1. §. 182. & ejus interpres Cl. Ludov. Philip. Thümmigius in *Instit. Philos. Nat.* P. III. c. 1. §. 117.

Digitized by Google

vero milliare Germanicum, decima quinta unius gradus pars, 22916$\frac{4}{5}$. ped. Paris. Jam ad rem ipsam accedamus, oportet. C esto Nadir seu meditullium terræ. B C & D C sunto semidiametri telluris. B A esto altitudo montis; E A altitudo oculi à superficie terræ. Sit igitur E A longa 5. ped. Paris. pro altitudine oculi, qui nondum 2$\frac{1}{2}$. ulnarum longitudinem æquant, adeoque pro statura Mosis facilius contractiores quam largiores sunt. Ut igitur inveniamus distantiam D B, ad quam visus in superficie maris vel terræ pertingit, altitudo montis & oculi addatur semidiametro telluris B C, quæ est 19695539. quum proinde in triangulo A & ad D rectangulo latera A C & D C dentur, invenietur angulus D C A, quem metitur arcus D B, hoc modo per præcepta Trigonometrica, posito, montem Nebo fuisse altum uno milliari Germanico.

C A. 861. C D. 860 -- S. T. 100000000

29344984

129344984

29350031

99994953

Prodeunt hac ratione 87°. 14'. pro angulo A, quem si subtrahas à 89°. 60'. inde emergunt 2°. 46'. Sed unus gradus facit XV. mill. Germ.

Digitized by Google

Germ. & quatuor minuta unum mill. Germ. ut ita ex Nebo ultra Dan prospectus patuerit per planitiem ad 42½. mill. Germ. Si vero ritu altiorum montium Nebo eminuerit ½ mill. Germ. & ¼ milliaris, quod 5000. pedes Parisinos complectitur, ex inæqualitate (b) diametrorum terræ pro majori depressione ad polos addatur, prospectus tamen ultra 30. mill. Germ. patuit, adeoque ex Nebo, altissimo vertice, licet claritas radiorum sensim decreverit, adjuta tamen ope refractionis vernalis Mosi, autumnalis Christo, tum tractus & oppidum Dan adtingi visu potuit. Data igitur distantia DB ex Nebo in Dan XXIV. mill. Germ. ad quam objectum majus videri debebat, inveniemus altitudinem ejus AB, ut adpareat, tantam altitudinem, quam monti Nebo dedi, non requiri ad prospiciendum in Dan usque. Ut hoc fiat, distantia D B convertitur in gradus, nempe hoc loco 1. 36. ita

(b) Si diameter terræ media tenet 19615800. ped. Paris. seu 3923. mill. quorum singula 5000. pedes æquat, terra ad Aequatorem 85200. pedibus vel 17. ejusmodi milliaribus altior est quam a Polo uno ad alterum. Scheuchzer l. c. p. 115. Ergo per intervallum curvæ a Nebo ad Dan, intra quod vera linea horizontalis ad quinque ulnas depressa fuit, linea recta procurrit ad minimum mill. Germ. 26. in quibus methodo Scheuchzeriana tellus 1287. ped. Paris. & $\frac{29}{49}$. depressior est, quam si esset terra exacte sphærica.

Digitized by Google

ita enim innotescit angulus C. A Secante porro hujus anguli AC subtrahitur *sinus totus* BC 10000000. ut relinquatur AB in istiusmodi particulis, quales BC continet 10000000. Infertur tandem: Ut 10000000. ad mensuram ipsius AB in particulis istiusmodi, ita semidiameter telluris BC 19695539 ad valorem altitudinis AB in mensura pedum Parisinorum. En operationem ipsam:

10000000. 1003900 - 19695539
1000000 3900
3900 17725985100
59086617
76812602100 (7681. i. e.
++++10000000

$\frac{1}{4}$. mill. Germ. & 1827. ped. Paris. Debuit igitur Nebo altus esse 7681. pedibus Parisinis & non dū dimidio milliari Germanico. Ut vero littora maris magni ad occasum posita ex Nebo adtingi visu possint, 3413. ped. Paris. i. e. paullulum ultra $\frac{1}{4}$. mill. Germ. mons Nebo seu potius oculus spectatoris à superficie terræ elatus esse debuit. Possem ex depressione veræ lineæ horizontalis, qualem Ricciolus suppeditavit, idem comprobare, nisi hæc in præsens sufficere possent.

§. 7. Addenda sunt ipsa loca, quæ uterque & Christus & Moses eminus conspicatus

tus est. Moses ex Nebo perspiciebat omnem Gileaditidem, ad Dan usque, circa fontes Jordanis, omnem Naphthalitidem, Ephraimitida & Manassida, & omnem Judæam ad mare usque mediterraneum, australem plagam & tractum urbis vel potius vallis Hierichuntinæ, (cc) *urbem palmarum*, quæ erat *Engedi*. (dd) non vero ipsa Jericho, ut quidem falso statuitur, usque ad *Zoaram* in finibus lacus salsi australibus Deut. XXXIV. 6. Situs urbis Engedi recte in veterem locum, unde eum Relandus turbaverat, non debite capiens Josephum *Ant.* IX. 1. nec respiciens ad 2. Chron. XXI. 2. sqq., restituit Jeremias Philadelphus. (e) Christus vero vidit πασας βασιλειας τε κοσμε כל מלכיות העולם *omnia regna* illius *orbis* i. e. Palæstinæ, videlicet regnum Philippi in Trachonitide, qui tum vivebat Luc. IV. 1. regnum Antipæ in

(c) Nam si ad gradum latitudinis 45. ex altera terræ superficie jam defecit illa major Aequatoris semidiameter ad $4\frac{1}{4}$. mill. quorum singula sunt 5000. pedum, quæ sub Aequatore erat $8\frac{1}{4}$. ergo intra 30. milliaria ejusmodi seu 2. gradus deficit $\frac{1}{4}$. mill. illius, hoc est, itidem in intervallo, quod montem Dan a Nebo dirimit.

(d) In *Geographia reformata* L. VI. c. 22. Probl. 3. p. 217. & c. 25. Prop. 2. p. 225.

(ee) Quam *Jerico* & *Arco* vocant Strabo L. XVI. p. 525. Plinius L. XII. c. 25. Solinus c. 38. Justinus L. XXXVI. 3. Salmasius in *Exerc. Plinianis* p. 583. Petrus della Valle l. c. p. 153.

Digitized by Google

Galilæa cis oppidum Dan, regnum Archelai per Judæam & Samariam, cui paullo ante præsides erant submissi in exilium missо, regnum Nabatæum, cujus regia erat Petra haud procul à Kades, Aretæ III. qui Herodem tetrarcham aliquando vicerat (f) & Damascum per præfectum regebat, (g) aliquas etiam urbes Judaicas tenens. Si quis per *mundum* noluerit Palæstinam intelligi, ei adversabuntur multa, primo οἰκουμένην sæpius notare Palæstinam, (h) deinceps nullo in loco Sphæricam tellurem oculis simul usurpari posse, & in montem adscensum esse, ut inde oculis, non solo animo prospiceretur, quantum acies oculorum & terræ figura ferebant. Deus vero nos deducat in æternam sedem promissam, quam nunc fide sublati eminus prospicimus. Deus esto oculi nostri meta & finis, ne diabolo succumbamus.

VII.

(dd) 2. Chron. XX. 2. Ez. XLVII. 19. Joseph. *Ant.* IX. 1. Hieronymus T. IV. f. 94. D. *ed. Froben.*

(e) In hac *Bibl.* Cl. VIII. Fasc. I. Art. I. §. 17.

(f) Jos. *Ant.* XVIII. 7.

(g) 2. Cor. XI. 32.

(h) Sal. Glassius in *Rhetorica sacra Tract.* I. c. 16. p. 451. seu edit. Amstelod. p. 923. conf. Rom. IV. 13. & Targum in Num. XXIII. 13.

Digitized by Google

IX.

Epistola
Annæ Mariæ SCHURMANNIÆ,
ad
SAM. RACHELIUM,
Prof. Juris Kilonienſem, (a)

ἀνεκδοτος.

Reverendo Viro Domino
Samueli RACHELIO,
S. P. D.
Anna Maria a SCHURMANN.

AGe, Vir Summe Reverende, ac humaniſſime, ac ſi qua Dei dona & bona uſpiam invenias, ea ipſo largigitore omnium ad eum ſolum glorificandum ſimpliciter & amanter intueri & deprædicare perge, ſiquidem libenter laudat, qui amat. Quin imo

(a) Αυτογραφον hujus epiſtolae etiam nunc aſſervatur in Muſeo magnifici MUHLII, quem inter ornamenta ſua præcipua numerat communis urbs patria Brema.

Digitized by Google

ut & illa cœlestis veritatis lumina easque divini amoris scintillas, quas in animis nostris accendit divina benignitas, quasque dissimulare ingrati non possumus, ne negligere velis vehementer Te, si opus esset, rogarem, quo nihil ponderis ac pretii sui in spirituali nostro commercio amittant. Gaudeo quod quædam Tibi in nostris scriptis placeant, gaudeo etiam ea quæ Tibi displicuere, Te candide aperuisse, nostramque explicationem ampliorem desiderasse, cum non solum me sed & fidelissimum nostræ ecclesiæ pastorem D. Yvon ad hoc paratum invenias. Placuisse Tibi inter alia dicis ea, quæ ego de Terminis Philosophicis sub initium mei libelli differui, sed propter Philosoph. & Sophistas eos ex parte addiscendos censes. Cui sententiæ nihil opponere velim, si quis Academica exercitia hoc corruptissimo seculo fovenda evicerit. Ego vero nullum vidi hactenus, qui per disputationes non solum philosophicas sed & Theologicas vere ad Deum ejusq; veritatem tem sit conversus. Memini istius dicti Thomæ Aquinatis: Religionem non solum fide teneri, sed & ratione defendi. At qualis illa defensio est nisi mere humana? Quando autem omnis scientia, quæ ratiocinationibus innititur, simplicique intelligentiæ justorum opponitur, tenebrosa & impura est (cum revera post hominis lapsum in humano cerebro nascatur) eoque

Digitized by Google

invalida est ad ejusdem naturæ sophismata, quæ ut hydræ capita resecta illico repullulant, prorsus opprimenda, ad nudas potius veritates Christi discipulis confugiendum existimamus, quæ in lumine Dei propositæ ac receptæ, ita ejus amatores amabili suo splendore circumfulgent, ut iis resistere nec possint nec velint. De amicis vero errorum juxta ac sophismatum credo me satis mentem meam in mea ἐυκλήρια explicuisse. Scribis præterea Te librum Domini *Yvonis* perlegisse. Tibique probari video, quod beviter & accurate refutaverit Anthoniam, * sed non æque placide à Te recepta ea, quæ de divina prædestinatione luci exposuit, quæ Tibi ἐυκληρίας visa sunt. Quod ego minime mirata sum, cum Te contrariam sententiam quasi cum lacte matris Tuæ imbibisse animo arbitrer, eamque Te assidue, ut amabilem, in pectore Tuo fovisse, omnique ope confirmare nixum, non dubitem, quæ quantam vim habeant ad ejus oppposita rejicienda in Pontificiis aliisque passim experimur. Sed ego Te per nudæ veritatis amorem, quæ suos filios ab omnibus errorum & tenebrarum vinculis etiam fortissimis liberare potest, amanter & obnixe rogo, ut hanc epistolam dilecti nostri fratris ac Pastoris Domini Yvonis utpote ex amore puro & ardenti zelo divinæ gloriæ summi Regis & Domini Dominorum profectam coram ipso re-

* Bourignoniam.

Digitized by Google

remoto omni præconcepto judicio & affectu nude ac simpliciter intueri ac perpendere velis. Res enim hic agitur maximi momenti. Agitur de supremo & absoluto Dei dominio in omnes creaturas, quas ex nihilo creavit. Agitur de liberrima ac sanctissima ejus voluntate, de ejus decreto & præscientia immutabili an mutabili? De primitate Entis unice necessarii quæstio est, an independens sit; & an ab aliqua re aut causa extra se terminari debeat aut possit? An hominem propter hominem an vero propter se ipsum fecerit? De quibus & similibus Dei attributis plura in meo jam nominato libello, sed alia occasione attigi. Unum tantum hic addam de necessitate nempe abnegationis nostri ipsius & omnium creaturarum, quæ uti a Servatore mundi electi justissime ab omnibus ejus discipulis exigitur, ita hæc sola doctrinam de æterna, Dei prædestinatione creaturarum ad certum finem illis dulcem ac salutarem reddere potest. Justissime abnegationem nostri a nobis requiri dixi, quia non tantum Christus illam vult ac jubet, quod omnem injustitiæ suspitionem removet, sed & eam justissimam esse ex oppositia injustitia lapsus Adami manifestum est. Omnes in primo nostro parente Dominum & Deum nostrum, ejusque absolutum in nos imperium rejecimus & abnegavimus. Nostri ipsorum, non

Dei

Dei noſtri eſſe voluimus, cum nos ipſos in Deum noſtrum ſinguli erexímus. Antequam vero per ejus ſpiritum regeneramur, in eadem rebellione perſiſtimus, amplectentes eandem infidelitatem & apoſtaſiam. Unde juſtiſſimum eſſe palam eſt, ut per viam contrarii ad Deum noſtrum revertamur, atque jugum & regnum noſtræ rationis ac ſuperbiæ ſimulque perverſi noſtri ipſius amoris penitus excutiamus atque abnegemus, niſi noſtri ipſorum noſtriq; Dii & veri Dei hoſtes, quales ſunt omnes non vere converſi, permanere velimus, idque nobis æquum ac juſtum videatur. Dixeram porro abnegationem omnium creaturarum ſolum aptam & efficacem eſſe ad prædeſtinationis doctrinam ejusque certitudinem nobis ſalutarem ac amabilem efficiendam, ſiquidem ipſi ſincere renunciemus creaturis. Nam fieri nequit, quin ii qui hoc Chriſti mandatum fideliter exequuntur, in ejus famulos & aſſeclas ab ipſo recipiantur, unde eorum ſalutis certitudo ipſis nota & certa fit. Vult enim ille optimus & benigniſſimus Dominus, ut ubi ipſe, ibi & ſint ejus ſervi, utque conſpiciant ejus gloriam. Et in hac vita, ubi cor aliquod ab idololatria creaturarum vacuum eſt, ibi Deus ipſe omniſufficiens ſolium occupat & adimplet. Sin autem noſtræ ſalutis certitudo a vertiginoſo noſtro cerebro aut a mutabili noſtra volun-

tate penderet, actum esset, non solum de nostra salute, sed & de divina præscientia atque immutabilitate voluntatis Dei, ideoque nos omnes curas nostras in Deum devolvimus, & per ejus gratiam abnegationi omnium navamus operam, quandoquidem eam Christus dux & consummator fidei ut primum in via salutis gradum tantopere commendavit. Eo certe ejus discipulis veniendum, ut Dei gloriam ejusque divinam voluntatem semper optimam omnium creaturarum felicitati anteponant, ac causam supremi Domini contra omnes, ejus adversarios, imo contra se ipsos, sicubi ipsi non sunt conformes, fideliter fortiterque agant. Serviamus illi alacriter ac humiliter, & ipse erit merces nostra magna. Amamus unice & intime unicum illud summumque bonum & nobis licebit esse securis, quod sui amorem non detrudet in infernum, nec sollicitis de salute inimicorum Dei, qui cum ipsa bonitas ac justitia essentialis sit, perinde ac ipsa misericordia & clementia, nemini faciet injuriam. At objiciet forte aliquis: Annon & nobis nostræ & proximi salutis cura demandata est? Respondebo, minime ut eam curemus nostri causa, ex amore potius creaturæ quam creatoris, aut ut per nostras curas ac vires eam nobis & aliis procuremus, cum non solum ejus eventus & media pendeant a gratia Dei, quæ in omnibus

bus illius momentis nos prævenire debet, ut acti agamus & moti moveamur ad vel minimum bonum operandum. Deum solum esse causam primam & primum motorem, ut & causam finalem, qui omnia liberrime decernit, præscit & exequitur, olim epistola ad D. Beverovicium probare variis etiam Ethnicorum dictis conata sum, eo successu, ut vir ille doctus, qui de Termino vitæ moverat quæstionem, ac Remonstrantissimo adhærebat, se vi veritatis convictum publico responso testaretur. Sed & pro hac nostra sententia tot tantaque ex sola S. Scriptura adferre possem testimonia, ut in librum integrum excresceret hoc epistolium, si id mihi hic proposuissem. De cura salutis proximi, ut hoc addam, scimus eam non alia ratione promovendam, quam juxta cujusque vocationem ac media a Deo ordinata. Adhortemur omnes omni occasione, quam nobis offert divina providentia, ut arma injustitiæ deponant, contra suum Regem naturalem assumta, suam culpam agnoscant, seseque justissimo ejus imperio subjiciant, ipsique conversi alios convertere studeamus, nostro inprimis exemplo, juxta præceptum Domini Jesu: Ita splendeat lux vestra coram hominibus, ut videant bona opera vestra & glorificent patrem vestrum qui est in cœlis. Eventus vero omnium qui in manu Dei sunt, ipsius divino consilio & arbitrio permittamus. Redeo ad Tuas literas, in

 Google qui-

quibus mihi præprimis arrident, quæ impietatem Anthoniæ condemnant & benignitatem dulciſſimi Salvatoris noſtri ega pœnitentes peccatores extollunt. Omnes enim omnium mortalium, imo omnium angelorum linguæ non ſatis digne & abunde decantare poſſunt infinitas ejus laudes. Hoc tantum ex caritate fideli te monitum velim, ne ſtatim pro vero pœnitente habeas unumquemque, qui doleat de aliquo peccato, ſi nullum vincat vel ſubigat. Nam vera ac viva pœnitentia eſt ipſa nova vita, atque a gratia Chriſti juſtificante & ſanctificante provenit. Ea vero regnum peccati in nobis deſtruit, quamvis ejus reliquiæ in fidelibus remaneant, ad illorum humiliationem & exercitationem virtutis militaris Chriſtianorum, quæ certe cum hoſte ſui Regis non colludit. Increduli omnes atque impœnitentes in primo Adamo ante ejus reſtitutionem per ſecundum Adamum a Deo ſpectantur, atque ejusdem culpæ rei reputantur, cum extra fidem vivam in Chriſtum unicum mediatorem novi fœderis non detur juſtitia, nec ſalus quicquid contrarium ſtatuat vel Anthonia, vel perverſus creaturæ rebellis amor adverſus hanc ſanctam atque in ſacris literis revelatam veritatem. Fideles autem ſuam iniquitatem & Chriſti Salvatoris juſtitiam atque omniſufficientiam conſpicientes ſibi perditis peccatoribus re-

Digitized by Google

renunciant ac Jesum sese offerentem amplectuntur in suum Regem, Doctorem & sacerdotem, ipsique se animo pariter ac corpore donant, eique ut capiti suo uniuntur, unde ejus spiritu novo & renovante animantur & reguntur, Christique Dei filii imagini fiunt conformes juxta divinam prædestinationem. Rom. VIII. 29. tantum abest ut sub regno peccati maneant ac Jesum faciant ministrum peccati, suæque concupiscentiæ vel brutalis vel spiritualis. Hinc porro formas objectionem adversus mea verba: Quod salvandi ad notitiam Dei & adimpletionem ejus voluntatis perveniant, his reclamare inquiens, ut videtur, dictum Apostolicum: Ei qui non operatur, sed credit in eum, qui justificat impium, imputatur fides ad justitiam. Respondeo, ut in meis præcedentibus attigi, non justificari impium operantem, sed ut operetur, nimirum salutem suam, cum timore & tremore, quia Deus est qui in nobis operatur & ipsum velle & ipsum perficere, ut idem ait Apostolus. Non excludit opera a possessione vitæ æternæ consequendæ, sed a primis justificationis momentis, quæ in filio Dei per imputationem satisfactionis Christi, ejusque meriti extra hominem electum facta est, ac deinde tempore præstituto cum infusione spiritus fidei isti peccatori justificato applicatur in solio ipsius conscientiæ. Voluntatem Dei a justifica-

Digitized by Google

ficatis adimpleri dixi, nempe eam, quam in ejus verbo, in rerum eventu statuque fidelium revelat, quam illi ex animo in omnibus & ubique adamant, quæve ut ipsius Christi, eorum cibus & potus est. Omnem autem scrupulum apparentis contradictionis verborum Christi & Pauli nobis auferre poterit diversi eorum scopi consideratio. Huic enim propositū fuit explicare modum justificationis mundi electi in capite & sponsore ejus, ut liquet ex constanti hujus Apostoli doctrina, quam hic & alibi proponit, uti 2. ad Cor. cap. 5. ad Ephes. 1. 4. ubi nos electos Deoque reconciliatos in Christo per remissionem peccatorum luce clarius ostendit, eum autem in finem, ut glorificetur mera Dei gratia & mediatoris N. T. benignitas & omnimoda sufficientia ad salvandos suos fœderatos. Christi autem dicta Matth. 5. & 7. eo tendunt, ut suos auditores, præsertim vero suas oves, quas illi pater cœlestis dedit, ut bono pastori ac doctori, doceat, non satis esse ad intrandum in vitam gratiæ, & gloriæ ut ejus vocem audiant, nisi illius mentem assequantur, eamque sequantur per portam & viam angustam, nimirum seipsos abnegando, crucem suam tollendo ac quotidie pœnitendo, ejusque vestigiis insistendo, eoque summus doctor characterem sive signum certum proponere voluit, unde discerni debent vani, ac fatui auditores verbi

Digitized by Google

bi divini a prudentibus ac ſalutariter audientibus. Succinctius rem dicam: Paulus quippe ſtatum exponit juſtificatorum coram Deo, rationemque & modum juſtificationis, Chriſtus vero indicat propria & effecta juſtificatorum poſt eorum converſionem, qui nimirum non tantum audiunt, ſed & faciunt voluntatem Domini.

Adjicis deinde Chriſtum ejusque Apoſtolos peccatorem vel maximum, qui ſcelus agnoverit & de eo doluerit ſerio, non ſine dulciſſimo ſolatio a ſe dimiſiſſe, Deique reconciliatione triſtes animos exhilaraſſe. Quibus ex animo aſſentior, ſi quis ſcilicet doluerit ſerio, non ut paſſim ſolent fures, ob pœnam aut ſui commodi cauſa, ſed ut converſa peccatrix Luc. 7. quæ ſuam pœnitentiam fuiſſe ſeriam ac veram eo probavit, quod multum dilexit ob remiſſionem multorum peccatorum, ut teſtatur ipſe Salvator. Serio dolent de ſuis peccatis, qui ſincere oderunt pecata, ideo quod ſanctiſſimus Deus illa unice odio habet, quodve ignominia afficiant patrem cœleſtem, dum illi, qui illius filios ſeſe eſſe jactitant, concupiſcentiam ſuam divino ejus amori, ejusque nominis glorificationi præferunt; qui autem vitiis ſuis indulgent, neque illa pro juratis ſuis hoſtibus habent, inprimis poſtquam eorum aſſultibus ſuccubuere turpiter, ii certe nulla conſolatione tranquillari, ſed po-

Digitized by Google

potius perturbari debent, quo ad odium peccati irreconciliabile incitari queant. Video Te ex caritate quadam universali omnibus tuis auditoribus adferre velle consolationem: sed nostra caritas superare non debet caritatem ac misericordiam Dei, patris omnium consolationum ac miserationum 2. Cor. 1. neque extendi eam par est usque ad hostes summi nostri Regis Jesu Christi, dum illi arma injustitiæ deponere nolunt. Imo crudelem esse dicam eam caritatem, quæ vulneri gravissimo ac sanioso nihil præter malagmata aut cutem reducentia emplastra applicat, etsi vulnerato esset gratissima. Annon tamen, inquies, solatio corroborandi infirmi, etiam si per imbecillitatem aliquoties patiantur recidivam? Concedo, sed videndum, ne quis infirmitatis nomine obvelet regnum & potentiam peccati, cum privilegium Christianorum sit, armis Dei se contra hostes, quorum maximus est quisque sibi, munire ac virtute Christi vincere mundum tam in nobis, quam extra nos. Lapsus varios sanctis etiam in hac vita posse accidere non diffitemur, eoque Anthoniæ dictis, quibus perfectionem legalem aut justitiæ Christi parem hoc est omnibus numeris & gradibus perfectam urget, minime subscribimus, sed & ejus superbiam ac vanitatem, qua se in matrem credentium (non dicam si Diis placet, hoc enim non satis

pure

Digitized by Google

pure & Christiane dicerem) arroganter erigit, jure merito tecum explodimus. Quod autem & tibi in quibusdam non assentimur, æquo feres animo, uti etiam id Te facturum satis ex Tuis litteris perspectum habeo. Concludis enim præter mentem meam ex antecedentibus de lege amoris totam fere litem, qua re a consequenda salute lex tota excludetur, dirimi posse, cum ego tamen non excluserim opera & effecta divini amoris a consequenda salute, sed tantum a justificatione peccatoris in tribunali Dei. Nunquam enim justificationem cum consecutione salutis, uti nec decretum Dei cum ejus executione confundi velim. Subjicis, quod ego non pariter ac Anthonia in mores imperfectos perfectis moribus Christi, nedum tetrica legis tyrannide sæviam. Et revera in credentes peccantes cum mox peccata sua commissa agnoscant, detestentur & emendent, nullo modo sæviendum est. Verum si illi & nos in illorum peccata (ut eadem phrasi utar) sæviamus, non improbandum puto. Peccatum semper & ubique peccatum est atque infernalis serpentis semen ac progenies, adeoque animarum venenum nocentissimum, quod si naturam divinam, cujus omnes Dei filios participes factos docet S. Petrus, in nobis separaret, nos secum in infernum, unde originem duxit, infallibiliter raperet. Quid igitur in eo mali sit, si illud, ut veteris hominis opus, destruere in fidelibus ani-

Digitized by Google

nitamur, novumque hominem a communi illo ac mortali ejus inimico liberare ac juvare contendamus. Eo certe nos ducit S. Scriptura, quia is fructus & effectus nostræ crucifixionis factæ cum Christo Jesu, quod corpus peccati in nobis destruatur, ne amplius serviamus peccato, ut hoc inprimis inter alia inculcat Apostolus Rom. 6. Qud autem legis postulatum vocas tetricam tyrannidem, silentio præterire non possum, cum profecto lex non tyrannica sit, sed justa, rigida quidem ejus transgressoribus & hostibus, sed amica justificatis ac regenitis. Lex Dei vera, quæ quoad ejus essentiam intimam est ipsa sanctissimi creatoris voluntas, jubens ut peccator sese abneget, nil præter Deum vel contra Deum amet, cunctaque ex animo integroque affectu peragat, non excluditur, ut dictum est, a consequenda possessione salutis, sed ejus adimpletio, quoad summam rei, sive quod idem est, dilectio Dei sincera introitum in domum supernam patris cœlestis antecedit, non autem justificationem, cujus causa nunquam esse potest. Etsi enim aliquis semper sancte post suam conversionem viveret, non solum non esset justus propria sua justitia (cum Christus esset ejus sanctificatio, quandoquidem ejus spiritus per effusionem caritatis divinæ in corde ejus illam produceret) sed reus semper esset censendus ob antecedentia

Digitized by Google

ta subsequentem deleri non possunt, eo quod singulis momentis, quicquid facimus, Deo omni jure debetur, tantum abest, ut justificari per nostra opera promereremur, servi inutiles, ac jus ad regnum Dei per ea proprie consequeremur. Unde palam est quod æternæ mortis rei permaneamus, si Deus pro meritis, non Christi Jesu, sed nostris nobiscum agere velit juxta fulmen legis maledicens omnibus, qui non permanent in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, ut ista faciant. Ad tua verba, tantum abest, ut salus æterna accepta ferri possit operibus legis, ut excludi debeat omnino. Hoc iterum observo, quod salutis consecutionem & justificationem confundant, ideoque cum Paulus ab hac opera legis excludit, eum etiam eadem ab ista excludere statuunt: at si, ut æquum est, duo ista discernerentur, nulla plane esset difficultas. Opera quæ lex sub maledictionis pœna præcipit, externe Judæorum carnalium more peracta non sunt causa justificationis hominis coram Deo, sed nec ea ipsa, quorum Spiritus Christi in sanctis justificatis origo ac principium est. Etenim donum fidei (quod opus Dei in nobis est, quodve nos in Deum & Christum transfert, cum nos utique vinculis ipsis extrahit) illa omnia manifeste præcedit, cumque nos totos tradit Christo, ita ut non amplius nostri sed ejus simus, omnia

Digitized by Google

noſtra tum juſtitiam, tum ſanctitatem, tum & ſalutem ab eo expectemus, virtute efficit, ut Chriſtus etiam revera noſter, noſtraque juſtitia fiat. Unit enim nos illi tanquam membra capiti, ac proinde quicquid habemus ambo, protinus commune evadit, nec tantum peccata noſtra miſeriæque ac pœnæ, quas incurrimus, Chriſto imputatæ & propriæ fiunt, ſed & corpus, anima, vita, tempus & æternitas noſtra ipſi per fidem conſecrantur. Viciſſim quæcunque Chriſtus habet, per illam communionem & unionem, quam cum ipſo habemus, per fidem noſtra re ipſa redduntur, inprimis ejus juſtitia, quæ toti ejus corpori membrisque ſingulis, ac ſi ejus eſſent, maxime propria, imputantur, hincque jure per fidem juſtificari dicimur & fides ipſa ad juſtitiam imputatur, non per quandam acceptilationem, aut in locum perfectæ obedientiæ ſurrogationem (ut putant Sociniani, & ex parte Remonſtrantes) nec quoniam fides ipſa idem prorſus eſt quod Jeſus Chriſtus juſtitia noſtra (ut ii qui Enthuſiaſtæ audiunt paſſim ſtatuunt, S. Paulo non obſcure contradicentes, qui per fidem Chriſtum in nobis habitare ſatis diſtincte dicit) nec tandem quia fides ſit propria hominis electis juſtitia, qua coram Dei judicio perſiſtere poſſit impavidus. Verum ei ad juſtitiam imputari ideo dicitur, quod Deus reapſe ac plane juſtifi-

cet

Digitized by Google

cet credentem, & quoniam fidei juſtificantis natura, excellentia ac vis ad juſtificandum conſiſtit in illo indiſſolubili vinculo, quo cum Chriſto juſtitia noſtra connexa eſt, in illa relatione quam ad ipſum conſtanter habet. Jeſum enim non ſolum reſpicit, ad eum tendit, nosque ducit & cum illo conjungit, ſed & ipſum amplectitur, in corda adducit ac introducit, utique eum habitare facit, ita ut nobis loco omnis juſtitiæ propriæ abunde ſufficiat, cum Chriſtum ipſum nobis præbeat, nec præter eam pater etiam quicquam ad nos injuſtos abſolvendos, juſtosq; actu & in ſolio conſcientiæ declarandos exigat vel expectet. Unde palam fit quam pure juſtificatio noſtra a mera Dei miſericordia & a Chriſto Jeſu Sponſore noſtro in univerſum pendeat. Præterea inde liquet, quomodo fidem juſtificationemq; ſequantur opera, etſi revera præcedant actualem ſalutis noſtræ conſecutionem. Ea enim, ut teſtatur Apoſtolus, præparavit Deus, ut iis incederemus. Addam inſuper ad plenam Paulinæ & noſtræ ſententiæ expoſitionem, quod cum S. Paulus opera, quæ lex imperat in totum eliminare videtur, duo tantum clare intendat. Primo opera omnia, quæ Judæus, qua Judæus, per cognitionem legis edere poteſt, eſſe ad juſtificationem, imo ſanctificationem & ſalutem prorſus inutilia & noxia, cum ipſa ſint peccata non ex fide, ſed ex ignorantia ſui & ſuperbia propriarum virium, præ-

Digitized by Google

sumtione cujusdam meriti iisdem affixi, perversa existimatione & justificationis coram Deo propter ipsa exspectatione tumida profluentia. Impure itaque fiebant, cum ex fide & Christi spiritu convertente ac regenerante non procederent, & iis non plena erant, nec perfectam legi præstabant obedientiam, unde maledictionem, quam ipsa minatur iis, qui illam perfecte non servant, istos Judæos cum omnibus irregenitis revera incurrisse B. Paulo & Christianis palam est, eaque ratione Apostolus opera Judaica, quæ lex tum moralis tum ceremonialis jusserat, utique contemnit & non solum a justificatione, sed & a toto salutis negotio rejicit. Secundum, quod vult probare ac demonstrare Apostolus, est ipsa opera sanctorum per Spiritum S. peracta & legi divinæ tam morali quam ceremoniali conformia, non esse causam eorum justificationis, sed ejus potius effectum. Idque ex Abrahamo confirmat, exemplum ex circumcisione & illustriore ejus opere, puta Isaaci sacrificio ducens. Istud enim & illa fidei laudationem (quam cum justificatione conjunctam esse evincit) non præcefferunt, sed manifeste subsecuta sunt. Hisce ergo Judæos de Abrahamo per opera sua vel per externum legis sigillum, ut falso prætendebant, justificato gloriantes, potenter convincit, prosternit, de iisque in glo-

riam

riam gratiæ DEI CHRISTI per fidem acquisiti ac possessi triumphat. Quod autem ex mente Apostoli colligi posse autumas hanc conclusionem, quod hisce verbis exprimis: Plane ut velit docere, si quid angat nos, quod secundum temperamentorum, quae exserunt se in nobis, diversitatem minus quam alii servire valeamus, adeo ut in vitiis aliis nos, in aliis alii reperiantur infirmiores, de eo non debere esse usque adeo sollicitos, ut in desperationis casses delabi ideo velimus, &c. non possum tibi suffragari. Qua ratione enim, Vir Reverende, temperamentorum diversitatem ad imminuenda peccata vel operum non necessitatem ad justificationem statuendam asseras, non satis assequi valeo. De iis nihil utique dicit Apostolus, nec sanctificationis curam sanctamque solicitudinem eorum obtento praetextu abjicere Christianos ulla ratione docet, sed e contrario salutem ipsis operandam cum timore ac tremore, quodque sine sanctitate nemo videbit Deum, alibi fortiter affirmat. Subnectis, qui enim non operetur, hoc est, non ita perfecte operatur, uti condeceat ei, si credat in eum, qui justificat impium, imputari peregrinam illam justitiam. Non operari simpliciter sumitur apud Apostolum, nec ulla ratione significat ei perfecte operari. Et quamvis verum sit, perfectam obedientiam non re-

Digitized by Google

quiri ad justificationem, imo nec ad sanctificationem & possessionem salutis consequendam, unde ad desperationem non redigimus eos, qui perfecte non operantur, tamen omnes justificatos sancte incedere ac DEO digne vivere oportere, jure & merito cum Christo ejusque Apostolo pronunciamus. Istam Apostoli doctrinam plenam esse dicis solatii, verum addis, Salvator alioqui vere consolator, istic (nempe Matth. 5. & 7.) quidem solari non videtur. Mihi autem valde mirum est, quod solatium ex Apostoli dogmate de justificatione percepe-ris, nullum vero ex doctrina Salvatoris de sanctificationis necessitate, cum nihil mihi videatur amabilius quam per inviolabilia summi doctoris documenta discere, omnes ejus sinceros discipulos puros esse corde, eosque sequentes optimum ducem JESUM illlustres sanctitatis semitas ingredi ac premere constanter. At rationes affers, cur minus solatii invenias in verbis Christi Matth. 5. quod scilicet nullam de imputanda justitia sua faciat mentionem. Concedo Christum non loqui de sua imputata justitia iisdem verbis, quibus utitur Apostolus, dicam tamen primo cum v. 17. asserit, se venisse, ut legem adimpleret perfecte, ejusque præceptis, mandatis, ceremoniis, imo maledictioni se subjiceret, perspicuum esse, eum reipsa docuisse, se præcipue in mundum

Digitized by Google

veniſſe ad noſtras prævaricationes obedientia contraria obliterandas. Secundo addam, etſi JESUS hic loci de juſtitia ſua ſuis imputanda nihil omnino diceret, hoc tamen Apoſtoli verbis non adverſari poſſe, nec imminuere eam conſolationem, quam ex ſingulis Chriſti verbis percipiunt veri fideles. Dogma enim ſanctificationis ſalubertimum illud juſtificationis neutiquam invertit & infirmat. Pergis, inquiens, Chriſtus obſervationi legis ſuæ tanquam petræ Chriſtianismum ſuperſtruit & omnia operibus videtur tribuere. Primum certiſſimum eſt. Non enim qui audit, ſed qui facit voluntatem ejus ſalvus erit & juſtificatum ſe eſſe clare demonſtrat ac probat. Alterum nequaquam ſequitur. Tantum opera ſancta & a ſpiritu atque amore divino proficiſcentia tanquam Chriſtianis omnino neceſſaria inculcat Servator, eaque pro illorum notis certiſſimis habenda ſtatuit. Ut enim absque ſanctitate nulla eſt ſalus, ita absque operibus bonis nullus eſt ex mente Chriſti patens & explicatus Chriſtianismus, nec etiam ex mente Pauli, qui ſanctificationis neceſſitatem fortiter confirmat epiſtola ad Romanos, præſertim altera ejus parte. Clarum itaque eſſe puto, quomodo ex apparenti illorum contradictione nos extricare valeamus. Affers deinde occaſione fidei efficacis Abrahami quæſtiunculam: an ſi quis Chriſtianus mili-

Digitized by Google

militans tanta fide non polleat, totam ætatem ideo cogitare debeat, se non esse electum, idque annon prædestinationis signum sit? Respondeo primo non agi in quæstione de veritate fidei, de ejus gradu, sed essentia, propriis & fructibus vivis ac sinceris. Deinde neminem, nisi forte se reum sciret blasphemiæ in Spiritum S. se non electum esse pro certo statuere posse aut debere palam est, sed nec quenquam certum esse de sua prædestinatione ad salutem absque sanctitate vitæ non fucata extra controversiam ponimus. Proponis præterea dicta Apostolica, tum B. Pauli, cum B. Joannis, quibus dogma de prædestinatione particulari singulorum hominum enervare conaris, sed illa carissimo nostro Pastori Domino Yvoni explicanda relinquo. Duo tantum notissima personalis prædestinationis exempla Esavi scilicet & Jacobi, nec non Pauli & Judæ Ischariot, utriusque status, menti Tuæ subjiciam, quæ revera omne contradicendi desiderium ab animo humili ac docili ad audiendam mentem & efficacem veritatem S. Scripturæ protinus tollendum abunde sufficere putem. Sed hoc in transitu dictum sit. Asseris porro juxta sententiam S. Pauli Eph. 1. DEUM nos elegisse, nempe ante jacta mundi fundamenta, ut ibidem ipse addit, nimirum in Christo. Unde concludis: Quicunque igitur in Christum credit, electum

Digitized by Google

dum se esse sciat. Omnino tibi assentior. Verum pergis. Si qui igitur ex Christianis (professione scilicet) ad infernum abeant, te non credere, eos ad id esse destinatos, sed quia in Christum non crediderunt. Fateor hanc eorum incredulitatem causam esse eorum damnationis, sed eorum incredulitatem causam esse præscientiæ ac voluntatis DEI fortiter negamus, cum voluntas DEI, quæ idem est quod DEUS volens, sit causa absolute prima, quæ nunquam aut nusquam fieri potest causa secunda, aut a creatura ut ab objecto extra Deum terminari, sed sic iterum confunditur decretum DEI cum ejus executione. Objicis denique, si tu ita concionarere, ut D. Yvon in suo libello, auditores tuos se in quævis peccata præcipitaturos, prætexentes DEUM ita voluisse: ad quæ ipsum DEI servum solide responsurum arbitror; hoc tantum addam, contrariam esse praxin nostrae ecclesiæ, quæ primo doctrinam Christi de abnegatione sui & omnium creaturarum, quas comparate ad Deum pro nihilo habet, amanter ac humiliter imbibit ac per gratiam Spiritus Christi ad vivam praxin applicuit. Et postquam Deum esse Ens summum, unice necessarium, essentialiter bonum, sanctum, justum, liberrimum, sibique omnisufficiens juxta ac sapientissimum & potentissimum cognoverunt singuli, se parvi facere atque omnis gratiæ indi-

Digitized by Google

gnos propter primi parentis & propriam
ſuam in tantum & ejusmodi Deum rebellio-
nem condemnare didicerunt. Unde ſpon-
te fluit, quod DEI voluntatem omnis juſti-
tiæ normam ac cauſam eſſe credant, eamque
non cadere ſub eorum examen aut tribunal
ſubmiſſe & ſincere agnoſcant, omniaque ſua
bona quæ reipſa DEI ſunt, tum temporalia,
tum æterna, non minus quam ſe ipſos totos
DEO ſuo conſecrent dedicentque ejusque
manibus optimis fidant ac ſecure remittant,
ipſi vero hoc unum agentes, ut cum omni
fidelitate ac humilitate voluntatem Domini
ſui exequantur ejusque conſilio inſerviant.
Imo omnem ſuam gloriam omneque ſuum
gaudium in eo conſtituunt, ut fideles ſervi
Chriſti ejusque gloriæ amatores ac miniſtri
inveniri queant, cum non dubitent, quia
Deus, ut antea dixi, nonniſi optima velle
poteſt nonniſi optima eſſe omnia, quæ ab
æterno de ſe aliisque decrevit. Quin & vo-
luntatem DEI ſanctiſſimam ac liberrimam a
voluntate creaturæ mobili ac perverſa pen-
dere ac determinari divina ejus majeſtate
indigniſſimum eſſe plene ac firmiter per-
ſuaſi ſunt, juxta Scripturæ effata, quæ DEI
conſilium ſtare afferunt, & nominatim il-
lud Apoſtoli: Solidum fundamentum DEI
ſtat &c. abſcedat qui profitetur nomen
Chriſti. Sic noſtrates volentes quod Deus
vult & ipſi ſemper optima volunt, & quia

glo-

Digitized by Google

gloriam DEI supra omnia volunt, optimum omnium finem, quem DEUS ipse sibi unice proponit & assequitur, & ipsi certissime consequuntur. Hic vero status exoptatissimus nemini mortalium nisi per gratiam & operationem singulariſſimam Spiritus Christi procuratur, ideoque per eandem Te rogo, Vir Summe Reverende, ut ejus veritati ne resistas, neque ad exceptiones & ratiunculas humanas ac vanas te convertas, sed si ejus clementia Tibi cor aperit, ut adtendas ad ejus dictamina intus & Scripturam S. foris, DEO nostro dès gloriam, quod te totum vicerit sibique plane subjecerit. Et tum de tua salute te certum esse jubebo, postquam scilicet eam & tua omnia DEO consecraveris ejusque voluntatem amaveris unice ac sincere in omnibus, quæ Tibi tum per verbum ac spiritum ejus, tum per ejus providentiam ac gubernationem rerum sanctissimam revelabit. Mitto tibi hosce versiculos, qui in quodam doctrinæ Augustini compendio inveniuntur, mihique semper sancti & amabiles visi sunt, ut inprimis juvenis dicta juveni Nicolao Nicolai, omnibusque Tuis, si Tibi placeat, impertias, quo Deum suum supra propriam suam salutem vel a prima juventa amare discant, ejusque divina consilia reverenter habeant, & humili corde adorent ac glorificent. Quod si Tibi grata est, ut scribis, nostra munificentia, tibique grati

Digitized by Google

& fructuosi sint libri, quos tibi dono misimus, tu alteram liberalitatis partem, quæ in accipiendo consistit, adimpleas, pluresque a nobis recipias, si eos quos elegeris Tibi legendos nobis verbulo significare non dedigneris. Miror eo prolixitatis excreviſſe meam epistolam, sed hoc inde factum, quod mihi plane persuasum habui, Te tuam, ex sincero veri bonique amore concepisse atque exaraviſſe, cui nostra non minus candide & libere respondet. Vale in Domino, Vir Reverende & Amice cum Tuis omnibus.

Altonæ XVIII. Kal. Jun.
1675.

X.

Elogium
Philippi OUZEELII(a)
Theologi Francofurtani
propter Oderam.

NOmen OUSEELIANVM ab Anno aeræ Christianæ 1067. quo Guilielmus Conquæstor cum manu nobilium, quorum Catalogum Andreas du Chesne ad calcem Scriptorum Histo-

(a) Conscriptum hoc est a Viro Cl. Nicolao WESTER-

Digitized by Google

Historiæ Normannorum antiquorum exhibet, in Angliam trajecit, in plerisque Annalibus, ut ex Thuano, Mezerayo, Camdeno aliisque patet, maximiorum Principum gestis inseritur, extant etiam vitæ Antonii & Vidi Loiſellorum Parisiis 1643. Latine, & Antonii Gallice etiam in limine opusculorum ibidem 1653. ab ejus ex filia nepote separatim edita, prætereaque jac. Oiſelii (b) JC.

STERMANNO, cive meo, & a primis prætextæ annis commilitone, qui nunc in Academia Marchica literas elegantiores magna nominis sui cum laude docet. Invitati eo fuere Proceres civesque Universitatis ad comitandum defuncti Viri funus, Typis quoque exscriptus exstat sermo funebris, quem Ouzelii collega, celeberrimus Vir Diderícus Sigfridus *Claesenius* in memoriam defuncti d. 30. Apr. a. 1724. habuit. T. d. H.

(b) Jacobus OIZELIUS, in lucem editus est Gedani d. 4. Maji a. 1631. A Patre commerciis tractandis destinatus missus est in Belgicam, ut iis artibus se daret, quibus ad exercendam mercaturam olim redderetur instructior. Ea fini annos aliquot Harlemi, Lugduni Batavorum, Amstaelodami transegit. At, cum erectior ejus indoles ad literarum studia persequenda eum incitaret, quantum reliqua negotia permittebant, recitationibus Professorum G. J. VOSSII, Arn. SENGUERDII, Jani KLENCKII interfuit sedulò, donec a Patre suo veniam impetraret, ut rediret ad Musas sibi suavissimas. Et sic a. 1650. Leidam abiit, quae tum Cl. SALMASIUM Dan. HEINSIUM, Hadr. HEREBORDIUM, Joh. RAJUM, M. Zuerium Boxhornium, A. THYSIUM,

Digitized by Google

JC. & Polyhistoris eximii, ab ejusdem per annos sexdecim Collega, Cl. Joh. Mensinga, Eloq.

UM, Lambertum BARLAEUM; Jac. GOLIUM; immortalis famae Viros fovebat. Hoc anno C. 1652. aetatis 21. edidit Minutium Felicem, CHRISTINAE Augustae inscriptum cum suis & aliorum animadversionibus. Postquam deinde juri discendo operam dedisset in Academiis Ultrajectina, ac Lugdunensi, atque in hac Laurea Doctorali ornatus esset, trajecit A. 1655. in Angliam, & inde in Gallias. Italiam deinde adire constituerat, sed cum pestilenti sidere illa tum adflata esset, substitit Genevae, & hinc altero per Gallias & Anglium suscepto itinere rediit ad Batavos A. 1657. & inter illos Leidae, Hagae Comitum, Ultrajecti tempus suum partitus est ad An. 1567. quo se a proceribus Academiae Groninganae ad suscipiendam *professionem Juris publici ac gentium* promoveri passus est. Uxorem nunquam duxit. Extinctus est hydrope die XX. Junii A. 1686. aet. 55. Parentavit illi publice elegantissima oratione Joh. MENSINGA, Collega ejus, ex qua haec excerpere placuit, impressa Groningae 1686. in majori forma. Cujus Viri cum memini, non possum non mirari, neminem esse, qui ejus carminibus sparsim editis uno collectis fasce literarium orbem donet. Ejus enim illa sunt elegantiae, ejus leporis, ut id sane, si quae alia, commereantur. Ut exungue leonem, addam epitaphium, quod manibus Otzelianis sacravit Mensinga.

Quem gremio excepit Gedanum de matre cadentem,
Fistula, qua lato spumeus ore rait,
Occidit hic cunis longe divisus & urna
Fivela qua Grunios permeat amnis agros.
Clarus avis, & mansuris in saecula chartis,
OISELIVS *patriae laus, cathedraeque decus.*
Quid mirum est, procul à cunis si clauditur urna?
Respondet famae nobilis umbra suae. T. d. H.

Digitized by Google

Eloq. Professore in Groningensi Academia, erudito Panegyrico d. XX. Aug. 1686. concelebrata: nunc postquam extremus fulgor clarissimi nominis Maxime Reverendus atque Excellentissimus Vir PHILIPPVS OUSEEL Med. & Theol. Doctor hujusque Facultatis Professor Pub. Ordinarius Celeberrimus, itemque Ecclesiæ Reform. Pastor ordinarius & Scholæ Regiæ Fridericianæ Curator, proxime d. XII. Jul. vitæ hujus scenam liquit, triste documentum diffluentis in vanum mortalium spei, etiam longo spatio tot sæculorum assertæ, denuo hic casus præbuit. Nam ne quem turbet Gallicæ vocis *l' Oysel*, quæ aviculam denotat, varia in Latinum sonum flexio, quam vel unus Cujacius Loiselum, Loiselium, Loiselum, Oiselum, alii Oselium vel Oiselum, uti Brissonius & Arnold. Pontaeus, Lipsius Oiselum, Lud. Carrio Oiselium, ipse Antonius Loisel modo Oiselum, modo Oiselium se vocat, quod ipsum etiam Jacobo Polyhistori, nostro autem Ouseel placebat, omnia hæc nomina vel unum potius in Latino sermone tot formas passum, ad istam Gallicæ stirpis gentem refertur, & cum nostro nunc velut avicula e memoriis litterarum avolat: quod enim Dantisci supereſt nominis, mercimonia & quæstum sequitur. In hoc ipso autem Prussiæ emporio percelebri & opulento editus fuit in auras luminis etiam beatus

tus Collega noſter, in qua urbe præterea lucem conſpexiſſe novimus Cluverios, Hevelios, Keckermannos, aliosque magno numero viros inſignes meritis & eruditione: quod conſtat ex Andreæ Charitii de eruditis Gedanenſibus commentatione A. 1715. edita, in qua tamen OUSEELIANVM nomen non apparet, quum tamen & JACOBVS in campo Honoris veteranus eſſet, & PHILIPPVS noſter jam A. 1709. erudita diſſertat. de Lepra cutis Hebræorum lauream in Medicina conſecutus ſit, & A. 1714. Accentuationem Hebræorum metricam, Lugduni in Batavis in luce Muſarum publicatam, cum eruditis jam communicaſſet. Annus erat a partu B. Virginis 1671. d. VII. Octob. quo effuſus eſt in lucem Patre Michaële Ouſeel, Matre Eſthera van Huyſteen, fortunis & honeſtate ornatiſſimis parentibus, qui exemplo majorum, ex quo Gallia excedere ob perſecutionem coacti ſunt Ouſeelii, commercia magnaria ſectati ſunt. Avus fuit Philippus Ouſeel, primus ſeſſor Dantiſcanus, cujus nomen geſſit noſter, qui cum Lugduni in Batavis natus eſſet, adulta ætate ad peregrinandum animum adjecerat, in primis Galliam inviſens, illuſtrium Ouſeeliorum ſolum natale, inde Germaniam permenſus Dantiſco non modo vinculo mercium, ſed etiam amorum adhæſit, quos conjunxit cum Maria le Noir, elegantiſſima virgine, Johannis Negotiatoris magnarii

Digitized by Google

gnarii florentis & copiosi ibidem, ex Flandria tumultuosis temporibus Dantiscum compulsi filia, cum qua perblando matrimonio innexus multos annos vixit, & in quinque filiis duabusque filiabus, Jacobum (c) Professorem Groninganum, & Michaëlem nostri Professoris Patrem procreavit, qui soli duo Professorii nominis, ex gente olim quidem ingeniis fœta & legationibus Principum splendenti, sed

(c) Hujus JACOBI scripta, quae ad notitiam meam pervenerunt haec sunt, MINUTII FELICIS *Octavius* cum integris omnium notis ac commentariis novaque recensione *Jacobi* OUZELII, cujus & accedunt animadversiones. Lugd. Bat. 1652. 4. & iterum 1672. 8.

Disputatio inauguralis de *Obligatione*, Lugd. Batav. 1654. 4.

Gaji (antiquissimi JCti) institutionum fragmenta sua notis perpetuis, accedit inpper *Aniani* epitome, Lugd. B. 1658. 8.

A. Gellii noctes Atticae cum Antonii Thysii, Ouzelii & variorum commentariis, cui subjunctus est index scriptorum a Gellio allegatorum, Lugd. B. 1666. 8.

Thesaurus selectorum Numismatum antiquorum, cum singulorum succincta descriptione & accurata enarratione. Amst. 1677. 4. Est commentarius in illos nummos, quos in libro *Potentia Romana* (Roomsche Mogentheid) dicto cudi curaverat Joachimus *Oudaan*. Judicium de hoc libro vide in Ahselmi *Banduri* Bibliotheca Nummaria ed. Fabricianae p. 82. Ubi tamen corrige, cum a. 1687. mortuus, ejusque Bibliotheca a. 1688. distracta dicitur. Illud enim a. 1686. huc 1687. factum est. Neque inter Belgas pag. 229. adeo commode repertur. Sed haec leviuscula sunt. T. de H.

Digitized by Google

sed deinde ob pacem conscientiæ impeditam extorri & ad mercaturam delata, ingenii copiis quæstum posthabuerunt. Proavus Jacobus Oisel uxorem habuit Gelynam van Peene, ex Flandria ortam, Abavus Andreas Oisel Margaretæ la Motthe notissimæ gentis Gallicæ matrimonio illigatus, primus in Flandriam migravit, quicquid vasorum & abundantis patrimonii sui secum auferre potuit, colligens & in mercimonio locans. In pari vitæ genere versati sunt materni majores, Arnoldus van Huysteen, qui ex Anna Bailly, nostri Matrem proseminaverat, & Proavus Collegæ nostri Sibrandus van Huysteen, cujus mater familias dicta fuit Elisabetha Willems. Postquam igitur in tenera ætate matrem dulcissimam amiserat, incidit tamen in curas alterius matris potius, quam novercæ Mariæ Turkeniæ, honestissimæ ornatissimæque feminæ, quam pater ipsius ad tutelam familiæ felici voto tori sociam sibi iterum adsciverat. Sexennis admodum erat noster eo tempore, deditus etiam ultra morem huic novellæ matri, quæ exemplo eum erudiebat pietatis & virtutis, hauriebatque avide præcepta morum & doctrinæ, ut fratribus suis, qui unius anni ætatibus inter se distincti erant, primus natu prælucere posset. Michaël pater autem eum ob acre ingenium, cujus rudimenta apparebant, & quod caput novæ stirpis esset, exemplo Jacobi primo genit

Digitized by Google

geniti fratris Musis destinaverat, sed destinatum urgere non poterat fatis impeditus. Quippe A. 1684. dum integro sanoque corpore d. XIX. Decemb. mane domo exit, circa meridiem redux, in publico gravi apoplexia correptus concidit: unde confestim sensu omni exutus, & loquela privatus, paucis horis post diem suum obiit. Inde secutis quasi inflicta studiis ipsius, in bonum tamen vergere videbatur, quod spes unica Jacobus patruus, cœlibem vitam agens, in animo habebat, eum aliquando ad se vocare, cui etiam copiosissimam bibliothecam suam destinarat, imo unicum heredem suum testamento scribere, eumque quasi pro filio adoptare: quod cum omnibus votis peteret patruus, irritæ tamen fuere preces, postquam & hic biennio post d. XX. Jun. quintum & quinquagesimum annum agens, rebus mortalium excessit, & voto immaturo spem nostri destituit. Hinc volutatus per varias manus a semel instituta studiorum via tamen non recessit, genio suo obsecutus, aerumnosam tamen institutionem expertus, cujus tædium posito sibi ob oculos patrui fulgore & studiorum præmio dispunxit. In patria mox depositis tirocinii rudimentis Bremam convolavit, Alersii in primis opera in Hebræis litteris usus, Schwelingii in Philosophicis, (quo præside etiam publice disputavit.) Hasæi in Theologicis. Inde anhelans

Digitized by Google

majora A. 1691. Groningam, hinc Franekeram, Leidam properavit, magnosque ibi & celebres viros sectatus est, diligenterque audivit, eorum famam cum ingenio contulit, quidque vulgo eximeret viros claros, assecutus est. Theologicam doctrinam ut unico habebat cordi, ita ad alia quoque divertebat, radicibus inniti studiorum florem debere ratus, unde præter elegantes artes, quarum studium haud perfunctorie contriverat, linguis in primis eruditis operam dedit, quæ deinceps in Orientalibus acquievit. Franekeræ Rhenferdio præside de Redemtione Marcosiorum & Heracleonitarum disputavit, cui doctissimo viro eruditus comes a latere erat, Braunio etiam Groningæ adsuevérat, & ex familiaritatibus doctorum, quibus Belgium abundat, thesaurum sibi scientiarum congesserat, sparsum genus doctrinæ & hiulcum odio habens, & fundamento semel acto ordinem sequens, cui per omnia sic deditus erat, ut aliquibus nimium videretur. Ipsum tamen instituti sui nunquam pœnituit, sed tantas opes celeriter in litteris sibi acquisiverat, ut de Britanniæ secessu cogitaret, ecquid ibi supplementorum copiis suis adjicere posset. Itaque A. 1697. mare transiit, salutavitque ingenia Britannicæ nationis, quorum acumen miratus & linguæ facultatem consecutus est, quo ex usu & consuetudine eorum majorem fructum caperet: abdidit se

Digitized by Google

se in bibliothecas, eruditos congressus celebravit, persuasumque habuit, non alium opportuniorem locum gravioribus Musis ingenio confingi posse, quam istam ipsam oram maris, in qua æmula Naturæ Musa peculium sibi constituisset. Hinc saturatus mellis Aonii liquore, vel potius fontibus illis, qui poëti inspirationem faciunt litterariam, ut eleganter loquitur Solinus, A. 1698. domum reversus est, & homiliis pro concione recitandis operam dedit, in quibus cum aliquamdiu vehementissime se exercuisset, & tamen sedes quietas fata nondum, interponente se ambitu, aperirent, A. 1706. denuo Belgium petivit, & Lugd. in Bat. ocello Theol. & Philolog. sacram avidæ talium juventuti tradidit, privatoque studio lucem quibusdam obscuris intulit, Musarumque filiis nobilitatis in litteris appetendæ salivam movit, mechanicas naturas aversatus, & qui in aliorum tantum ingenio habitarent. Ipse tamen & Medicinæ studium libans, ita ejus amore correptus fuit, ut se immitteret penitius, & post diurnam nocturnamque aliquot annorum operam strenua diligentia eo pervasit, ut summos in ea honores non tam exspectare, quam admittere vellet. Unde A. 1709. d. XIIX. Jul. in Franeckerana Academia de lepra cutis Hebræorum erudite disputavit, pro morboque gravissimo, minime autem letali, nec ullo modo contagioso, incurabili

Digitized by Google

tamen, habuit, ac licet Tacitus cum scabie suilla contulisset hunc morbum, quæ etiam caussa sit quamobrem eo animali abstineant Judæi, sicut etiam Medici quidam recentiores carnem suillam favere lepræ infirmis valde rationibus contendunt, quod tamen Hebræis hæc ratio ignota esset, eam prætervectus ex sanguine corrupto & stagnante potius praeter caussam moralem fontem mali derivavit. Ex hoc Viri ingenium æstimet lector, quod rapax fuit & ardenti impetu, ut simplici facultate unius studii non acquiesceret, sed grassari mallet etiam in aliena latifundia, si tamen aliena dicenda sunt, quæ ipse sanctissimus Servator & Apostoli virique Apostolici optimo publico, initiis Ecclesiæ N. T. exercuerunt: qui quidem licet miraculis claruerint, quis tamen viro talium exemplorum memori dicam scribat, si quod in ultimum tempus rejectis nunc non licet, ut corpora simul & animas curens istius rei subsidium ab arte petere voluerit. Hæsit tamen & in reliquis accurata industria, in primis postquam A. 1711. Germanorum ecclesiæ Leidensi pastor præfectus est, ubi pertinaci opera erudita quædam meletemata procudit, quibus famam sibi apud eruditissimos homines circumposuit. Nempe uti Hebraeæ linguæ mirabili flagrabat amore, omniaque conquirebat, quæ ejus sensus explanarent, curam ipsius adverterant

Digitized by Google

rant notulæ distinctionum, quarum vim si penitus perspectam haberet, id tibi usu venturum putabat, quod ei qui in vulgaribus linguis recte interpungeret, ex quo sæpe sensum impeditis & obscuris locis oriri meminerat. Itaque ut tanto magis studiosos ad hujus rei indagationem concitaret, suam facere visus est controversiam inter maximos in Orientali Philologia viros agitatam, de origine horum apicum, quam uterque Buxtorfius cum Rabbinis divinam agnoscunt, Capellus autem & Morinus & Waltonus cum uno Elia Levita, recentiore & XVI. sæculi Judæo novitatis postulant. Noster ergo in ancipiti bivio constitutus maluit Buxtorfianas partes cum nonnullis Germanis sequi, quia videbatur ipsi illa opinio tutior & religiosior, altera autem contentioni ingenii, tametsi eruditæ magis favere: quis autem revera hunc nodum solvet? quis etiam utra opinio salubrior sit humanæ genti, in isto sæpe studio præfervidi ingenii modestia prostrata, & ex altera parte in torpore humano, ubi nihil studio niti licet, explicabit? Quare cum primitiæ Leidenses, Introductio in accentuationem Hebræorum metricam A. 1714. in vulgus prolata esset, eruditissimi Theologi illius Academiæ laudarunt Ouselii nostri eruditionem atque industriam, diligentiam indefessam atque enixum de re litteraria bene merendi studi-

Digitized by Google

um, a controversia ipsa tamen temperarunt, in rebus hujusmodi ad Philologiam spectantibus suo quemque sensu abundare passi: quid sententiæ autem de ista opera tulerint ceteri in Belgio clarissimi in hac facultate viri Fr. Burmannus Amstelodami, Had. Relandus Trajecti Batavorum & C. Vitringa Franeckeræ, malumus ipsorum verbis dici, quorum integras epistolas calci annectemus. Pari modestia versati sunt Leidenses sequenti Anno in censendo altero Tractatu de Accentuatione Hebræorum prosaïca, quando gratulantur eruditissimo amicissimoque Auctori novum hoc eximiæ eruditionis suæ & in litteris Hebraicis peritiæ singularis, ac simul stupendæ diligentiæ publicum specimen, de ingenti tamen accentuum horum apparatu, eorundemque ratione vera ac omni, in præsenti non ferunt judicium, persuasum nihilominus habentes, doctrinæ de iis accuratissime ab auctore descriptæ prudentem usum, multum facere posse ad pleniorem facilioremque divini Codicis Hebraici intelligentiam adsequendam. Hæc vel ideo subjicere visum fuit, ne juventus nostra putet, contentionem artis, etiam in rebus non omnium puncta ferentibus, improbabilem esse, si ingenio ad eam rapiare. Semper enim industria ignaviam infamat, si intellectui perficiendo incumbat,

&

Digitized by Google

& ad errorem tollendum finem institutionis sequatur: quæ si etiam verbum Dei & antiquitatis scrinia illustret, tum vero pecudis est, non hominis litterarum cupidi, actum potius agere, quam nobilitate ingenii niti, ut ex actis agenda eruas. Itaque sic postquam suffragia tulerat eruditionis & industriæ omnium, qui de ingeniis judicare poterant, tetigit iis animum memoria hujus Viri, qui in aula valebant aliquid, Regique nostro Potentissimo ejus doctrinam post Holtzfussii obitum commendarunt, fuitque adeo A. 1717. Regiis litteris ad nos huc loci evocatus ad capessendam Professoris Theol. & Pastoris Reformati provinciam. Quarum utramque rite suscepit, gravi etiam oratione ad Academicos habita de verbo Dei, ornavitque non tantum ingenio, sed etiam honestate & fide. Modico illo tempore, quod apud nos egit, disputavit aliquoties, in primis de Decalogo, de cujus divisione & aliis huc spectantibus reconditas hypotheses sibi formaverat, aliaque haud vulgaria parturiebat, quorum etiam lineamenta ducta videmus, sed spes hæ omnes nunc, postquam eruditum os conticuit, conciderunt. (d) Matrimonium iniit A. 1719. cum

(d) Opuscula ab eo edita sunt sequentia; *De lepra cutis* Ebræorum; Diss. inauguralis Franequeræ 1709.

De

Digitized by Google

Nobilissima, Ornatissimaque Virgine Anna Christiana Ringia, quæ dulci & jucunda copula animum ejus tenuit, multaque quæ in Leidensi mora præ Viadrinis nostris ipsum deliniverant, abunde suffecit: sed nunc animi anxia jacet, enecta propemodum vigiliis & curis exemplum istud conjugalis fidei, exiguaque in spe trahit animam, quam bo-

De *Accentuatione* Hebraeorum *metrica* tractatus Lugd. B. 1714.

De *Accentuatione* Hebraeorum *prosaica*; Lugd. B. 1715. 4.

De *Auctore* Decalogi diss. duae: Francof. ad V. 1717. & 1718. 4.

De *Decalogo soli Israeli dato* diss. tres Francof. 1719.

De *natura* decalogi; dissert. duae; H. lb. 1723. 4.

De *nominibus* Decalogi. Francof. 1717. 4.

De *Denario regni cœlorum* s. Parabola Matth. XX: 1-16. diss. *duae*; lb. 1720. & 1723.

Sed plura longe affecta habuit. Audiamus Cl. *Claessenium* in Orat. funebri. *Major pars commentationis decalogicae, quae in scriniis ejus literariis latitat, debinc edenda est, digna tota quae edatur de quo labore τῶ Μακαρίτε postumo multum sibi gratulabitur respublica literaria. Vivit etiam defunctus noster in illis scriptis, quae jam parata sunt, ut eliperlum subire possint, quaeque tanto sunt numero, ut aliquot majoris formae volumina, & quasdam omnigenae eruditionis pandectas conficere possint.* Ultinam M. R. Claessenius exorari se patiatur, ut editiones eorum in se suscipiat. Sane non minus de Manibus Viri eximii, quam de omnibus Philologiam sacram curantibus egregie esset meriturus.

T. d. H.

Digitized by Google

bonitati divinæ etiam atq; etiam commendamus. Improle tamen fuit hoc fœdus, & tantum animi bonis fœcundum, dum conjux conjugem ita devinxerat, ut semper desiderio absentis afficeretur alter. Erat noster Vir perpaucorum hominum, amicis tamen deditissimus, quibus se communicabat plane non modo consilio, sed etiam re, ut tali amico privatus largam dolendi lugendique materiam habiturus videare. Domi erat sobrie elegans, nec morose religiosus, sed comprimebat omnem speciem & splendorem, malebatque esse, quam videri, Theologus. In congressibus moderatus & lenis, ut etiam duriusculos conciliaret sibi, quorum tamen non appetebat familiaritates, sed capiebatur facilibus naturis & inigenua fide, etiamsi alia consuetudinis invitamenta abessent. Ingenia æstimabat non ex garritu, sed ex nisu ad altiora, putabatque, nisi ex tuo ad arcem eruditionis exornandam aliquid contulisses, infelicem operam in studio posuisse. Quid enim illa millies repetita, inquiebat, sibi volunt, nisi ut pro solidis cibis contrita tantum alieno ore sumas? unde etiam fastidium in litteris nunc oriri, haud vane augurabatur. In Collegiis urgebat studium linguarum, & moram trahebat in fundamentis, donec videret, non modo quo impetus ingenii duceret, sed etiam, quo favor inclinaret, ut reliqua

Digitized by Google

qua usu potius & exercitatione, quam intentione mentis & ingenii firmo muro imponeres. In Ecclesia prius docebat vita, quam oratione, officiaque Christiani celebrabat nulla affectatione aut ambitu, nullo etiam lenocinio verborum, sed rebus malebat inhærere, quam verbis, contentionemque addubat animo parem, sed corpusculo ejus nimiam, ut etiam extrema sibi festinasse nimio concionandi labore nonnullis videretur. Ita sui negligens & alieni commodi promotor, consilio amicorum tamen hortensi studio nonnihil vacabat, quod etiam salubertimum corpori experiebatur, & æstivis diebus in suburbano vel libris vel amicis horulam impendebat, floscul is ibi magis intentus, quam in sermonibus suis. Legebat tamen & Livium ibi, Curtium, Columellam aut alium rei rusticæ auctorem, quibus libris alebat non tam otium, quam stilum, quo utebatur gravi & digno re Theologica. De illustri genere suo sapiebat modice, nihil inflatus ista fortunæ illecebra, quam multi hoc tempore magno redimerent, iste in minimis putabat, cumque aliquando Henrici Clusinii Oiselli, quem Thuanus i citat lib. 85. ad A. 1582. Romæ Oratorem Regium, & Mezeravus inter cetera amplissima elogia appellat *Henry de Clurin Sr. d'Oiselet, Conseiller d'Etat, homme de plume & de epée*, qui præter Romam etiam in

in Hiſpania & Germania legatum egerat, meminiſſet, nihil inanibus motus eſt, ſed profeſſionem ſacri ſtudii, qua ſolus omnium Ouſeeliorum inſignitus eſſet, his gloriolis multum præferebat. Valetudinis erat languidæ & irritabilis valde ad omnem injuriam venti coelive, quod tamen magis ille ſentiebat, quam alii obſervabant: imo ſæpe pro ſuggeſto dixit, cum alii ſe lecto daturi fuiſſent. Ex ſedentaria vita collegerat pravos humores, qui deinceps ſe in ſudores ſolverant ſtatos & nocturnos, & in vitio viſcerum abdominis colliquativos, & ita complures menſes corpuſculum exederant, ut ſæpe numero languores ſentiret. Ex his lenta febris viſceralis orta cum aſthmate ſicco & ſub finem oſtendit ſe mictus cruentus: quæ ſymptomata omnia tandem in diarrhoeam colliquativam cum ægri interitu terminabantur, qui ſequebatur nudius quintus inter 9. & 10. matutinas horas, *& quæ ſequuntur* P. P. d.

16. Aprilis a. 1724.

Digitized by Google

X.

FR. BURMANNI, F. HADR. RELANDI, & C. VITRINGAE, ad Phil. OUSEELIUM, Epistolæ.

Viro Doctissimo, Plurimum Reverendo,

PHILIPPO OUSEEL,

S. P. D. FR. BURMANNUS.

MUltum me beasti, mi Ouseli, munere literario, sane quam utilissimo & elaboratissimo. Uno spiritu, simul ac accepi, avidissime perlegi. Miratus sum Herculeum laborem, quem in perquirendis & digerendis omnibus minutiis sustinuisti, &, si quid video, feliciter superasti. Methodum vero, qua Distinctionum gradus singulos disponis, non possum non probare, & Wasmuthiana, cui me assueveram, multo commodiorem invenio. Multum nos progressos puto in eruendo & limando Spiritus S. sensu, quum is sem-

Digitized by Google

semper multo pregnantior exeat & concinnior, & Accentus Duces sequamur. Feci ejus rei periculum in multis Psalmis, & vix uspiam cespitare coactus sum. Id unum vero, quod pace tua dixerim, in Tabulis tuis expertus sum incommodi, quod, quum adscriptum non esset, in qua voce hærerent distinctivi quique minores, quotove loco a majori, cujus imperio subsunt, abesse cogantur, quæve sit ratio cur alii conjunctivi aliis locis adhiberentur, continuo mihi ad ipsas Regulas recurrendum esset, si quid horum scire desiderarem. Itaque statim mihi has Tabulas, quas Psalterio meo allevi, conficiendas putavi, id quod jam olim in Wasmuthiana Methodo feceram. Harum ope, uno statim intuitu patet, quo loco quoque casu tum Distinctivi omnes tum Conjunctivi adhiberi queant; ut nunquam ad ipsas regulas regresse opus sit. Eas ad Te mitto, jam in usum, ut vides, redactas, ut videas an ad mentem tuam singula expresserim. De quo quid sentias, fac me quam primum certiorem, ubi eas remittes. In Conjunctivis aliquam videor quandoque discrepantiam reperisse, ut fere dubitem, an tantum duæ, non plures voces, per conjunctivos cum suo Distinctivo conjungi queant; sæpe enim tres voces tam arcte inter se cohærere visæ sunt, ut ubi divellendæ sint vix invenias. Id quod in Minimis præcipue obtinet. At de his accuratius cogitandum puto. Forte etiam Conjunctivi alii præter eos, quos accuratissime enotasti, occurrunt. Et me-

Digitized by Google

memini me inter legendum aliquos notasse. Hos duos certe nusquam reperire in ulla tuarum Regularum potui. Ut, in Ditione Munach Munachati *de quo pag. 88. ubi in 3. V. (id est 3. Voce) habes* Mahpach, *vel cum, vel sine Psik, reperi etiam in eadem voce 3.* Munach Psikatum, *Ps. LXXVIII. v. 24.* וימטר עליהם מן

Et in ditione tz Schalschelet, *p. 95. pro servo munach adhibitum reperi* Merca, *Ps. LXXXIX. 2.* לדר ודר

Hac vespera etiam e sacris domum reversus Minimum alium a tuo reperisse videor, nempe Merca *voce 3, in ditione tz* Pazer, *ad Pag. 92. 93. Ps. XC. 10.* בהם שבעים שנה

Id vero in primis rogatum velim, an inveniri putes rationem posse, cur hi accentus potius quam alii adhibeantur, prout a Distinctivo longius propiusve absint, aut ipsi Distinctivi syllabarum quantitate laborent, aut ne laborent. Id etiam sæpe mecum quæsivi, cur Metrici Accentus tantum in Libris אמת *adhibeantur, quum in aliis Canticis, ut puta, Mosis, Deboræ, quin & in iisdem Psalmis, qui libris Prosaicis sunt inserti, nusquam compareant. Tu forte hæc & plura alia, meus alter Oedipus, facillime expedies, Vale, Vir Doctissime, & me, ut facis, ama. Rev. Collegas, quos mihi notos putas, ut & Clar. Professores, meo nomine diligenter saluta. D. Amst. A. D. IX. Kal. Mart. cIↃ IↃ cc XIV.*

Viro

Viro Reverendo atque Eruditissimo,

PHILIPPO OUSEEL,

HADRIANUS RELANDUS S.

Diu est quod amaverim probaverimque ardorem illum animi tui singularem quo te ferri videbam ad illustrandas literas nostras. Lætatus quoque sum vehementer quum te urbs vicina sibi vindicavit, & te hoc agere rescirem ut doctrina accentuum novo lumine perfunderetur. Nunc ipsum opus mittis quod mihi sane est gratissimum, & quod signum sit amoris tui, & quod fructum inde rediturum uberrimum non dubitem ad rem publicam literariam. Videris mihi magna cura atque industria perfecisse quod constitueras, & quamvis per singula ire mihi non licuerit per negotia quibus distrahor, tamen ea qua legi, faciunt ut te horter maximo opere, ut prosaicam quoque accentuationem magno animo adgrediaris, Deumque rogem ut perficias. Vale, Vir Eruditissime & me ama. Trajecti Batavorum. a. d. IV. Mart. cIↃ IↃ c c XIV.

Pl. Reverendo Doctissimoque Viro,

PHILIPPO OUSEELIO,

Symmystæ & Fratri in Domino Conjunctissimo,

S. D. C. VITRINGA.

Introductionem tuam ad accentuationem Hebræorum metricam cum humanissimis literis

Digitized by Google

tuis ante hasce hebdomadas, lubens gratusque a tua manu accepi, Vir Clarissime. Avide inspexi in librum tuum, cujus exspectatio me ab aliqua tempore tenuerat; evolvi, & quatenus e re mea erat, legi; & consideravi quoque Tabulam Accentuationis Orationis solutæ, quam libro tuo, alterius tractatus præludium, adjunxisti. Eram autem jam tum paratus judicium meum de hoc tuo opere ad te perscribere: sed cum propediem mihi nascituram viderem occasionem commodissimam, qua responsoria mea ad te transferrentur; & ego mihi, ut res est, persuaderem te neque de voluntate in te mea, neque de judicio æquo, dubitandi habere rationem: si earet tibi cura fuerit: responsum huc usque distuli. Certe feciſti operæ pretium, mi Ouseli, in argumento utilissimo docte ac perite versatus. Quod ad utilitatem tuæ commentationis attinet: nihil hic a te dissideo, licet accentibus Hebræorum eandem non tribuam originem antiquitatemque, quam iis vindicare niteris in erudita tua Præfatione. Masoretkarum enim omnis labor & cura circa Scripturam S. antiqui Fœderis tum punctis vocalibus instruendam, tum in cola & semicola minutasque partes alias distinguendam, a me in magno habetur pretio. Fuerunt docti & sapientes Viri quocunque etiam tempore vixerint, & in hoc negotium studium suum impenderint. Sed ipsum hoc operosissimum & accuratissimum studium in tot & tam diversi generis notulis concinnandis, & singulis membris vel moris

n lectione orationis observandis, tanta subtilitate distinguendis, & in tot scindendis partes, alieniſſimum videtur à more antiquorum temporum, quibus neceſſaria etiam diſtinctionum præcepta a gentibus etiam cultioribus in ſcribendo neglecta ſunt. Otioſorum hominum, Grammatice doctorum, & in Scriptura S. lectione, meditatione, & intellectu literali præclare exercitorum, hic videtur fuiſſe labor. Græci & Latini, quando tandem accentibus uti inceperunt, illi quidem tribus, hi quatuor notulis omni diſtinguendæ orationis officio ſe rite defungi exiſtimarunt; & verum eſt, eas hic poſſe ſufficere. Sed Maſorethæ quanto ἀκριβεστερον hoc opus exequuti ſunt, quantaque diligentia majore, & quidem diſtinctionem orationis differentibus ſignis adſtringendo in oratione ſoluta ac ligata? Nec tamen id ſcribo, ut te a ſententia tua abducam; ſed ut meam ne ignorares; cetera erga hunc laborem ſapientium antiquorum concorde tecum ſenſu. Commentatio autem tua me valde delectavit, quod præcepta tua de Accentibus, eorumque diſtinctionibus, & ſubdiſtinctionibus, uſuq; gemino tam perſpicue, dilucide & accurate digeſſeris, ut haud dubie plus luminis affuderis huic materiæ, quam quante te in ea elaborarunt. Quare omnino te hortor, ut conſilium de Accentuatione Proſaica, cujus jam exhibuiſti tabulam & ſpecimen optimum, quanto ocyus, pro commodo tuo, exequaris; nihil ambigens, quin hoc ipſo rem literariam inſigni merito tibi ſis obſtricturus. Tantum

Digitized by Google

desideravi in opere tuo unum caput, quod utilitatem accuratæ & subtilis accentuationis Masorethicæ demonstret & exemplis illustret. Miranturr, qui accentuationem Hebræorum expendunt, cur illi subinde & sæpius subjecta a prædicatis suis, vel etiam ab adjunctis suis, distinguant, ibique moram nos facere aliquam jubeant, ubi nulla facienda videtur. Erat autem illud demonstrandum ex aliquibus speciminibus, illos id nunquam agere absque ratione summa & emphasi: ut vere non agunt. De quo, si sic videatur, cogitabis. Ipse jam de eo monuisti in Præfatione, & forte id posteriori parti operis reservasti. Vellem etiam, ut ubi sententiæ Latinæ Hebræis subjiciuntur, quantum pote, id fiat ad imitationem accentuationis Hebrææ: quod in plerisque, non in omnibus, te observasse video. Sunt enim sententiæ quæ per commata tantum Latini usus distinguuntur, ubi majores distinctivi occurrunt in Hebræa oratione. Altingii quoque quod nullam viderem fieri mentionem inter eos, qui hoc studium cum laude excoluerunt, (etsi Notularum Vocalium doctrinam magis illustrarit, quam accentualem) miratus, sed ob ipsam illam rationem, miratus desii. De usu accentuum musico, si non fallor, nihil distincte meminerunt: & meo quidem judicio, recte. Lectio enim Hebræorum, qualis in Synagogis instituitur, est quædam cantillatio, ad quam, si rite fiat, instituta est & composita accentuatio. Ergo quid restat, quam ut tibi pro accuratissimo hoc munere, simul pro summa, qua in me usus

usus es & alias uti soles humanitate & affectu, summas agam grates, Deum veneratus, ut opus tuum operisque auctorem benedictione sua pro voto tuo ubertim prosequatur, Teque sic instruat sua gratia & ornet, ut longum Ecclesiæ & rei literariæ prospero rerum tuarum statu, plurimum prosis. Vale, Vir Eruditissime, & tui amantissimum ama. Scripsi Francekeræ, d. 1. April. II. clo Iocc XIV.

P. S. Qui has ad te fert, vel curat, Vir Rev. est Filius meus Campegius, jam rite defunctus examine ad Doctoratum Theologicum, si Dominus velit, suo tempore obtinendum. Moram aliquam apud Vos trahet ut gustum capiat institutionum publicarum; quem ut Tibi commendatum habeas, obnixe rogo.

Ἔρρωσο ἐν τῷ Κυρίῳ!

Digitized by Google

XI.

A. M. GÖRINGII Epistola

Testimoniorum de JOHANNA IIX. Papissa Quaternionem quatuor annorum intervallo ab Ao. 1497 - - - 1500. Romæ editorum continens.

THEODORO HASAEO Gratiam & Pacem!

REcensio Tua, Vir plurimum reverende, perrari cujusdam libri (a) quam fasciculo III. pag. 526. seq. Tom. IIX. Biblioth. Brem. inseruisti, magnam mihi non tantum creavit voluptatem, sed ansam quoque præbuit, ut has ad Te dare literas, simulque minorem Tuam propositionem pag. 530. confirmare voluerim. Duo autem continebit hæc mea epistola; quorum alterum est relatio de alio ejusdem fere temporis libro Romæ impresso; alterum

(a) Talis libri, Germanico quoque idiomate A. 1500. Romæ sub auspiciis Alexandri VI. impressi exemplar a se quoque possideri mihi nuper indicavit Theologus meritis pariter ac annis gravissimus Jo. Jac. HOTTINGERUS. T. d. H.

Digitized by Google

rum autem sunt animadversiones quædam inde factæ.

I. Auctor libri mei est in omnibus fere libris, tractatibus & dissertationibus, de Johanna IIX. Papissa agentibus citatus Stephanus *Planckius*, Patavienſis, cujus nomen magis notum est, quam liber & verba. Sed en Tibi libri mei finem:

Impressum Romæ per Magistrum Stephanum Ptanck Patavien. An. M. CCCC. XCVII. *Die vero, VI. Mensis Novembris. Sedente Alexandro VI. pontifice maximo Anno ejus sexto.*

Deest titulus libri, per cujus incuriam nescio. Quia autem partim Alexandr. VI. insignia in fronte extantia, partim contenta (e.g. de *Antiquitate & Origine Urbis Romæ*, de Romulo Regibusque sequentibus - - - De Constantini M. Baptismo, de donatione Constantini M. de Ecclesiis, reliquiis & stationibus in urbe Roma &c.) sunt eadem, quæ libri Tui Germanici inscriptio indicat pag. 526. 527. Unum eundemque esse librum arbitror; posteriores autem editiones, ut fit (& in hujusmodi libellis, qui de Mirabilibus Romæ agunt, imprimis factum est quod quatuor aliæ sed recentiores editiones quas ego possideo annis nimir. 1589. 1615. 1627. 1650. Romæ impressæ probant) paululum esse vel mutatas vel auctas vel emendatas, & quasdam a Ty-

Digitized by Google

pographis Germanicis in Germanicam linguam esse translatas..

Extant in hoc libro de Johanna IIX. Papissa plag. col. 7. verba a me hucusque nullibi secta sequentia: *Item habetur in serie pontificum Romanorum, quod Johannes Anglicus post Leonem sedit annis II. mensibus V. diebus IIII. vacavit sedes menses duo, ut asserit, femina fuit & juvenili habitu ab amasio suo Athenis, docta, in diversis scientiis tamen perfecit ut Rome tandem legeret triennium & magnos magistros discipulos haberet: nec aliquis sibi par ibidem inveniret: magnæ itaque scientiæ & opinionis: in Papam concorditer eligitur: sed in papatu per familiarem impregnatur verum tempus partus ignorans, de Sancto Petro in lateranum tendens angustiata peperit inter Coliseum & Sanctum Clementem & ibidem ut dicitur mortua fuit. Hanc viam quam Papa obliquat, dicitur a plerisque quod propter detestationem facti hoc fiat. Nec ponitur in Catalogo pontificum propter mulierum sexum quantum ad hanc difformitatem.*

Hæc sunt Planckii verba.

II. Sequuntur nunc animadversiones quædam, quarum prima est: (1.) Auctoris mei nomen a nullo, quorum scripta de Johanna IIX. ego vidi, recte scriptum esse. Ab omnibus fere, quos legi, vocatur Stephanus Blanck, ab aliis Stephanus Banck (sicut etiam

Te

Digitized by Google

Te, Vir Doctissime p. 531. seductum esse puto; quis enim omnes libros habere potest) a nullo autem Planck. Differentiam minoris essemomenti, fateor; sed cur ejus nominis literas mutare velimus, non video. (2.) majoris autem momenti est, quod secundo observandum esse puto: citasse nimirum Egbertum *Grimmium* in libro de Johanna IIX. vel *Pauselicke Heiligkeit genomen uit meer als Hondert Paapse Scribenten* &c. Vesal. 1635. 4. impresso, hunc Stephanum Blanck (rectius Planck) pag. 278. verbaque ejus adduxisse; sed Grimmium non tantum aliam hujus libri habuisse editionem A. nim. 1600. Rom. impressam, sed etiam alia & quidem prolixiora de Johan. IIX. afferre verba. Sic enim in Grimmii editione loquitur Planckius:

„Ad Sanctum Clementem, quoddam mo„nasterium - - - In eodem deinde mo„nasterio itur ad parvum quoddam sacel„lum intra Colosæum & sanctum Clemen„tem, illic collapsum situm est templum, in „quo moriebatur fœmina, quæ Papa fuerat „(NB. Hic in meæ editionis verbis supra al„latis addidit Planckius, *ut dicitur*, quasi de re dubia & incerta locutus fuisset; sed in Grimmii editione hæc omittuntur, se rem non dubiam, sed certam scribere indicans) „illa parturiebat infantem, & ab Angelo „DEI interrogabatur, an in æternum per„ire mallet, vel publice coram mundo

Digitized by Google

„ confundi? sed illa, ne in æternum percun-
„ dum foret, elegit opprobrium confusio-
„ nis. Igitur cum more papali cum omni-
„ bus Cardinalibus chorum ageret solen-
„ nem, & plurimorum hominum stipante
„ caterva enixa est fœtum juxta templum.
„ Et ibi loci adhuc recumbit saxum quod-
„ dam referens sculptam ipsius & infantis
„ ejus effigiem.

Duas itaque nunc habemus Steph. Planckii editiones latinas, alteram Rom. 1497. & alteram ibidem 1500. impress. Accedit liber Tuus Germanicus Rom. 1499. editus, quibus adjungendus est alius Germanicus libellus a Te pag 528. citatus pariterque Rom. 1500. impressus. Intervallo itaque annorum quatuor, quatuor habemus libros Romæ editos & ad minimum duos cum insignibus & privilegiis Imperatoris & Papæ Alexand. VI. (de aliis duobus enim hanc circumstantiam asserere non possum, probabiliter tamen, crederem) qui quatruplici satisque gravi testimonio de Johanna IIX. Papissa Historiam confirmant. Verborum autem in his libris mutatio, librum aliam alio reddit firmiorem. En Tibi, Vir venerande atque Doctissime, Quaternionem testimoniorum Romæ annis 1497. 1499. 1500. editorum!

(3.) Tertio quoad meam Planckii editionem tum prima tum ultima supra allata verba inprimis observanda esse puto. (a) In primis

mis verbis notanter dicit Planckius: *Item habetur in serie Pontificum - - ut asseritur fœmina fuit.* Quæ verba non oscitantem lectorem docent: Jam Ao. 1497. Romæ Johannam IIX. Papissam in serie Pontificum non tantum extitisse, sed jam tunc temporis etiam Romæ & ipsum Papam & alios hanc Historiam credidisse, imo asseruisse (i. e. adstupentibus rem sane stupendam extra aleam tamen positam affirmavisse.) Addo non credendum esse; hanc historiam quatuor annorum intervallo quartum obiter scriptam vel impressam esse, & hoc quidem non in levibus, nugatoriisque libellis, sed de rebus maxime seriis, ut de mirabilibus Romæ, de Ecclesiis, de sanctis, de reliquiis &c. agentibus; vel tunc temporis Romæ omnes omnino homines intus dormivisse, talemque historiam Sedi Apostolicæ tam criminosam susque deque habuisse: quæ omnia non contra Pontificios tantum, sed contra eorum Parasitos etiam aliorumque doctam protervitatem quidvis vel affirmandi vel negandi bene notanda sunt.

(6) Ultima autem Planckii verba: *Nec ponitur in Catalogo Pontificum propter mulierum sexum quantum ad hanc difformitatem*; nos docent: jam Ao. 1497. Johannam IIX. Papissam in quorundam Pontificum catalogo non extitisse: id quod contra aliam Pontificiorum objectionem notandum est, qui ex

Digitized by Google

ejusmodi Pontificum Catalogis, Johannam IIX. Papissam totam esse fabellam, probare conantur. (b) Quia autem jam An. 1497. 1499.

(b) Insigne adhuc de Johanna Papissa aliis in hanc rem nondum notatum testimonium exstat in Hermanni KORNERI Chronico, (de quo nuper egregie commentatus est, Clar. Jo. Henr. SEELENIUS in Selectis Literariis diss. III.) apud ECCARDUM in corpore Historico medii aevi T. II. p. 442. Ipsa verba, quod & ibi exstant, & à Doctissimo Seelenio l. c. pag. 88. repetita sunt, non adduco. Moneo tantum ab eo rationem afferri, ob quam in Catalogo Pontificum non illius injicitur mentio, cum ita scribit. *Sed sibi tempus* & locus *pontificatus non adscribitur, nec Catalogo summorum Pontificum annotatur, eo quod ob sexum femineum caracteris ordinis sacri hujuscunque capax non fuerit, nec promotionis talis dignitatis.* Quin & notanda sunt verba, quibus illam narrationem claudit; *De hac muliere tam fraudulenter Papatum intrante* HINRICUS *de* HERVORDIA *nullam in suis etatibus facit mentionem, ne forte seculares literas scientes scandalizarentur legendo talem contigisse errorem in Ecclesia DEI, qua spiritu sancto predicatur regi & dirigi a clericis & Sacerdotibus.* Ex quibus hauriri aliatim potest, quid responderi illis oporteat, qui propter omissam vel in indice Paparum vel in historicorum nonnullorum scriptis Johannae Papissae mentionem, totam de illa Historiam infitiandam esse existimant. Addo & alterum Martini le *Franc* sive *Francii* itidem saeculi XV. scriptoris, praepositi & Canonici ecclesiae Lausanensis, qui in libro *le Champion des Dames* dicto, Parisiis 1530. impresso pag. 335. non pauca de Johanna Papissa refert, ex quibus excerpta exhibet Casimirus *Oudinus* in supplementis de script. Eccles. Tom. III pag. 2464. T. d. H.

Digitized by Google

1499. 1500. (de antiquioribus enim seculis & annis nunc non loquimur) nec Papa nec alii ob quorundam Catalogorum silentium Historiam de Johanna IIX. pro fabula habuerunt, sed eam potius in aliis certe non minoris momenti scriptis & asseruerunt & commemorarunt, non video, quo jure Historiam hanc pro fabula habere nobis quis obtrudere possit? Certe, homines ante nos omnes aut stipites aut lapides fuisse, nullus nobis facile persuadebit.

Cæterum placent mihi verba Doctiss. Auctoris, iisque subscribo, quæ pag. 518. hujus Bibliothecæ lego: *Res omnis fere huc redit ad stabilienda testimonia scriptorum vetustissimorum, qui hujus Historiæ mentionem fecerunt.* Sed quod ad vetustissimorum scriptorum testimonia stabilienda spectat; sunt qui veterum testimonia partim infirmant, partim plane rejiciunt; & sunt qui in ea stabilienda omnem laborem insumserunt: & non desunt denique, qui rem in medio relinquunt. Ne patientia tua, Vir Eruditissime, abutar, multus in hujus Historiæ disquisitione esse nolo, sed concede quæso, ut dictis data hac occasione tria adhuc verba addam.

Quod istos attinet, qui veterum testimonia vel infirmant vel plane rejiciunt, non nescis, Vir Venerande, quantopere Pontificii aliique ea labefactare, fugillare atque repellere annitantur, inter quos Doctis no-

Digitized by Google

tissimus est Blondellus. Dat nobis de hujus libri fatis & materia brevem, sed lectu dignam relationem BAILE *Dictionaire Historique Critique.* Defendit inter alios Blondellum contra Maresium Anonymus quidam in libello sub Titulo: *Viri Docti Anonymi judicium de S. M. Johanna Papissa restituta Au.* 1703. 8. *sine loco.* Lectu dignus est hic libellus; sed, quod Maresium fungum, se autem hominem esse, putet Auctor, id mihi non probatur. Satis acute vidit Auctor; sed miror eum Maresii verba in libro suo de Johanna Papissa restituta pag. 323. non vidisse, in quibus Maresius testatur: Lutetiæ in Bibliotheca regia asservari hucusque MSCtum Anastasii Bibliothecarii Gregorii IV. in quo ipsemet oculis suis historiam de Johanna Papissa vidisset atque legisset. (c) Sed hic cœcutit Auctor. Mittimus itaque eum aliosque inprimis autem Pontificiorum quorundam dicacitatem scurrilem Viro erudito indignam.

Quod autem ad illos qui veterum testimonia hucusque stabiliverunt, cum Doctiss. Gisb. Voëtio sentio, in Spicilegio ad disceptationem historicam de Papissa Johanna dicente.

(c) Quae ad illum locum Anastasii pertinent prolixe discussit Casimirus OUDINUS in supplem. de Script. Eccles. T. II. p. 250. - - - 307. in diss. *de operibus Anastasii Romanae Ecclesiae Bibliothecarii.* T. d. H.

Digitized by Google

cente: *Quæstionem de hac Papissa tam abunde esse ventilatam, ut magis copia, quam inopia laborare videamur.* Addit Voetius Catalogum & negantium & affirmantium satis longum. Acta itaque agere nolumus. Cæterum lectu non indigna est Joh. Dan. ARTOPÆI Disputatio de Johanna IIX. Papissa Lipsi. 1673. habita. Hac disputatione prolixior est Rudolphi *Capelle* Doctiss. Hamburg. Historici Discursus Historicus de *Johanna IIX. Papissa*, Giess. 1655. 4. editus. (d) Sed obstinatus incredulus, quæ non respuit?

Quod ad hos denique spectet, qui rem in medio relinquere malunt, subest causa vel modestia (e) vel Sceptici ismus historicus. Sed me brevem esse oportet.

(d) Sed ipsum hunc Capellum, qui Hamburgi Eloquentiam & literas humaniores docuit, & d. 20. Apr. 1684. obiit, deinceps de ea re dubitasse, ex Testimonio viri summi, fideque dignissimi scio. T. d. H.

(e) Tutius illi sane agunt, & circumspectius. Nec me pudet in illorum numero nomen profiteri meum. Utrinque enim ea haec meditanti severius occurrunt, quae animum dubium sane atque ita ancipitem reddunt, ut paullo momento huc illuc impellatur. Certe ad ea argumenta, quae ex Chronologia, ex silentio Graecorum scriptorum, inprimis Photii, imo ex pertinaci omnium scriptorum per saecula plusquam tria silentio, (neque enim testimonium, quod sine omni dubitatione antiquius esset, productum est adhuc) afferre solent illi, qui rem omnem negandam existimant, à τοις ἐξ ἐναντίας non

Me tandem quod attinet, ingenue fateor eò me inclinare, ut veterum relationem de Johanna IIX. Papissa veram potius quam fabulosam esse credam. Minime quidem sentio, vel Protestantium salutem vel Pontificiorum interitum a sola hujus historiæ veritate aut falsitate pendere; novi etiam magnum scriptorum numerum nugis pondus non addere; & permiram, imò vix credibilem esse historiam ipse video. Illud tamen mihi probari non potest, quod ex multo incertioribus quibusdam conjecturis levibusque causis & veterum testimonia & recentiorum stabilimenta non satis examinentur, multo minus destruantur, sed pro auctoritate potius & imperio quasi vel rejiciantur, vel in ludibria vertantur, quasi sic res optime esset gesta. De levibus hanc historiam negandi quorundam causis legi potest supra citatus Rudolph. *Capelle* in Tractatu suo citato §. 4. 5. ---9. sqq. pag. 4. sqq. Sic, quoque quæstionem non decidit opinio: incredibile esse, homines tunc temporis tam bardos stupidos aut fatuos fuisse,

non plane satisfactum esse puto. Quamquam & id non dissimulare velim, non parum mihi negotium facessere, quod nulla adhuc verisimilis conjectura de Origine tam commemorabilis, tam famosae, ubique dispersae, atque ante duos annorum centenarios tantum non in omnium animis inveteratae fabulae, si fabula est, in medium producta fuit. T. d. H.

Digitized by Google

se, quin fraudem olfeciſſent. Finguntur veteres a quibusdam nunc bardi, nunc arguti, prout iis libido eſt. Bardi ſunt iis veteres, quando ſcriptis hanc hiſtoriam inſeruerunt, aſſeruerunt & affirmarunt; ſed ad fraudem ſatis acuti fuerunt, quando iis a Johanna Papiſſa egregie imponi potuiſſe, incredibile videtur hanc hiſtoriam negantibus. Surdis fabulam narrare noli.

Habes itaque, Vir Venerande, meum teſtimoniorum de Johanna Papiſſa Quaternionem (f) Hunc omni exceptione majorem qui-

(f) Subjiciam ad ea, quae hic & aliquoties de Papa femina ſpicilegii loco appoſui, par ſcriptorum, nondum editorum, quorum unum illam hiſtoriam aſſerere, alterum deſtruere voluit. Prioris auctor eſt Ill. *Leibnitius*. J. G. ECCARDUS in praefatione praemiſſa ejus collectaneis Etymologicis pag. 61. ex ejus ſcheda commemorat illum Annalibus Brunsvicenſibus, qui utinam! tandem aliquando lucem adſpicerent, inſerturum, diſſertatiunculam, inſcriptam, FLORES SPARSOS IN TUMULUM PAPISSAE, *ubi novis illatis in Hiſtoriam luminibus fabula illa explodenda ſit, quae ſolis hactenus tenebris Chronologicis ſe tuita ſit.* Alter debetur facultati Theologicae Wittenbergenſium, Johannes enim MULLERUS, Theologus quondam Hamburgenſis ſolidus, in *Anti Janſenii* ſui, oppoſiti non *Cornelio*, ſed *Nicolao* JANSENIO, Belgae, ordinis praedicatorum monacho, & ſedis Romanae miſſionario, (de quo libro vide BAILLETI *les ſatyres perſonnelles, qui portent le titre d' Anti* T. I. p. 185. ſqq.) dedicatione ſcribit *cum Nobilis quidam Pontificius Hiſtoriae de Joh. Papiſſa veritatem negaret, & quaſtio haec*

ab

Digitized by Google

quidem non habeo, non minimi tamen ad minorem Tuam propositionem confirmandam momenti esse puto. Vale.

Dabam Mindæ d. 16. Maji. 1726.

XII.

De voce obsoleta Germanica SINWEL observatio. (a)

Sinwel significat *rotundum, teres.* In Bibliis antiquis *Augustanis* 3. Reg. VII. aliquoties legitur, ubi Vulg. habet rotundum. Biblia *Tigurina* utuntur substantivo Sinwäly/reddentes 2. Chron. IIV.

ab altera parte ad Academiam Wittebergensem devolveretur, prolixam & nervosam à Rev. Collegio Theologico adornatam fuisse demonstrationem, qua illius veritas ex antiquissimis authoribus asserta sit, addit*que se illud scriptum utile & necessarium vidisse asservatum in celebri Abbatiâ Luneburgensi ad D. Michaelis,* judicatque pariter, *si labor ille optimus excuderetur Typis, id magna cum veritatis assertione, & ingenti Papatus ignominia & confusione futurum.* T. d. H.

(a) Hanc ex occasione ejus quod supra p. 534. legitur, mecum Vir Doctissimus Jo. Frid. a STADE, Ecclesiae hujus urbis Cathedralis V. D. M. communicavit. T. d. H.

Digitized by Google

IIV. 12. Die zwo Säulen mit Runde oder Sinwäly, quod Lutherus expresit: die zwo Säulen mit den Bäuchen. *Willeramus* p. 102. bis ponit adjectivum *Sinowolde*, quam vocem haud intellectam Belgicus interpres priori loco retinuit. Quare *Fr. Junius* Observat. in Will. p. 156. (b) hæc annotavit: „Nescio, quid sibi velit illud *Sinowold* in Glossis Houteni, propterea petii vocis hujus interpretationem ex Anglo-Saxonum idiomate. Siquidem *Sinewealt* in Ælfrici Grammatica exponitur *teres*. &c. Hactenus *Junius*. Eandem vocem Anglo-Saxonicam cum aliis cognatis habet in vocabulario *Th. Benson*, & interpretatur *rotundus, versatilis, teres*. *Junius* in Glossario Goth. p. 246. allegat ex MS. HS. vocem *Sonvald*, redditque eam *teres*. Huc etiam sine dubio pertinet, quod est in MS. Glossar. A S. Lindenbr. *Sionwalt*, *torosa*, & in Gloss. Theot. Florent. teretur, *Sunwelba*. Cæterum Germanica vox *Sinwel*, *Synwell* in antiquis libris haud raro occurit, ut in carmine von Ditrich von Bern pag.

(b) In nuperrima Willerami editione Schilteriana vide pag. 44. Ubi Jo. Georgius SCHERTZIUS, qui lingua Germanica multum debebit imposterum, allegat Tuingeri vocabul. Germ. MSS. qui *Sinewel* explicet teres & aliud Vocab. Manusc. lat. in quo Ciclas sit *Sinwelkeit*. Pariter Anonymi Vocab. Mic. habet. *Spericus* (i. e. Sphaericus) Schibelecht vel rund vel *Sinwel*. T. d. H.

Digitized by Google

pag. 15. & 28. ubi legitur: Als ein Apffel gar Sinwel. Item in *M. Albrechts* Ovidio Germ. fol. 52. & *Sebast. Francke* Proverb. Germ. pag. 1. fol. 105. & 107. Quo etiam spectat, quod in Historia Melusinæ, à *Tenzelio* in Colloq. menstr. A. 1692. p. 76. citata, occurrit: An der weite und sinbele/ ubi substantivè positum est. In rythmis Saxonicis MStis, Stadæ olim compositis, & plus quam duorum seculorum antiquitatem redolentibus ita dicitur: *Stoke de sint bret, de senwolt weren by der olden aet*, i. e. baculos, qui sunt lati, qui teretes erant antiquo tempore.

QUAESTIO.

Qua ratione ἐναντιοφανες, quod NUM. Cap. XXII. commatibus 12, 20, 22. occurrit, tolli potest commodissime?

Digitized by Google

BIBLIOTHECA

Historico-Philologico-

THEOLOGICA.

Classis *Octavae*

FASCICULUS SEXTUS.

BREMAE,

Sumptibus HERMANNI JAEGERI,

Typis HERMANNI BRAUERI, MD CCXXVII.

Digitized by Google

VIRO

Summe venerando, doctiſſimo & celeberrimo

JOANNI GEORGIO LEUCKFELDIO,

In eccleſia GRONINGENSIUM ſacrorum Adminiſtro primario eique fideliſſimo membris ſocietatis regiae ſcientiarum Berolinenſis magno ſuo merito adſcripto,

Orbem literatum, Hiſtoriam præcipue Germanicam ævi medii indefeſſa diligentia, plurimisque ſcriptis valde demerenti quotidie,

Digitized by Google

Octavum hunc supra *quadragesimum*

BIBLIOTHECAE

HVJVS

FASCICVLVM,

Tanquam cultus mei sinceri atque infucatae amicitiae & testem & pignus

LUBENS MERITO

ex antiquorum formula

D. D. C.

EDITOR.

Series

Digitized by Google

Series eorum, quae in hoc fasciculo exhibentur.

I. Samuelis BATTIERII Observationum in N. T. loca Decas p. 941.

II. *Anonymi* observatio Critica de ætate conscriptionis libri JOSUAE p. 959.

III. J. C. HARENBERGII Ros Hermonis descendens in montes Sionis ex Ps. CXXXIII. 3. p. 970.

IV. Jo. STENGELII de duplici Christi statu indicato Es. LII. 13. Diss. p. 982.

V. Theodori HASAEI ad præcedentem dissertationem ANALECTA. p. 1002.

VI. *Almonii Utinis* de *aeternitate mundi* modestissima expositio p. 1028.

VII. Pauli HACHENBERGII de *Labadistarum* statu epistola p. 1056.

VIII. Index *quintuplex*

A. Dissertationum, & opusculorum classium *septimae* & *octavae* p. 1066.

B. Auctorum veterum tam Christianorum, quam gentilium, qui in classibus V. VI. VII. VIII. illustrantur, notantur, emendantur p. 1073.

C. Vocum *Ebraicarum*, & ex linguis vicinis illustratarum p. 1076.

D. Locorum scripturae explicatorum p. 1078.

E. Vocum *Graecarum*, *Latinarum*, *Germanicarum*, rerum, & Virorum pag. 1082.

Digitized by Google

In Nomine JESU!

I.

Observationum ad N. T. loca DECAS,

Sam. BATTIERII,

M. D. & Gr. L. Prof. Basil.

§. 1.

Luc. V. 21. Τίς ἐστιν οὗτος ὃς λαλεῖ βλασφημίας; Rectius, ego locum istum puto sic scribi: Τίς ἐστιν ἄνθρωπος, ὃς λαλεῖ βλασφημίας. Et sic gravis illa admiratio, quæ Scribas illos & Pharisæos cepit, manifestius exprimitur. Non enim isti, quod D. JESUS esset qui loquebatur illa, ignorabant: tantumque conabantur exprimere, quod nescirent, quid sentiri

Digitized by Google

deberet de eo, qui blasphemas voces illas ut existimabant, loqueretur: *Quis est iste? quam loquitur Blasphemias.* (a) Hesych. v. Ὡς, ex Homeri Il. δ. v. 157. Ὡς σ' ἔβαλον τρῶες - - - docet esse θαυμαστικὸν ἐπίρρημα, *adverbium admirationem indicans.* Sic Aristophanes adhibet in Pluto 1. Ὡς *ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐστιν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί,*

Δοῦλον γενέσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου.

Quam dura res est, o Jupiter & Dii cæteri,
Servum esse desipientis Domini!

§. 2. Joh. XIX. 5. Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Ἰησοῦς ἔξω, φορῶν τὸν ἀκάνθινον στέφανον, καὶ τὸ πορφυροῦν ἱμάτιον. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἴδε ὁ ἄνθρωπος. Omnes quod sciam postrema versus istius verba Pilato attribuunt: Sed cur istud ita factum sit, nullam sane rationem, quæ justa sit, videre possum: Si nihil aliud sola profecta narrationis series monere nos debuit, quod ea potius ab ipso Salvatore nostro pronuntiata sint. Et per Atticismum hic, ὁ ἄνθρωπος, in recto casu, loco vocativi ponitur, ut ἴδε ὁ ἄνθρωπος, dicta sint, pro ἴδε ὦ ἄνθρωπε, *vide o homo!* Istud vero sacris N. T. Scriptoribus non est insolitum. Ipse Johannes cap. XX. 28. ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός

(a) Cum tamen & vulgaris lectio non incommodum sensum exhibet, collatis præsertim Matth. IX. 3. & Marci II. 17. malim eam retinere, quam codicibus omnibus refragantibus aliam adducere. T. d. H.

Digitized by Google

ὁ Θεός μου, ponit pro, ὦ κύριε μου καὶ θεέ μου, *o Domine mi, & DEUS mi!* & in Apocal. XVIII. 4. Ἐξέλθετε ἐξ αὐτῆς ὁ λαός μου, *egredimini ex ea o populus mi!* Sic Marcus XV. 34. Ὁ θεός μου, ὁ θεός μου, εἰς τί με ἐγκατέλιπες, *Deus mi! Deus mi! cur me deseruisti?* Sic Paulus Epist. ad Ephes. V. 14. ἔγειραι ὁ καθεύδων, *surge o tu qui dormis.* Ibid. 22. αἱ γυναῖκες τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν ὑποτάσσεσθε, *o vos mulieres propriis viris subjicimini.* Ib. 25. οἱ ἄνδρες ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας ἑαυτῶν, *Vos Viri diligite uxores vestras!* Sic & ibid. c. VI. 1. 3. 5. & 9. Sic & Lucas XVIII. 13. ὁ θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ, *O Deus sis propitius mihi peccatori!* & Actor. XIII. 41. ἴδετε οἱ καταφρονηταὶ, *Videte o vos contemptores*, sic quoque scriptores profani: Aristophanes Acharn. 154. Ὦ Θρᾷκες ἴτε δευῦρ *Vos Thraces procedite huc.* Et v. 241. Πρόϊθ' ὡς τὸ πρόσθεν ὀλίγον ἡ καννηφόρος, *procede paulo ulterius tu quae cistam habes*, ib. 864. οἱ σφῆκες οὐκ ἀπὸ τῶν θυρῶν; *o vos vespae non ibitis ab ostio!* aliisque pluribus locis. Ne quem vero quicquam fallat similitudo, quam iste loquendi modus prima specie videtur habere cum illo, qui apud Johannem mox versu 14. nostri capitis adhibetur, quando Pilatus ad Judæos dicit: Ἴδε ὁ βασιλεὺς ὑμῶν, & apud eundem cap. I. 29. Joannes Baptista, ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ. Uterque profecto locus iste satis ut existimo vel Græci sermonis mediocriter

Digitized by Google

perito manifestare debeat, quod res hic aliter longe comparata sit. Articulus certe, ut de hoc saltem aliquid dicam, in utroque isto loco eam peculiarem vim habet, quam in illo, ἴδε ὁ ἄνθρωπος, esse firma ratione quadam nemo asseverabit. Vim autem istam, quæ rem per articulum ita designatam singulari quodam modo determinat, Latini per pronomen *ille* solent exprimere. *Ecce Rex ille vester. Ecce Agnus ille DEI.* Certe D. JESUS vulgo βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων dicebatur, XVIII. 33. 37. eique ipsum istud crimini dabatur, Matth. XXVII. 11. 37. Joh. XIX. 21. Verus quoque Agnus ipse fuit, quem Paschalis ille præfiguravit. D. JESUM vero peculiariter ἄνθρωπον, hominem fuisse Judæis nominatum nemo unquam dixerit. Et certe Pilatus cum apud Joh. c. XVIII. 29. a Judæis de JESU quæreret non dicit, τίνα κατηγορίαν φέρετε κατὰ τοῦ ἀνθρώπου, sed κατὰ τοῦ ἀνθρώπου τούτου; *ecquam accusationem fertis adversus hominem istum?* (b) Certum igitur prorsus est Dominum Jesum ista dicere: ἴδε ὁ ἄνθρωπος, *vide o homo!* Et profecto vix est aliquid in tota passionis D. N. JESU historia, quod movere magis nos, & in animos hominum omnium altius penetrare debeat, quam ista Salvatoris mundi dictio, qua Sanctissimus ille DEI Filius Judæos, & cum iis

(b) Pilatus tamen Luc. XXIII. 6. diserte Christum vocat τον ἄνθρωπον. T. d. H.

Digitized by Google

iis universum genus humanum, cum coronam spineam in cruentato capite suo portans, & purpuream indutus tunicam e Pilati prætorio egrederetur, fuit allocutus: *vide o homo!* sicque monuit, ut considerarent diligenter, semperque meminissent maximum illud admirandi amoris opus, quo salutem ipsis ex maxima peccatorum mortisque miseria comparavit: ut meminissent summas illas contumelias quibus esset affectus atque gravissimam ignominiam & opprobria quæ pateretur: utque meminissent acerbissimum illud mortis supplicium, ad quod mox erat ducendus.

§. 3. Act. I. 4. Παρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου. Verba, ἀπὸ Ἱεροσολύμων &c. non recte cum παρήγγειλεν αὐτοῖς, ita junguntur, ut tanquam orationem infinitam conficientia ab isto, παρήγγειλε, regi existimentur: quod alias factum deprehendimus, ut Luc. VIII. 29, & 56. Act. X. 42. aliisque locis. Ut istud ita de hoc loco sentiam, faciunt voces, ἣν ἠκούσατέ μου, quæ manifestum Sacri Scriptoris, quem ab indirecto sermone ad directum instituit, transitum declarant. Non sane sermonis istius imperfecta & a reliquis separata portio sic apte convenienterque posita esse videatur: *præcepit eis ab Hierosolymis non discedere, sed exspectare promissionem Patris,*

Digitized by Google

quam audiviſtis a me. Dico igitur quod hæc, παραγγειλεν αὐτοῖς, ab inſequentibus ſeparanda ſint, ut ipſa quæ ſequuntur ad Diſcipulos ſuos directas præcipientis Salvatoris voces comprehendere ſignificetur: cum infinitiva τὸ, χωρίζεσθαι, & τὸ, περιμένειν, uſitatiſſimo Græcis more, loco imperativorum ſint poſita: ut ſacer Hiſtoricus integrum Salvatoris præceptum ſic exprimere cognoſcatur: *ab Hieroſolymis ne diſcedite, ſed exſpectate promiſſionem Patris quam audiviſtis a me.* Similis iſti prorſus alia Lucæ locutio occurrit quoque Actor. XXIII. 22. παραγγείλας, μηδενὶ ἐκλαλῆσαι, ὅτι ταῦτα ἐνεφάνισας πρός με, *cum præcepiſſet, nemini eloquere, quod iſta mihi ſignificaſti.* Hæc vero ſcribendi ratio non multum diverſa eſt ab illa quæ apud Matthæum X. 5. adhibetur: τούτους τοὺς δώδεκα ἀπέστειλεν ὁ Ἰησοῦς παραγγείλας αὐτοῖς, λέγων· εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε, *iſtos duodecim miſit Jeſus cum præcepiſſet eis, dicens: in viam gentium ne abiveritis, & in urbem Samaritanorum ne intraveritis.* Imperativorum autem loco infinitiva ponere non eſt res aliqua, quæ Sacris N. T. Scriptoribus tam inuſitata ſit & incognita. Apud Lucam IX. 3. μηδὲν αἴρετε εἰς τὴν ὁδὸν, - - μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας ἔχειν, ſcribitur ἔχειν pro ἔχετε. D. Paulus ad Rom. XII. 15. dicit: χαίρειν μετὰ χαιρόντων καὶ κλαίειν μετὰ κλαιόντων, *gaudere cum gaudentibus, & flere cum flenti-*

Digitized by Google

stentibus. Sic quoque 2. Tim. II. 14. quæ male vulgo sine interpositâ distinctione cum antecedentibus conjunguntur, μὴ λογομαχεῖν, cum posita sint pro, μὴ λογομάχει, *noli contendere verbis*, ut recte Vulgatus. Frequentissime vero profani scriptores ubique sic loquuntur, ut vix necesse videatur, aliquid ultra proferre: en tamen quædam exempla: Homer. Od. θ. v. 434.

Ἀμφὶ πυρὶ σῆσαι τέτροδα - - *Ad ignem ponite lebetem.*

Od. λ. 72. Μή μ' ἄκλαυτο, - - καταλείπειν, *ne me indefletum* relinque. Od. π. 132.

Αὐτὰρ ἐγὼ μενέω, σὺ δὲ δεῦρο νέεσθαι,
Ast ego hic manebo, tu vero huc redi.

Hesiod. ἔργ. 407.

χρήματα - - ποιήσασθαι, *instrumenta parato.*

Ibid. 410. Μηδ' ἀναβάλλεσθαι - - - *Neque differto.*

Pythag. Aur. Carm. v. 40.

Μηδ' ὕπνον μελαγχαίτοις ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
Neque somnum in teneris oculis admitte.

§. 4. Actor. XXVII. 17. Φοβούμενοί τε μὴ εἰς τὴν Σύρτιν ἐκπέσωσι &c. & 29. Φοβούμενοί τε μὴ πῶς εἰς τραχεῖς τόπους ἐκπέσωσιν, ἐκ πρύμνης ῥίψαντες - - Cum in utroque loco extent duo participia quæ per nullam conjunctionis particulam nexa sint, observari debet, quod utrobique τὸ, φοβούμενοι, per

Digitized by Google

Atticam Dialectum sit absolute positum pro genitivo, φοβεμένων, *timentibus*. Ista vero loquendi ratio apud profanos Scriptores non adeo rarenter usurpata reperitur. Hom. Il. α. v. 171. Ἐνθάδ' ἄπημεν ἐών, pro ἀπήμων ἐόντες. Thucyd. lib. I. pag. 27. Ed. Jo. Camerar. apud Hervag. εὖ δὲ φρονῶν, pro εὖ δὲ φρονέοντες, δηλονότι τὸ δικαίως, ὅ ἐστι, δικηφορήσας αὐτοῖς τὴν νίκην, ut Scholiastes illud explicat. Xenoph. Inst. Cyri Lib. VI. ἑκάστῳ τις φοβερὸς καὶ φίλος τῶν ἐκεῖ, pro ἑκάστου πρὸς φοβερόν. Euripid. Iphig. in Taur. v. 695. Σωθεὶς, & κλησάμενος, pro σωθέντες & κλησαμένους. Pausan. Attic. cap. XXIV. ἔπι αὐτοῖς ὅμβρος δεινὸς Ἀθηναίοις, ἔπι καὶ τοῖς πᾶσιν ἔλπισι συμβὰς ἀυχμὸς, pro, δεινὸν, & συμβάντος ἀυχμοῦ. Quod ad posteriorem versus 29. locum attinet, existimo lectionem illam, ἐκπέσωμεν, quam loco τοῦ, ἐκπέσωσι, multi certe & præstantissimi MSS. Codices cum Vulgata Lat. exhibent, genuinam esse, cum credibilius omnino videatur, quod τὸ, ἐκπέσωμεν, in versu 29, primitus a Luca scriptum, & ex versu illo 17. in ἐκπέσωσι mutatum fuerit, quam quod τὸ, ἐκπέσωσι, cum in utroque loco primigenium esset, in versu 29. multorum præstantium Codicum ita in τὸ, ἐκπέσωμεν, transierit.

§. 5. 2. Corinth. VII. 1. Ταύτας οὖν ἔχοντες τὰς ἐπαγγελίας, ἀγαπητοὶ, καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ

ἀπὸ πάντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς, καὶ πνεύματος, ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ. Quis obsecro recte locum istum examinans Paulum ita scripsisse putet, ut τὸ, πνεύματος, cum τῷ σαρκὸς, conjunctum separarit a sequentibus? Sacra profecto scriptura nullum novit aliud, quam carnis inquinamentum. Caro autem sic non *corpus*, ut distinctum est a principio cogitationum, anima hominis, sed impurum illum *antiquum hominem*, designat. Hæc caro est, quam crucifigendam esse docemur, Galat. V. 24. & cujus membra super terram mortificanda sunt. Coloss. III. 5. Hæc certe caro per turpissima sua opera, quæ Paulus in Ep. ad Gal. V. 19. 20. 21. recenset, omnem in homine turpitudinem & fœditatem efficit: cum nullum sit inquinamentum aliud quod hominem inquinet, quam istud, ut ipse sanctissimus Mundi Salvator Matth. XV. 11. 17. 18. 19. 20. abunde nos docet. Ab istis sane sordibus, ab isto carnis inquinamento, hominem ita abominandum, ita Deo adversum facit, Rom. VIII. 7. 8. diligenter mundare nos ex monito Pauli, purosque conservare debemus. Quisquis ab ista carne, ab ista impuritate per gratiam J. Christi mundus factus est, novus is homo est, conditus secundum Deum Eph. IV. 24. & Spiritus est: quicquid enim ex spiritu est generatum, spiritus est, Joh. III. 6. & spiritu ambulat, nec concupiscentiam carnis

Digitized by Google

perficit, Gal. V. 16. Illa igitur distinctio quæ in nostro loco vocem, πνεύματος, à sequentibus separat, tolli atque post antecedens, σαρκὸς poni debet, ut verba, καὶ πνεύματος, cum ἐπιτελῦντες ἁγιωσύνην conjungantur, sic: ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς, καὶ πνεύματος ἐπιτελῦντες ἁγιωσύνην, ut D. Paulus dicat: *talia igitur cum habeamus promissa, dilecti, mundemus*, (conservemus) *nos ipsos ab omni inquinamento carnis, etiam spiritus perficientes sanctitatem in amore Dei.* Diligentem profecto fideles operam dare debent semper ut admonitionem istam Pauli vigilanter sequantur: *ne post carnem in cupiditate immunditiæ incedant*, 2. Petr. II. 10. Sed potius omni prosequantur odio *maculatam illam a carne tunicam*, Judæ v. 23. Ut ab omnibus impuræ carnis sordibus magis & magis liberati sanctimoniam spiritus in dies singulos perficiant. Præcidenda est omnis ista caro. Circumcisionem vero istam humana manus non efficit, Coloss. II. 11. sed Christi gratia operatur. Ab impura carne a sordibus peccati mundatus ita verus Christi fiat discipulus, ne sordes carnis unquam repetat, nec illis implicandum se denuo tradat, ne fiat, κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα καὶ ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου, *canis reversus ad suum vomitum, & sus lota ad volutabrum* 2. Petr. II. 20. & 22. impollutum se purumque posthac à carnis sordibus conservet, sicque spiritu serviens Deo, Phil. III.

Digitized by Google

III. 3. semper, ut proficiat, studiose laboret. Nequaquam vero somnolenti cujusdam hominis est, & laborem fugientis, istud efficere: fortissimi militis instar, qui adversus infestissimorum hostium vim atque impetum in armis suis patienter excubans vigilat, in hoc negocio se fidelem gerere debet. Nec subitum quoddam opus est istud: crucifigenda caro est vetus Rom. VI. 6. lenta crucis morte conficiendus est homo: nec ipse novus homo in perfectum statim virum evalescit: debilis ille primum puerulus est, & incrementum continue debet accipere: debet sanctitatem Spiritus perpetim homo pius perficere, nec unquam bonum istud opus intermittere, sed semel incœptum continuato studio usque persequi usque ad diem J. Christi Philipp. I. 6.

§. 6. 2. Cor. X. 10. ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν σπέρμα τῷ σπείροντι, καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν χορηγήσαι, καὶ πληθύναι τὸν σπόρον ὑμῶν -- 11. Ἐν παντὶ πλουτιζόμενοι -- Locum sic distinguendum esse puto: σπείροντι καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν, χορηγήσαι καὶ πλ. ut τῷ, ἐπιχορηγῶν, etiam ad verba, ἄρτον εἰς βρῶσιν, referatur, & τὸ, χορηγήσαι, simul cum τῷ, καὶ πληθύναι, cum sequentibus conjungatur: *Is autem qui suppeditat semen seminanti & panem in cibum, suppeditet & multiplicet sementem vestram.* Non sane D. Paulus suis Corinthiis panem hic in cibum optat. Nisi cognovisset, quod a rebus ad vitam necessariis illi satis essent instructi, non instare tam-

Digitized by Google

tantum & urgere voluisset, ut Corinthii Hierosolymitanorum fidelium paupertati subvenirent, & sic æqualitas fieret, illorumque copia defectum istorum suppleret, 2. Cor. VIII. 12. 13. 14. Optat Paulus ut Deus lautam Corinthiis, copiosamque benignitatis sementem, quam in pauperes spargant, suppeditet, ipsorumque fructus justitiæ augeat: Corinthii largiter & prompte suam cum Hierosolymitanis fidelibus benignitatem communicare velint. Mox autem quod sequitur, τὸ, πλεπζόμενοι, absolute in recto casu pro obliquo πλεπζομένων positum est, de qua re vide supra ad Observ. IV.

§. 7. Eph. IV. 16. Ἐξ ὃ πᾶν τὸ σῶμα — ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκάστου μέρους τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖται. Istud τοῦ σώματος, nequicquam hic positum est, ut adeo, quin ex suo in quem ita præter rationem invasit loco rursus ejici tuto possit nullum mihi existat dubium. (c) Ex mar-

(c) Mihi vero, quod pace Viri eruditissimi dixerim, nullum existit dubium, illud τ. Σωματος omnino esse retinendum. Immo sine illa voce sensus fere hiulcus est. Quisquis enim textum ipsum inspexerit, videbit, nimis longe remotam esse vocem αὔξησιν a voce σωμα, quam ut ad eam spectare quis illico sine ulla haesitatione colligat. Et cum id innuere vellet Apostolus collectionem singulorum membrorum constituere incrementum corporis, non solum των μερων, sive μελων (id enim per-

Digitized by Google

margine enim, in quem fortassis illud aliquis ut verba, ἑνὸς ἑκάστου μέρους, explicaret, atque cujus rei pars seu membrum hic intelligendum esset, indicaret, primo posuit, in ipsum textum ab imperito tanquam utile receptum fuisse puto. Nec istud hic silentio prætermittendum est, quod Alexandrini Codicis, aliorumque probatissimorum lectio, quæ pro voce, μέρους, nobis τὰ, μέλη exhibet, mihi maxime probetur: cum D. Apostolus ita potissimum singulos fideles corporis Christi μέλη, *membra*, soleat appellare: sic Rom. XII. 5. οὕτω πολλοὶ ἓν σῶμα ἐσμεν ἐν Χριστῷ· ὁ δὲ καθ' εἷς, ἀλλήλων μέλη, *multi unum corpus sumus in Christo: singuli autem alter alterius membra.* Et 1. Cor. XII. 27. ὑμεῖς δὲ ἐστὲ σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους, *vos autem estis corpus Christi, & membra particulatim*, i. e. singuli.

§. 8. 1. Thess. V. 8. ἐνδυσάμενοι θώρακα πίστεως καὶ ἀγάπης, καὶ περικεφαλαίαν, ἐλπίδα σωτηρίας. Sic omnes. Ego vero sequentem ad modum esse distinguendum & scribendum puto: πίστεως, καὶ ἀγάπης περικεφαλαίαν ἐλπ. σ. *induti thoracem fidei, & charitatis galeam spem salutis.* Ut sic etiam illud καὶ, quod inter τὸ, ἀγάπης, & τὸ, περικεφαλαίαν, locum occupavit, omittatur. Spes

inde est, cum μέλη corporis sint ejus μέλη, & vicissim) sed & τὰ σώματα ejus injiciendæ erat mentio. T. d. H.

Digitized by Google

Spes sane salutis simpliciter ita non potest hominis credentis galea dici. (d) Cum multi

(d) Illius autem adserti rationem nullam video. Fateor non solum posse *multos calamitose falli, existimantes omnia secum feliciter agi, modo salutem aeternam per Christi meritum fidenter sperent, de reliquo parum sollicitii.* Neque posse tales falli, sed & falli ita quotidie complures misere, utinam negari posset. At hoc loco non agitur de ejusmodi vanâ, lubricâ, incertâ spe, quæ *& alit & fallit*, sed de firmâ, & solidis, atque inconcussis innixâ fundamentis, quæ *confisa Deo nunquam confusa recedit.* Fulcitur illa ab una parte promissionibus Dei, mentiri nescii, cujus beneficia sunt ἀμεταμέλητα, quas ille jurejurando confirmavit, adeoque ejus veracitate, fidelitate, immutabilitate, *omnisufficientiâ*, qua *potest*, & benignitate, quâ *vult* dare peccatori omnia, quæ ad ejus salutem consequendam requiruntur. Ab altera parte autem spes illa firmatur, quando homo in se deprehendit illas conditiones, quibus aeternam felicitatem Deus annectere voluit. sc. fidem & sanctificationem, sive πίστιν δι' ἀγάπης ἐνεργουμένην, aut, ut apostolus in hoc loco loquitur, πίστιν καὶ ἀγάπην. Haec si adsunt, tum spes falli nescia inde nascitur, quae ἐν κατασχύνει Rom. V: 5. quâ κεκυχόμεθα Rom. V: 2. quam ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν, καὶ εἰσερχομένην εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος. Ebr. VI: 19. 20. quâ adeo ἐσώθημεν, *salvi facti sumus* Rom. VIII: 24. Et ea illa omnino est, quam Apostolus heic innuit, quam ἴδε πίστιν, καὶ τὴν ἀγάπην tanquam fructum ex illis propullulantem, subjungit, sicut &

Digitized by Google

ti sic calamitose falli possint, existimantes omnia secum feliciter agi, modo salutem æternam per Christi meritum fidenter sperent, parum de reliquo soliciti. Charitas, ἡ ἀγάπη, profecto sola salutis nostræ spes est. Sine charitate hac nullus usquam ullam salutis certam spem habere potest: hac sine frustra sunt, aut vere non sunt cœtera omnia, 1. Cor. XIII. 1. & sq. Ut merito galea, cum potissimæ corporis humani partis tegumentum sit, de hac virtutum Christianarum omnium præstantissima, charitate, quæ sola cum fide conjuncta spiritualem hominis vitam ab omni periculo muniat, dicatur. Quod vero vocem ἐνδύσασθαι de capitis etiam tutamine, galea, Paulus adhibet, neminem offendat. Homerus non dissimili modo de Achille, cum armis ille se a Vulcano fabrefactis ad pugnam instrueret, loquitur. Il. τ. 368.

Δύσετο δῶρα θεῶν, τὰ οἱ Ἥφαιστος κάμε τεύχων
Induit dona Dei, quæ ei Vulcanus elaboravit fabricans.

Inter hæc vero dona etiam galea comprehendebatur, ut ex Il. 610. patet. Et Paulus

& alibi haec tria πίστιν, ἀγάπην, ἐλπίδα conjunxerat, ita hæc quam commodissime cum galea, potissimae corporis humani partis tegumento comparat, quam & Eph. VI. 17. sub nomine τῆς περικεφαλαίας τὸ σωτηρίου reliquae πανοπλίᾳ τὸ Θεοῦ adjunxerat. T. d. H.

Digitized by Google

lus ipse ad Eph. VI. 11. de universa armatura, quæ & galeam complectitur, loquens dicit, ἐνδύσασθαι τὴν πανοπλίαν τῦ Θεῦ.

§. 9. 2. Tim. III. 11. Τοῖς διωγμοῖς, παθήμασιν, οἷά μοι ἐγένετο ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἐν Ἰκονίῳ, ἐν Λύστροις, ἅτινα διωγμοὺς ὑπήνεγκα. Post τὰ παθήμασιν ego punctum esse ponendum puto, cum ea quæ sequuntur ad illa priora non pertineant. Istis autem Paulus magnam animi sui vehementemque commotionem, qua singularem Domini benignitatem erga se ipsum miratur, demonstrat. *Qualia mihi acciderunt in Antiochia, in Iconio, in Lystris! quales*, quam graves, *persequutiones sustinui! & ex omnibus me liberavit Dominus.* Similiter apud Ælian. V. H. lib. II. 9. Οἷα ἐψηφίσαντο Ἀθηναῖοι καὶ ταῦτα ἐν δημοκρατίᾳ, *quæ decreverunt Athenienses idque in Democratia!* & apud Æsopum miratur vulpecula fab. II. ὦ οἵα κεφαλή, καὶ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει, *o quale caput, & cerebrum non habet!* Illud δὲ autem quod mox vers. 12. apud Paulum sequitur, positum est pro δή, *sane, certe: καὶ πάντες δὲ, & omnes certe.*

§. 10. 1. Petr. IV. 6. Εἰς τῦτο γὰρ καὶ νεκροῖς εὐηγγελίσθη, ἵνα κριθῶσι μὲν κατὰ ἀνθρώπους σαρκὶ, ζῶσι δὲ κατὰ Θεὸν πνεύματι. Cum nullus Interpretum quos quidem vidi, sensum loci recte mihi expressisse videatur, quid de eo sentiam breviter docebo. (e) Quin autem

(e) Quid de hoc obscurissimo loco, ejusque allata

Digitized by Google

tem aliqua locus corruptela, quæ ſanari debeat, affectus ſit mihi non eſt dubium. Cum enim is non modo nullum nominandi caſum, qui vel cum verbo εὐηγγελίσθη vel etiam cum κελεύσει commode jungi poſſit, oſtendat, ſed etiam cum antecedentibus male prorſus cohæreat, ut ſimul utrique incommodo conſulatur, ſcribo: εἰς τοῦτο γὰρ καὶ νεκροῖς εὐηγγελίσθησαν. Quæ certe phraſis admodum ſacris ſcriptoribus probata eſt. Matthæus eam c. XI. 5. uſurpat: καὶ πτωχοὶ εὐαγγελίζονται, & *pauperes evangelizantur*, i.e. καὶ πτωχοῖς εὐαγγελίζεται, *pauperibus evangelium prædicatur*. Et Paulus ad Hebr. IV. 2. καὶ γάρ ἐσμεν εὐηγγελισμένοι, καθάπερ κἀκεῖνοι, *nam & nos ſumus evangelizati, quemadmodum & illi*. Et ibid. v. 6. οἱ πρότερον εὐαγγελισθέντες, *qui prius fuerunt evangelizati*. Ut vix ulli ſupereſſe poſſit dubium, quin illud, νεκροῖς εὐηγγελίσθη, margine tantum, ut obſcuram quidam magis, ſed nativam & ſacris ſcriptoribus probatam locutionem iſtam, νεκροὶ εὐηγγελισθησαν, interpretaretur, primo poſitū, & tandem in ipſum textum fuerit profectum. Locus igitur ſi ſcribatur ut dictum eſt, mirifice cum iis quæ ipſum antecedunt, congruere deprehendetur, & ſimul omnem illum finem, propter quem Evangelium de Jeſu Chriſto hominibus unice fuit prædicatum exprimit: Senſus autem eſt iſte.

heic mentione ſententiam peculiare ſegmentum hujus bibliothecae mox indicabit. T. d. H.

Propter istud enim etiam mortui fuerunt evangelizati, (i. e. mortuis fuit evangelium prædicatum,) *ut censerentur* (numerarentur, haberentur) *quidem inter homines carne*, (i. e. per hanc præsentis vitæ naturalem conditionem,) *viverent autem secundum Deum Spiritu*: Isti ergo νεκροὶ, *mortui*, sunt illi omnes, qui per Christum nondum sunt per regenerationem ad novam vitam suscitati: de quibus Salvator Joh. V. 25. Et vocis νεκρὸς ea significatio est in loco nostro, quæ apud Thucydidem Lib. II. in illa celebri oratione Periclis p. 43. Ed. I. Cam. Herv. Κρίνομεν δ' ἐν τῇ ψυχῇ δικαίως κρῖθῆναι, οἱ τὰ δεινὰ καὶ ἡδέα σαφέστατα γιγνώσκοντες, καὶ διὰ ταῦτα μὴ ἀποτρεπόμενοι ὑπὸ τῶν κινδύνων, *fortissimi & optimi merito censeantur*, & *qui adversa & jucunda rectissime cognoscentes, neutiquam eapropter pericula aversantur, & ab iis refugiunt.* Mortuis profecto per peccatum hominibus, qui sine Deo & sine Christo sunt, evangelium annunciatur, ut a morte sua suscitati, posthac non carni suæ, non mundo, non desideriis suis, sed Deo vivant, Rom. VIII. 4. 6. Sic fit ut tales non sint inter homines nisi solo corpore suo censendi, nec tangantur in animo suo rerum temporalium cura, & præsentes sint in hac terra suo quidem corpore, jugiter autem animo cœlestem patriam desiderent, & cœlestibus indesinenter inhiantes, secundum Deum vivant. II.

Digitized by Google

II.

Anonymi

Observatio critica de ætate conscriptionis libri Josuæ.

SYNOPSIS.

§. 1. *Notatur impietas critica Spinozae & Simonii.* §. 2. *Josua, exceptis* c. XXIV. v. 29. sqq. *libri, qui Josuæ inscribitur, auctor est ipse.* §. 3. *Quod ipsum ulterius probatur ex* c. VI. v. 25. §. 4. *Objectiones difficiliores solvuntur.* §. 5. *Recentissimæ crisi, quæ antiquissima quæque scripta in ænigmata & symbola convertit, occurritur.* §. 6. *Respondetur ad omissam adlegationem hujus libri in* V. T.

§. 1.

SUbtristis & justo audacior fuit illa Spinozæ & Richardi Simonii sententia critica, qua ille in *Tractatu Theologico-Politico* c. 8. 9. librorum V. T. primorum ætatem ad Esram & pleniorem elaborationem ad Maccabæorum tempora rejecit; hic in *Historia critica* V. T. scribas publicos & confusionem voluminum statuminare contendit, unde Moses, Josua & ceteri Pandectarum veterum sacrorum scriptores ad Esræ ætatem in hodiernam formam fuerint redacti. Conlaudandi sunt

Digitized by Google

Joannes Clericus & Elias du Pinius, (a) qui auſis illis nefariis publice obviam iverunt. Illius enim impietas in propatulo erat; hujus vero Rabbinicus amor, judicio ſolido expers, nocentiſſimus videri poterat. Eximia ſane antiquitate & ſingulari fulget divina veritas & cœleſtis doctrinæ origo, tam quantum ad doctrinas, quam quoad ejus ad ſcripta publica, pertinet. Si diſtinctis litterarum ductibus Patriarchæ uti noviſſent, non opus ſane fuiſſet miraculo, quo Deus primas fœderis tabulas ſaxis inſculpſit. Prima igitur gens, quæ diſtinctis facilibusque ſignis ſuas res geſtas & revelationes adnotare polluit, fuit Ebraica, quæ, ne perirent, ea quæ Patres memoriæ ſignisque diffuſioribus ac difficilibus mandata ad Moſen transmiſerant, prima monumenta condidiſſe exiſtimanda eſt. Vera revelatio omni ævo debuit eſſe perſpecta, quia benignitas divina noluit viam ad ſummi boni fructus percipiendos intercludi, adeo ut conſtans veritatis divinæ antiquitas non poſſit a religione unica & vera ſeparari, niſi Deum velis crudelitatis accuſare. Simul etiam revelatio vera ſemper debuit perſtare inconcuſſa & immutabilis, minimeque eam oportuit fata librorum profanorum, quibus edax & con-

(a) Dans *Diſſertation preliminaire ſur les Auteurs des Livre de la Bible* T. I. *de la Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques* ed. tert. §. I. p. 39. 40.

Digitized by Google

consumtrix rerum vetustas ac vicissitudo modo ruinam, modo mutilationem & nutantem interpolationem intulit, experiri. Deus enim semper voluit mortales de via salutis esse certos.

§. 2. Eadem me impellit ratio, ut librum, qui Josuæ, inscribitur, antiquissimum esse putem, sive a sua ut plurimi putant, sive ab alio, ejus jussu, Numine ducente, fuerit perscriptus. Addidit quidem aliquis Josuæ mortem c. XXIV. 29. seqq. sed id libro reliquo nullum creat damnum. Ut enim Deus illa, quæ de Josuæ obitu pertexta sunt, prædicere potuit, ita tamen, quia citra tale miraculum, cujus exhibendi Deus non solet esse prodigus, subnotari ea poterant, Deum id voluisse haud facile concesserim. Nec de eo me habet dubitatio, quin Josua caput XXIV: ad v. 28. perscripserit, siquidem illud evidenter patescit e v. 26. *Et Josua scribebat* את הדברים האלה בתורת אלהים *res illas juxta legem Domini* i. e. Pentateuchum. Nolit igitur quispiam de eo hæsitare, quod Pentateuchus jam tum scriptus sit, quippe qui ubique *legis divinæ* adpellatione venit. Erat vero insulsum maxima admissa lacuna particulam Josuæ rerum gestarum addere, unde indicatu facile est, reliquum Josuæ librum simul suisse volumini vel potius diversis voluminibus mandatum. Absit ea cogitatio, ut volumina illa confusa & permista esse dicere audeamus, quæ revelatio-

Digitized by Google
nis

nis & veritatis divinæ non exiguam constituerunt partem, cujus nullam partem posteris necessariam divina clementia, sanctitas & veritas intercidere voluit. Nec de auctore Josua litem moverim, quia is optime sua pertexere noverat & partem ultimam inconcinne Mosi adjunxisset, omissa priori & maxima parte, tantum abest ut hæsitatio Du Pinii (b) penes me ullius sit momenti.

§. 3. Illa ipsa antiquitas libri Josuæ suis radiis effulget, si expendamus illud, quod c. VI. v. 25. perhibetur, ποιμὴν Rahab habitasse in Israelitide *ad hunc diem.* Ecquis enim ea est fronte, ut contendat, copam illam vitæ spatium ad aliquot secula prorogasse? Non solebant tum mortales ad centum annos vitam agitare, & id gratiæ divinæ erat tribuendum, quod Josua & Caleb in promissionis divinæ robur ultra centum annos degerent. Ea sacrarum litterarum est claritas, ut nos semper ducat volentes in solutionem ejus scrupuli, qui nos angere poterat. Quod si vero per fictionem secutæ ætatis splendorem illum existimes interjectum esse divinæ revelationi, eam pro impostura habes, quæ longissime disjuncta est a vera revelatione, quam necessario exstare oportebat. Nulla vero scriptura præter

(b) l. c. p. 39. *Ainsi l'on peut sans temerité douter, que Josué soit l'auteur de ce Livre.*

Digitized by Google

ter hanc ſignis credibilitatis divinæ radiat, ergo ea ſola & unica, quia Deus nos fallere non poteſt, revelationis divinæ inſtar eſt & clypeus. Non carere cuperem hoc ſolatio & ſolido fundamento, licet id divitiis totius orbis permutare valerem. Animæ enim meæ immortalitas & ſempiternum ac infinitum felicitatis immenſæ deſiderio nulla alia inlecebra exſatiari ac reſtringui poteſt.

§. 4. Interim illud tamen verum eſt, quod prolixitatis ratio, quam hodie obtinet liber Joſuæ, ſit paullo infra ætatem Joſuæ. Volumen enim illud mortem Joſuæ continet. Deinde legitur Joſ. XV. 63. *At Jebuſæos illos, qui incolebant Hieroſolymam, non valebant poſteri Judæ expellere, ac habitabant Jebuſæi cum filiis Judæ Hieroſolymam ad hunc usque diem.* Quando enim ita contigit? Nonne tribus Juda ab obitu Joſuæ Hieroſolymam demum occuparunt? Nonne id diſtincte ſcriptum eſt Jud. I. 8? Verum enimvero nequaquam hinc conligi poteſt, ut prima fronte videtur, inciſum 63. capiti XV. Joſuæ ab obitu ejus intruſum eſſe. Ego ſane nil deprehendo in omni Joſuæ volumine, quod, excepta ejus morte & ſepultura, non fuerit perſcriptum a ſeneſcente Joſua. Formam additamentum mutavit externam, nec præterea quicquam eſt vel additum vel immutatum. Ut enim ad cap. XV. v. 63. me

Digitized by Google

accingam, ejus expositio ex cap. XII. 7. 10. adposite repetitur, ubi rex Hierosolymæ fusus ejusque regio Israëlitis adtributa legitur. Adde quod Jos. XVIII. v. 28. Hierosolyma seu Jebus Benjaminitis adsignetur, licet sita esset in tribu Juda, unde ego omnem illam controversiam solvo, quæ de adsignatione hujus urbis ad duas illas diversas tribus ventilari solet. Si igitur recordemur, Hierosolymam fuisse geminam, quod ipsum forma dualis & res ipsa docet, Acram (חקר) Israëlitæ occupasse censendi sunt, dum Jebusæi Zionem retinuere, quam quidem Juda combussit Jud. I. 8. sed a Jebusæis reædificatam expugnavit demum Davides. Quæ Jos. XIII. 13. & XVI. 10. leguntur, adultimam Josuæ ætatem optime quadrant, ultra Davidica vero tempora pro veris haberi non possent, quia & Maachath & Cananæi tum omni potestate plene fuerunt exuti, Judæisque subjecti sunt. At restat scrupulus major, qui utique nobis persuadere videtur, nonnulla esse in libro Josuæ, quæ a recentiori manu sint intrusa, videlicet Jos. XIX. 49. tradita oppidi Lesem per Danitas expugnatio, quæ demum Jud. XVIII. contigisse traditur. Du Pinius hunc nodum magis secat quam solvit, nam aut in utroque loco diversam urbem memorari aut interpolationem manifestam agnoscit. (c) Qui utrumque

(c) l. c. p. 40. col. 1. *On pourroit encore repondre à*

Digitized by Google

que locum confert, de eadem re verba fieri, præcipue ex Jud. XVIII. 27. 29. facile pervidet. Atque in promptu est solutio eaque adprime prona. Josuæ ultima ætate illa expugnatio accidit, ideoque suo jure ab eo est perscripta, immo antequam sorte eis certa adsignata esset possessio Jud. XVIII. 1. Ultima enim libri Judicum capita primum ejusdem caput, secundum chronotaxin, præcedunt. Paullo enim post ea usu evenerunt, quæ in Pontificatum Pinehasi, Eleasaris filii, incidunt Jud. XX. 28. quæ capite XIX. v. 1. connectuntur cum facto Danitarum per formulam בימים ההם *in diebus illis.* At ille Pinehas vivo adhuc Josua patri successit, uti liquet ex Jos. XXII. 13. 30. 31. 32. Additur quidem Jud. XVIII. 1. בימים ההם אין מלך בישראל *tempore illo non erat Rex in Israele.* Sed quid hoc contra nos? Lata enim Judæis erat lex de rege per Mosen, adeo ut illum sperarent, Josua vero nuspiam dicitur מלך Rex. Sunt qui ajunt, in Josua memoriam *Cabuli* injici c. XIX. 27. quod tamen ita demum dictum fuerit ab Hiramo, 1. Reg. IX. 13. At *Cabul* Josuæ est op-

cet argument & aux suivans, que ces choses sont ajoutées & cela est fort vraisemblable de la prise de Lesem par les Danites, à moins qu'on ne dise, que la ville de Lesem, dont il est parlé dans Josué, & celle de Laïs, dont il est parlé dans le livre des Juges, sont deux villes differentes.

Digitized by Google

pidum, uti Josephus quoque testatum fecit, *Cabul* vero Hirami erat eikosipolis, cœtus viginti urbium. At quid dicemus de montibus Israël Jos. XI. 16. & divisionis inter Judam (d) & Israel v. 21? Nonnne illa divisio sub Davide demum orta est? Israel sane totum populum Judaicum notat. Existimandum est, *Judam* signare tribum Judæ maximam & illustrem, Israelem vero Ephraimitas potissimum & septemtrionales Judæos. Exemplum equidem ejus rei ex libro Judicum depromi nequit. Sunt tamen *μοναδικα* & singularia, quæ exceptionem a regula generali ferme ubique pariunt. Quæ de Hebrone objiciuntur, sunt nullius momenti Jos. XIV. 14. Memoratur quidem 1. Paral. II. 42. nepos Calebi Hebron, אבי מרשה Masera. Sed *Chebron* est & nomen urbis & viri, qui in memoriam receptae Chebronis fortasse ita dictus est. Quid inde?

§. 5. Vereor quidem, ne Vir quidam ingeniosissimus insurgat, & ultra exilium Babylonicum prosam orationem locum invenire neget, ideoq; Josuæ librum, prout quidem nunc adparet, ad recentiora revocet tempora

(d) Du Pinius respondisset, inserta heic esse quædam a manu recentiori. Ipse enim T. I. l. I. c. pag. 44. col. 1. *Il y a plusieurs ouvrages, où il s' est glissé quelques additions, qui les font paroître plus nouveaux. Il y en a de semblables dans la Bible dans Homere & dans presque tous les auteurs ecclesiastiques & profanes.*

Digitized by Google

pora. Verum illa hypotheſis ſuo ſe ſubruit errore. Quis enim putabit, verſus conloquio familiari adhibitos eſſe ab Ebræis, gente ad eloquentiam non facta, ſed vitæ agreſti adſueta? Oratio ſimplex nativa & pedeſtris omnino eſt antiquior artificioſa & poëticam redolenti. Qui Sanchoniathonem defendunt, numquid illi eum volunt fuiſſe Poëtam? Quid de Manethone Aegyptio referam? Anne ejus teſtimonia apud Joſephum obvia ſunt poëtica? Quid de Dei inſtituto & legibus, ipſoque Decalogo perhibebimus? Quid ibi poëtici occurrit? Amavit utique priſcus orbis artem poëticam, idque in ipſis oraculis, & legibus, verbi gratia Turditanorum & Germanorum. Suſpexit priſca ætas hieroglyphica & fabulas. Sed ad intricanda ſua, fraude ſacerdotum ſuadente: ad caliginem illam ſuis rebus geſtis offundendam, quam nulla ætas plene & ſolide deteget, quia poſteri traditis addiderunt ſemper aliquid, ut ex Mythologia patet. Deus vero perſpicuitate ſeſe commendavit in ſalutem & incolumitatem & lucem fidelium, cui nil indignius fuiſſet tenebris fabularum & inextricabilibus labyrinthis, quos non Deus ſed cacodæmon, Geneſi & Jonæ adſpergere & innectere tentat. Abſtineant manus & oculos a ſacro codice, qui profanos auctores reverentius & clarius habent, aut pectus pietate calidum adferant.

Digitized by Google

rant. O miseros Beroecnses, litteras sacras scrutantes, si tam fabulosi & implicati operis est, eas intelligere! O Judæos frustra ad V. T. remissos, si ex Mythologis veritas sensus incerti & fallax est haurienda?

§. 6. Unicus tandem supereſt scrupulus criticus, qui me multum aliquando anxium tenuit. Nulla de Josuæ libro injicitur mentio in sequentibus Bibliorum libris, nec Samaritani eum amplexati sunt, qui Pentateuchum tamen sub Josia descripserunt, iique potius alium Josuæ librum consarcinarunt, fabulis refertum & ad Hadriani Augusti ævum usque productum. Quod prius attinet, commodum sese offert 1. Reg. XVI. 34. ubi dilucide Josuæ verba ex Jos. VI. 26. excitantur. De cetero Tacitus historicos, qui sese præcesserant, non indicat idemque faciunt alii, (e) quorum silentium antiquitatem aliorum auctorum non infringit. Ad posterius si respicimus, Samaritanorum errores Josuæ nil detrahunt. Ipsi viderint, qua

(e) Du Pin en *Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Ecclesiastiques* T. I. p. 43. col. 1. respondet ad Ignatii epistolas vindicandas, quas nonnulli, quia ante Eusebium eas nemo memorat, rejiciunt, in hunc modum: *Quand cela seroit, il y a bien des ouvrages de la verité desquels on ne doute nullement, dont Eusebe est le seul, & le premier parmi les anciens, qui en ait parlé.*

Digitized by Google

quare Josuam nec ante nec postea sibi descripserint & canonicum esse voluerint. Cerinthiani, Valentiniani aliaq; hæreticorum monstra eodem pacto quædam N. T. scripta repudiarunt, nec tamen quisquam ideo ea recens supposita crediderit. Josiæ præterea ævo Judaei non abundabant exemplaribus Biblicis, uti ex admiratione inventi Pentateuchi liquet, quare non est mirandum, si ceteri libri Biblici in cryptis & scriniis sacerdotum taciti conquieverint. Quid igitur restat, nisi ut librum Josuæ suo auctori vetustissimo tribuamus & vindicemus, nihilque statuamus, quod Deo & revelatione unica verissimaque dignum est?

III.

Digitized by Google

III.

Ros Hermonis descendens in montes Zion,

ad enodandum locum

Psalm. CXXXIII. 3.

Auctore

J. C. HARENBERGIO.

§. 1. *Summa dicendorum & occasio.* §. 2. *Crisis Historica.* §. 3. *Paraphrasis Psalmi. Psalmi gradum.* §. 4. *Ros Hermonis descendens in montes Zion.* §. 5. *Difficultates quædam adparentes tolluntur.*

§. 1.

CAnticum, quod sub manibus habeo, a Davide compositum, seu לדוד *Davidi divinitus inspiratum* est. Aben Esra in præf. ad Psalmos: כל מזמור כתוב בראשו לדויד הוא לדוד אין לאהר מן המשוררים המתנבאים על דויד *Omnis Psalmus, qui inscribitur in fronte sua Davidi, est Davidis, aut alicujus ex cantoribus, qui vaticinati sunt de Davide.* Atqui præsens Psalmus non vaticinatur de Davide. Ergo Davidem habet auctorem. Sunt & fuerunt, qui omnes Psalmos Davidi tribuunt, adeo ut Philastrius *hæresi* 126. albo hæreticorum inserat, qui de eo dubitant. Ut vero

vero ipsa Psalmorum materies illam sententiam sæpius erroris coarguit: ita nemo facile de eo hæsitavit vel ambigere studuit, quin ei, qui nomini Davidico inscripti sunt, auctore Davide gaudeant. Psalmus enim CX, *Davidi tributus* לדוד מזמור a Christo eidem adsignatur Matth. XXII. 42. 43. 45. (a) conf. Ps. XVI. v. 1. & Act. II. 25. 29. Hieronymus ad Sophronium Epistola: (b) *Psalmos omnes eorum testamur auctorum, qui ponuntur in titulis, David scilicet, Asaph & Idithun, filiorum Core, Eman Esrahitæ, Moysi & Salomonis: & reliquorum, quos Esdras primo volumine comprehendit.* Non est tamen dissimulandum, Pontificios nonnullos, licet Patres bene multos ita sentire largiantur, in alia ire, quia Vulgatus Interpres alias non staret salvus & incolumis, qui Alexandrinos secutus inscriptiones addidit, & cumulavit, ubi Ebræus codex vel contractiori vel nulla inscriptione utitur. (c) Quare tan-

(a) Act. II. 34. Conf. Act. I. 16. 20. Rom. XI. 9.

(b) T. IV. Opp. f. 23. col. 1. *edit. Froben.* 1516. fol.

(c) Du Pin en Dissert. Preliminaire sur les Auteurs des Livres de la Bible. §. I. p. 43. col. 1. Tomo I. Biblioth. Nov. Auct. Eccles. *L' auteur de l' Abregé attribué à saint Athanase croit que sous les Pseaumes intitulez à David, ipsi David, sont d' un autre Auteur neanmoins. -- Le Pseaume 136. porte le nom de David & de Jeremie τῦ Δαβὶδ Ιερεμιᾶ ce qu' il faut apparemment entendre ainsi, Pseaume de Jeremie fait à l' imi-*

Digitized by Google

tantum abeſt, ut a ſententia, quam Spiritus S. adprobavit, diſcedam, ut potius mordicus ei adhæream. Quod quum ita ſit, quærenda ſunt ejusmodi tempora & momenta in rebus geſtis Davidis, ad quae veluti ad amuſſim ea quadrent, quæ de concordia fratrum heic pulcre prædicantur. Operæ igitur pretium duxi, in id ipſum conciſe inquirere, &, ut una fidelia duos dealbem parietes, rorem qui deſcendit in montem Hermon, indeque in montes Zion ad libellam critices ſacræ revocare conſtitui. Ut ita facerem, aurem mihi vellicavit Cynthius meus, Bibliothecæ hujus adornandæ auctor (d) Non quidem adeo mihi blandior, ut ſolus heic ſapere palmamque ceteris præripere tentem. Sed quia palma in medio poſita eſt, mihi deeſſe nolui, ſi forte difficultatem facilitate ſuperare & tollere poſſum. Judicium de meo conatu eſto penes lectorem, veritatis divinæ amantem.

§. 2. Si ſingula rerum geſtarum Davidicarum momenta intueamur, conſenſionis fraternæ globus fuiſſe disjectus adparet per Abſolomum, qui fratrem Ammon ob inceſtum, ſorori Thamar inlatum, e medio ſuſtulit. 2. Sam. XIII. 28. 33. 39. Funeſta

tation de David. At alterutra vox eſt gloſſema, e margine inſertum.

(d) In Quæſtione, quæ ſubjecta eſt Claſſ. VIII. Faſc. II. p. 360.

Digitized by Google

sta erat illa inteſtina clades, qua regalis familia conlidebatur, adeo ut Davides luctum non poſſet cohibere, & Abſolom fuga & exſilio voluntario triennii ſibi conſuleret. אחים ſunt fratres germani, ſi vocem ſtricte ſumas, quod omnino faciendum eſt, niſi rationes circumſtent, quæ pro alio ſignificatu militant. Satius fuiſſet, fratres non invicem exarſiſſe in propria viſcera. Igitur David emolumenta divina concordiæ fraternæ tantopere prædicat, ut liqueat, quam vehementer diſcordiam illam & inde propullulantia mala deteſtatus ſit.

§. 3. Adſpice ipſam *Pſalmi* paraphraſin, quem *Odam* ᾠδὴν πνευματικὴν adpellare ſuo jure poſſumus. Dicitur autem שיר המעלות *cantio graduum*, non quod in V. gradibus, quibus ex atrio virorum in atrium ſacerdotale templo in ſecundo nitebantur, decantata ſit, ei enim aberant templo primo. Judæi conſueverunt illos gradus ubique heic intelligere, ſed perperam. Exiſtimavi aliquando, inſtrumentum denotari Muſicum, quod fidibus ita adornatum fuerit, ut manus Muſicorum adſcendere & inſigniter in altum plerumque ab imo ad altum ſonitum digiti attolli debuerint. Panduram habui in animo vel ſpeciem majoris chelyos, quæ triſtem & lamentabilem ediderit ſonum, propterea quod cantica, quibus מעלות præfixum legitur, calamitates de-

Digitized by Google

lineasse videntur. At quia conjecturæ meæ nondum solidæ subsunt fundamenta, id nemini persuadere laboro. Multa restant in Musica veterum, quæ fortassis occulta nobis manebunt ad finem sæculi. Nonnulla tamen detexi, &, quia multum studii olim Musicæ & libris monasticarum cantionum cujusque ætatis insumsi, spes me habet fore, ut notas symphoniacas, quibus duo volumina Musica Nortkeri ex Sæc. IX. conscripta sunt, quorum alterum est in Academica Bibliotheca Juliæ veteri, alterum possidebat olim Gerhardus a Mastricht, enodare valeam, si per locorum temporisque intervalla liceret. Psalmi Davidici in orbe Christiano semper resonuerunt, & Christiani a Judæis assumpserunt originem & ritum illos decantandi, quare Monachorum libri Antiphonales adminiculum præbent, penetrandi ad versuum & cantionis quasdam rationes exponendas. Dicitur Psalmus hic לדוד *Davidi inspiratus*, ob causam & auctorem non ignotum. *Ecce, quam bonum est*, inquit Hieropsaltes, *& quam delicioſum, habitare fratres* non solum in iisdem ædibus, sed *etiam* ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὁμοθυμαδὸν *simul* eodem animo concordi. Illa concordia est tam sacra & emolumenti divini plena, ut *oleum* e variis lectissimisque speciebus paratum, quo Pontifex magnus inungi solet, *quod de-*

scen-

ſcendit ex fronte per modum X. uncta (e) *ſupra barbam*, *barbam* inquam *Aharonis*, *quod deſcendit in oram veſtimenti ejus*. Et illa concordia tam amœna & ſalubris, *ut ros Hermonis*, *qui deſcendit in montes Sion* intra Hieroſolymam tres, immo ſeptem, ſi Acra, Ophel, Moriah & Bezetha connumeres, erat enim Hieroſolyma ſepticollis Apoc. XVII. 9. & multi circa Hieroſolymam montes. (f) *Namque* ibi conſtituit Numen benedictionem illam, ex rore Chermonis profluentem, *ad annos & ad perpetuitatem*.

§. 4. In varia abeunt Interpretes, quos conſului, anxie ſcrutantes, quomodo ros Chermonis in montes Zion deſcendere potuerit. Evolvi illos, ne actum agerem, ſed novam plane me vidi tenere ſententiam eamque minus violentam. Poſui igitur ejusmodi fundamenta, quæ nativa & minus coacta ſunt. Primum nil muto in litteris vel vocibus, ut ingenioſe fecit Hadrianus RELANDUS, qui Montem שאון ad Tabor ille intelligit in *Paleſtina*, cujus ros eſt decantatiſſimus Maundrello. Vide *Paſt.*

(e) Miſchnah in כריתות c. 1. שמן המשחה §. 1. memorat, & Gemara addit, quod כמין כי per modum X facta ſit. Olim vero x, erat duplex כ *Caph*, unde non repugnant, qui figuram Caph, unctioni tribuunt, quod notandum eſt contra Vitringam.

(f) R. Salomo in h. l. הרים סביב לה *montes erant circa illam*.

Digitized by Google

last. L. I. c. 49. p. 325. Rationes ejus sunt 1) quis fando audivit, rorem, qui montem aliquem occupat, ad alium montem, qui centum milliarium Romanorum spatio inde abest, dici descendere? Resp. Ros ille, qui descendit in montes Zionis, non dicitur occupasse & descendisse in Hermonem, sed dicitur יטל חרמון *ros Chermonis* i. e. qui producitur in Chermon. Modum vero illius descensus infra doceo, nec video causam, cur καθυφεσιν heic adpareat. 2) Ros ille descendit ex loco altiore in humiliorem, sed ipse Tzion erat mons excelsus: Resp. Chermon erat altior, tam ob nivem æstivam, quam ei Hieronymus in Onom. *Aermon* tribuit, quam ob descensum Jordanis. 3) Tzionem fuisse unum montem. Resp. constabat tribus montibus seu collibus, ut Ebræi testantur. 4) Montem nivosum, & de æstate nive tectum incredibile est rorem gignere, erat enim Chermon מור תלגא *mons nivis* ideo dictus, ut adparet ex Targ. Num. XXXIV. 8. Deut. IV. 48. Resp. Eo major roris adfuit gignendi copia. 5) Est urbs, haud procul Tabor, in tribu Isaschar, Jos. XIX. 17. שיאון intelligenda. Resp. Id fieri non potest, textu salvo & incolumi. Præstat enim ignorantiam fateri quam ense critico uti in sacris vinetis. Deinceps *montes Zionis* retineo in propria significatione, & ipsum Chermonem majorem, frigidum & rore uberrimum. Non repe-

Digitized by Google

repeto tertio כטל, ut fecit R. Salomo Ben-Melech & Interpretum bene multi. Ineſt enim ipſi ſacræ ſcripturæ ſatis perſpicuitatis, ſi eam velimus fidenter ſequi nec a turba commentatorum per avia ferri. Oſtendo etiam modum nativum & ſimplicem, quo ros Chermonis i. e. in Chermon conlectus, condenſatus & genitus ad montes Zionis deſcenderit, qui utique uti ex Jordanis delapſu intelligitur, fuere inferiores editiſſimo Chermone. Recenſio variarum ſententiarum huc non transſcribetur. Eſt enim ſpecies incognitorum rei litterariæ peccatorum, eadem centies reponere, recenſione utiles ſepelire libros & bibliopolas avidos refercire, ut mercatores caro pretio eamdem rem centies debeant emere & crumenas evacuare in caſſum. Sed manum de tabula. Meditatur enim hanc tractationem Hoſpes meus olim venerandus, Licentiatus S. Th. *Sylveſter* TAPPENIUS, Hildeſienſium ſacerdos literatiſſimus. Quare ut ad rem veniamus, repetendum eſt ex eis, quæ huic Bibliothecæ Claſſ. VII. Faſc. IV. Art. 5. p. 630. ſqq. inſerenda miſi, & quæ Doctiſſimus addidit Art. 6. p. 638. ſqq. *Juſtus Martinus* GLAESENERUS de *Sammiel*, Palæſtinæ nocivo. Non tamen diffiteor, me non ubique conſentire cum Glæſenero, ſed notum me intelligere ventum, quem ille per curum expoſuit. Ventus ſic

Digitized by Google

le nocentissimus urit vehementissime, horaque nostra circiter octava ingruit, cum solis æstu crescit, in meridie fervidissimus est, & nocte sensim adpetente remittit, præcipue Junio, Julio, Augusto, ac Septembri mensibus, quibus ideo ros nocturnus, maxime in Palæstina, pro refrigerandis herbis, admodum est necessarius. Causa ejus venti ex calore solis propioris & accedente sulphure terrestri derivanda est. De venti illius turbine sermo est in *Alcor. Sura* XLI. v. 15. (g) Judæi eum vocant טבוח i.e. mactatorem, &, quod pridie Pentecostes in solitudine Arabica invaluerit, ut omnes perimeret, ni legem Mosaicam libenter admisissent, perhibent. (h) Ut vero sensim sol occidit, ille æstuosus ventus cessavit. Aër enim condensatus æquilibrium turbavit succedens in austrum, adeo ut ex eadem causa, præeunte J. Clerico in Physicis perpetuus eurus sub Æquatore, scilicet ex eadem condensatione & frigore, repetendus sit. Ventus utique est æquilibrii aëris turbatio, eaque vel ex subtili æstu & dilatatione, vel a condensatione & frigore oritur. Ubi igitur calor, sole occidente, cessavit, aër sensim est condensatus graviorq; factus, ideoq; in loca, quæ

(g) Jer. XIII. v. 24. רוח מדבר *ventus deserti* dicitur, quia inde in Palæstinam adventabat.

(h) Minhagim fol. m. לז. col. 2. Buxtorf. in *Synagoga Judaica* c. 20. p. 442. & in Lexico Talmudico sub voce שומה.

Digitized by Google

quæ diductione austri subtiliter expansa fuerunt, idem successit & ruit. Exemplum ejus rei hygroscopia quotidie præbent. (i) In frigore deinceps exhalationes etiam quotidie oriuntur eoque graviores, quo densiores sunt. (k) Vapores illi, quando condensatur aër, propius mutuo accedunt, ideoque gravitatem aëris specificam superant & prægravant, & quia ex mutua propinquatione confluunt, gravitate sua ruunt (l) terramque humectant. Si igitur loca sunt calidiora, pruina inde non gignitur, sed fluidæ guttæ decidunt humi. Quodsi proinde de vespera & nocte gravior aër septemtrionalis subtiliora minusque densa aëris loca (m) premit & explet densitate, ros cum aëre moto defertur versus austrum. Interdiu hoc fieri non poterat, quia spærulæ æthereæ ab ignea solis superficie excitatæ celerrime & continuo aërem pervadebant, diducebant & majori elasticitate (n) instruebant, vapores adhæc in subtiliores partes dispergebant. Sublata vero de vespere & nocte illa elasticitatis causa aër coit & aura gravior pellit subtiliorem & minus gravem, eam-

(i) Conf. *Physicam* Christiani *Wolffii* c. III. §. 206. 207. p. 288. sqq. & *Aërometriam* c. 6. §. 177.
(k) Conf. ejusdem *Physicam* c. V. §. 250. p. 341. sq.
(l) Conf. ejusdem *Physicam* c. VI. §. 271. p. 366. sq.
(m) *Elementa* Ejusd. *Aërometriæ* c. 6. §. 175. p. 774.
(n) l. c. c. V. §. 137. p. 763.

Digitized by Google

eamque comprimit. Mons Chermon igitur, quia fuit elatus & frigidus, vaporibus terrestribus & marinis supernatantibus gravidissimus, condensationis aëris in Palæstina causa fuit palmaria, cujus rores etiam Orontem, Eleutherum & Jordanem generant. Quid igitur proclivius est judicatu, quam mensibus fervidissimis noctu rorem Chermonis ad austrum fuisse perlatum, & Palæstinam, ac eum sitientissimas Zionis sicitates quaqua versum humectasse? Quod Hieropsaltæ ea mens fuerit, facile adseritur 1) ex rei ipsius veritate; 2) ex similitudine olei a summo ad ima pergentis, moti, ac defluentis; 3) ex retenta vocum nativa significatione; 4) Ex roris istius saluberrimi aptissima comparatione cum salubritate concordiæ fraternæ; 5) Ex Absolomi natalibus, cujus mater ex Gessur orta erat, quorsum ipse Absolom, peracta cæde, confugiebat, qui locus ad Chermonem erat situs. En aptissimam & significantissimam similitudinem. Judicent, qui emunctæ sunt naris & sensuum in sacris exponendis exercitatorum.

§. 5. Possem heic conquiescere, nisi usquequaque expositio mea foret munienda. Id non solum. τῷ μανάδῃ Relando, sed etiam aliis alienum videri potest, quod יהוה צִיּוֹן *montium Zionis* injiciatur mentio. Ut vero montes proximi denominari solent ab ipsis op-

Digitized by Google

oppidis, ita mons calvariæ & oliveti, ut remotiores taceam, merito montes Zionis dici possunt. Quoties etiam Zion Hierosolymam, & συνεκδοχικως omnem Palæstinam notat? *Reditus Judæorum* e Babylone a vatibus divinis delineatur, ut is *in Zionem* faciendus esse dicatur. (o) Hierosolyma diruta vocatur Zion, (p) & ipse mons Acra 1. *Macc.* I. 35. Ut vero hæc omittam, suadent alia, quæ ad scopum propius conlineant. Tradunt enim scriptores tum Ebræi tum Christiani, qui medio ævo Judæam lustrarunt, montem Zion proprie constare tribus collibus, uno magno & altissimo, & duobus parvis. Inde enim Ebræi docent, Hierosolymam insitam fuisse septem collibus. (q) Altera difficultas in eo consistit, quod Chermon non adpareat esse roridus ob nivem æstivam ei incubantem. Sed quod ubique & perpetuo per æstatem nix Chermonem texerit, nondum in aprico est. Quin potius, ubi rariores sunt pluviæ, rores fluvios gignunt. (r) Quocirca Chermon fuit rore uberrimus, quia ex Panio, vertice ejus editissimo, Jordanes continuo flumine profluxit perennique unda. Jordanes vero

(o) l. c. c. V. §. 149. p. 766.
(p) Es. LII. 1. 8. XXX. 19.
(q) Thren. I. 4. IV, 2. V. 11.
(r) Liber *Tanchumim* fol. 52. col. 3.
(s) Wolfii *Physica* c. XI. §. 345. p. 507.

Digitized by Google

vaporibus gignendis largissimus rore totam Judæam irrigavit, ejusque interventu Chermon toti Palæstinæ fuit salúbris. Non dubito igitur, quin potissimæ difficultates sublatæ sint, quas objici mihi potuisse præsenseram. Proferant rectiora, qui valent.

IV.

M. JO. STENGELII,

Ulma-Suevi.

Dissertatio Philologico-Theologica

De

Duplicis Domini Nostri Jesu Christi statu EXINANITIONIS & EXALTATIONIS

Vestigiis obviis

In Jesaiæ LII, 13. (LIII, 1.)

הנה ישכיל עבדי ירים ונשא
וגבה מאד:

SUMMARIA.

Cap. I. Philologicum. §. 1. B. Lutheri, hujus loci versio, modeste notatur. §. 2. quæ nostra circa eundem

dem mens sit summatim indicatur, §. 3. de particula הנה. §. 4. de nomine עבד, ejusque varia, variis impositione. §. 5. de verbo ישכיל & ejus triplici significatione §. 6. de verbo ירום §. 7. נשא hujusque triplici notione. §. 8. de verbo גבה, & duplici ejus significatu. §. 9. de particula מאד, pluribus differitur. §. 10. Versio nova hujus commatis suppeditatur. Cap. II. Theologicum. §. 1. Dictum nostrum agere de Messia, probatur. §. 2. Hoc dictum de Exaltationis tantum statu agere admitti non posse, monstratur. §. 3. Vocabulum עבד & ישכיל & §. 4. verbum ירום ad statum Exinanitionis: §. 5. Cetera verba ad statum Exaltationis, pertinere; docetur. §. 6. Argumenta à contextu desumta, indicantur: §. 7. Contextus ipse totius Cap. LIII. indicatur. §. 8. Paraphrasi hujus dicti, dissertatio nostra, clauditur.

CAP. I.

Philologicum.

§. 1.

OMnium horum verborum tenorem, B. noster D. Mart. LUTHERUS, Germanus alias Sacrarum Litterarum interpres, haud dubie accuratissimus, in expositione, quam nobis reliquit Germanica, non satis expressit, cum LXX. interpretibus, eadem, ut credo, ita reddens: Siehe mein Knecht wird weislich thun und wird erhöhet, und sehr hoch erhaben seyn: Quemadmodum enim ut plurimum magis de sensu accurate, quam verbis superstitiose exprimen-

Digitized by Google

primendis sollicitum fuisse, Exegetam sui temporis ad stuporem usque diligentem, scimus; ita & h. L. magis sensum quam verba respexisse, ex ipsa versione concludimus, nec sine causa dicimus. Ast vero plures alios cum in explicatione hujus dicti, secutos esse, vestigia plurima indicant. Quare ego pro viribus meis hac dissertatione elaborabo, ut scrutando hujus dicti verum sensum, eruam: quodque etiam feliciter me consecutum fuisse, quantum quidem licet, auguror.

§. 2. Animus igitur mihi est, ex hoc dicto, utriusque *Exinanitionis* puta & *Exaltationis status* vestigia, in Vet. jam Testamento de Christo Servatore nostro præsignificata, docere. Ne tamen putes B. L. ac si novi quid dixisse mihi videar, siquidem & ab aliis jam observatum fuisse interpretibus, de Exinanitionis & Exaltationis statu h. l. agere bene scio; sed id saltim agam ut distinctius probem, quænam ad priorem, quæve ad posteriorem statum indicandum verba pertineant: Videbis enim illos, tria posteriora verba, נשא ירום & גבה ad exaltationis; me vero prius illorum ad exinanitionis ejusque ultimum gradum mortem puta in cruce passam, probandum, retulisse. Quod ut eo clarius omnibus pateſcat, secundum artis Philologicæ regulas, totius commatis verba, perscrutabor.

§. 3.

§. 3. Primum itaque hujus Jesaiani dicti vocabulum, הנה *Ecce*, rei mirandæ, gravis & insolitæ prædictionem notare, ex contextu liquet, quando ut ad novum, de statu futuri Messiæ vaticinium, accuratius attendant, Propheta auditores suos admonet. Quo sensu & in VII. ejusdem Prophetiæ Cap. de plane admiranda Servatoris nostri in utero virginis Mariæ conceptione, & quidem v. 14. : הנה העלמה הרה *Ecce virgo quædam concepit :* accipitur. Et Propheta quoque Zacharias, Cap. IX. v. 9. futuri Messiæ ad redimendum genus humanum, Hierosolymitanum adventum prædicens: הנה מלכך בא לך *Ecce Rex tuus venit ad te :* usurpat. Non est ergo cur diutius in particulæ hujus expositione morer, quin potius statim ad alterum, subjectum de quo h. l. sermo est, indicans vocabulum, ejusque analysin progrediar.

§. 4. Dicitur autem עבדי *servus meus :* Hujus vero vocis in Sacris Litteris varias significationes ut omnes adducam, tantum mihi laborem facere nolo. Missis ea propter iis quæ de *Prophetis* partim *in genere*, uti 2. Reg. IX. 7. partim etiam *in specie de Mose*, qui fere κατ' ἐξοχην Dei servus, innumeris in locis, quæ inter imprimis Num. XII, 7. notari meretur, vocatur : nec non etiam *de Jesaia* in Cap. XX, v. 3. ejusdem Prophetiæ. Quæ *de Regibus* & quidem tam *piis*, ex. gr. de *Davide* sæpius

sæpius, quam *impiis*, uti de *Nebucadnezare* Babylon. Rege, qui, (sine omni controversia, non quod ea quæ Deo placuere in vita suâ, quæ impia sane fuit, egerit, sed quod ad puniendos, Deo inobedientes Judæos, Divinum Numen eo usus fuerit,) servus Deus Jerem. XXV, 9. vocatur. Quæ *de Universo populo Israëlitico*, Jesa. XLI, 8. s. & Jerem. II, 14. Quæ *de hominibus piis*, quemadmodum de *Jacobo Patriarcha*. Hesechiel. XXXVI, 35. aliisque, nec non *de Jobo* Cap. XLII, 7. &c. dicuntur: solam illam quæ *de* servo Dei, optimo Domino nostro *Jesu Christo Messia*, valet, huc refero. Possem equidem plura parallela loca addere, si non pondere magis quam numero pugnare animus esset, sed optima saltim eaque inter se collata, notabo. Sic Jesa. XLII, 1. dicitur: הן עבדי אשר אתמך בו: *En servus meus quem sustento*: quæ sane verba de nullo alio quem Christo, qui μορφην δουλου *formam servi*, fatente Paulo ad Phil. II, 7. cum humanam naturam assumserit, ultro elegit, intelligenda sunt. Ne quid dicam, quod totus hic Esaianus locus, Matth. XII, 18. â Deo Patre ipso, hisce verbis: ιδου ὁ παις μου, ὁν ἡρετισα Christo filio, applicetur, utque adeo nullum dubium restet, cur non hanc vocem ad Christum referamus. Sed quomodo & sequentia verba exponenda sint, porro videbimus.

§. 5.

§. 5. Verbi שכל iterum varias in scripura S. notiones observamus: quarum una coincidit cum significatione צלח atque idem est ac *provide & prospere agere*: altera vero *alios instruere atque prudenter reddere*, significat. Priorem explicationem affirmat Eduard. LEIGHIUS in Critic. Sacra, voce שכל sequentibus: *Non modo prospere verum etiam provide aliquid agere significat: ob id fortasse, quod quæ temere suscipiuntur, plerumque in adversam partem cadunt: quæ rursus consulto fiunt, secundos ac latos eventus habent, ut recta consilia cum secundis successibus minime male conjungantur.* Hujus significationis exemplum ex 1. Sam. XVIII, 14. desumo, ubi de Davide, summam imperii tum exercitus Saulis Regis Israëlitarum, tenente pronunciatur, quod fuerit לכל דרכו משכיל *in omni suscipienda re prudens*: & v. 15. dicitur, eum משכיל מאד *prudentem valde fuisse*. Scio equidem plurimos Exegetarum verbum שכל h. l. per *secundari s. prospere agere*, idque specioſe admodum, exponere: sed quid si; dicamus, utrumque significatum quam optime simul hic stare posse: ille enim, quemadmodum modo ex LEIGHIO audivimus, qui prudenter omnia suscipit, vix aliter quam feliciter & ex voto ea ad finem etiam perducere potest. Hac eadem duplici significatione sæpius & alibi invenire hanc vocem, facile ex pluribus locis probari possit: Unius saltim ad-

hu-

Digitized by Google

huc ex Proverb. Salom. & quidem Cap. XXI. v. 20. defumti loci, mentionem injiciam. Ibi vero משכיל על דבר *prudenter agens rem suam*, dicitur *invenire bonum*. Non enim dubito (etsi alii vocem משכיל *attendentem*, interpretentur, דבר vero *de verbo Dei* intelligant) affirmare, Salomonem in hoc versu interroganti, quomodo quis fieri vere beatus possit? respondisse: si prudens quis sit in actionibus suis, invenire eum bonum, & si confidat in Deum, fieri illum felicem imo beatum. Restat vero ut & alterum hujus vocis notionem addam, qua *alios erudire & prudentes reddere* significat: Exempla ejus plurima in sacris litteris deprehendimus, evolvamus modo Psalm. XXXII, 8. & Prov. XXI, 11. in priori loco verba: אשכילך ואורך בדרך זו תלך *Erudiam te & luxero in via quam ibis:* in posteriori vero: בהשכיל לחכם יקח־דעת *Instruendo in sapientia scientiam* (stultus) accipit: reddenda sunt. Ne quid dicam, quod vox משכיל uti in cit. Psalmi inscriptione, sic & in duodecim adhuc aliis eorundem titulis, *instructionem s. odam Didascalicam*, notet: Prouti Daniel. XI, 33. verba: משכילי עם *informantes s. informatores populi*, recte vertuntur. Quod si vero quæras locum in quo tres hactenus notatas significationes simul deprehendere possis, talem me invenisse puto in Proverb. Salomonis XIV, 35. ubi dicitur

quod

huc ex Proverb. Salom. & inter XXI. v. 28. defuncti loci. mentem ejus. Ibi vero אנשׁ שׁמע ad rem suam, dicitur attentus enim dubito (etsi alii vocem שׁמע interpretentur, ut verum intelligant) affirmare, Salomonem verso interrogandi, quomodo quis re beatus possit? respondisse: is quis sit in actionibus suis, inventu nam, & si confidat in Deum, fe licem imo beatum. Restat vero rum hujus vocis notionem ad alios eruditos & prudentes redu Exempla ejus plurima in sacris prehendimus, evolvamus mod XXXII, 8. & Prov. XXI, 11. in verba: מלך מאזן בדרך א חלך ambe & lux ero in via quam du ri vero: ועתה לחכם יקח דעת in sapientia scientiam (stultus) accipi du sunt. Ne quid dicam, quod uti in cit. Psalmi inscriptione, sicut decim adhuc aliis eorundem titulis, Eruditum s. eodem Didascalicum, notat Daniel. XI, 33. verba: עם מבינים rites s. informatores populi, recte vert Quod si vero quæras locum in quo etenus notatas significationes simul dispo dere possis, talem me invenisse p Proverb. Salomonis XIV, 35. ubi

quod עבד משכיל *Minister prudens*, Regi placeat: Jam quis nescit: Regio ministro non solum incumbere suis quæ ipsi injuncta sunt officiis prudenter fungi, sed etiam ab illo requiri, ut qui sub inspectione ejus vivunt, de rebus suis gerendis, ab ipso quoque instruantur atque informentur: Talem si sese præstat, neq; de felicissimo ac prospero omnium suarum actionum successu, desperandum erit: quapropter optime verba עבד משכיל reddimus: *Ministrum qui prudenter officio suo fungitur, suosque fungi docet, felicissime rem suam agere, & Regi suo placere.*

§. 6. Sed ad verbum ירום quod jam sequitur, me converto. Hoc vero generatim *extollere aliquid* significat, ubi innumera loca id testantur, deinde *ex loco inferiori ad superiorem* s. eum in modum ut ê terra remotum corpori cuidam superimpositum, attollatur, usurpatum legimus: Itaque in Gen. VII, 17. de arca Noæ, quæ multiplicatis aquis sic de terra sublata erat, & aquis superimpositа maneret: eodem fere sensu legitur Psalm. LXI, 3. ubi David Deum, ut בצור ירום *in rupem ipsum deferat*, precatur. Eundem significatum & h. l. verbum רוכב habere, infra dilucidius monstrabimus.

§. 7. Verbum ירום excipit verbum נשא

Digitized by Google

cujus de notionibus jam quoque sollicitus ero, quæ cum variæ sint (quas LEIGHIUS l. c. h. v. annotavit, quas inter notissima est *extollere*) eas saltem commemorabo, quæ ad nostrum laborem faciunt & præsentem locum, parallelum agnoscunt. Nolo autem in adducendis locis tempus & chartam perdere, eas attamen eligam, quæ huc stricte facere mihi visa sunt. Has inter numero præprimis notionem, quæ *â stirpium progerminatione* desumta est, qua crescentes plantæ in sublime feruntur atque consurgunt, quæ significatio transitive deinde etiam de quacunque productione adhibita deprehenditur; exemplo nobis esse potest Ezech. XVII, 23. ubi de arbore dicitur, quod נשא ענף *producat ramum*, qui antea adhuc in abscondito erat atque invisibilis. Huic aliam subnecto, quæ ad nostram magis quam inquirimus notionem accedit, qua aliquid *absconditum ex inferiori* quadam *parte producere* judicat. Hoc sensu Propheta Amos IV, 2. eodem verbo usus est, de graviter in Deum peccante populo dicens: quod juraverit Deus, venire tempus super Israël, ונשא אתכם באנות ואחריתכן בכירות דוגה: *quid producere-mini vos* (Israëlitæ) *hamis, & posteri vestri hamis spinarum instar pungentibus, piscium.* Jam vero cum ex infimis aquæ fundis pisces hamo protrahantur, nemo negare poterit, נשא etiam *corporis in terra s. sepulchro inclusi jacen-*

rum de notionibus jam exce-
ero, quæ cum variæ sint (quas
L. de h. v. annotavit, quas inter
eruditi) eas illitem commenta-
nostrum laborem faciunt & prolix-
cum, parallelum agnoscunt. Ne
in adducendis locis tempus & dis-
dere, eas attamen eligam, quæ
facere mihi visa sunt. Has inter
proprimus notionem, quæ à ferra
mentatione desumta est, qua creber
te in sublime feruntur atque cu-
quæ significatio transitive denot
quacunque productione adhibita
dicitur; exemplo nobis esse pote
XVII, 23. ubi de arbore dicitur: ענף
ramum, qui antea
scondito erat atque invisibilis, fe
simo tecto, quæ ad nostram magis
quirimus notionem accedit, qua
sensu ex inferiori quadam pa
judicat. Hoc sensu Propheta Amos
eodem verbo usus est, de gravissi
peccante populo dicens: quod ja
Deus, venire tempus super Israel, qu
: הנה ימים באים נאם אדני יהוה
meus vos (Israelitæ) hamis, & pos
ferri hamis spinarum instar pungentibus.
Jam vero cum ex infimis aquæ fundi
hamo protrahantur, nemo negare pote
etiam corporis in terra s. sepulchro

tio productionem significare. Dubito anne & hisce tertiam quoque נשא notionem addam? quæ Jerem. LI, 9. in phrasi: נשא עד שחקים extollere usque ad nubes: cum an ad nostram aliquid faciat, valde dubitem: interim & tetigisse eandem non pœnitebit.

§. 8. Ultimum denique verbum restat, quo de servo Dei supra nominato dicitur, quod fuerit גבה exaltatus. Hujus verbi sensus admodum communis quidem est, ut crambem coctam recoquere me velle, si plura de eo adderem, videri possim. Verum ne hujus tantummodo verbi parallela loca omittam, eorum quoque huc imprimis pertinentia, tradam. Esto ergo primus ex Ezech. XXXI, 5. Ubi de arbore præ ceteris eminente dicitur: על כן גבהא קמתו מכל עצי השרה propterea exaltata est altitudo ejus super omnes arbores agri. Alterum ipse nobis suppeditat Esa. III, 16. ubi dum magnitudinem Gratiæ Dei gravissimis verbis describere annititur, similitudinem desumsit ab altitudine, qua cœlum à terra distat, dicens: כי גבהו שמים מארץ quantum distant cœli à terra: vel potius quo magis & multo sublimius collocati sunt cœli in altitudinem præ terra. Ex quibus locis adductis videre est, notare verbum גבה non solum extollere aliquid de terra, sed extendere suam latitudinem etiam ad cœlum usque, imo cetera omnia sua altitudine atque eminentia superare.

Digitized by Google

§. 9. Unicum adhuc supereſt vocabulum, idque in rei augmentatione adhibendum perquam tritum, ſcil. particula מאד, cujus ſignificatio tam lata eſt, ut de amplitudine, multitudine & magnitudine tam morali quam phyſica dicatur. Utrumque ſignificare mihi videtur, in primo quo in ſacris litteris extat loco, Geneſ. puta Cap. I. v. 31. quo opera à Deo creata atque producta, bona valde creatori & hominibus viſa fuere. Quia & aliquando ad augendam intenſionem, repetitum deprehenditur; Ut Geneſ. XVII, 9. והרבה אותך במאד מאד *multiplicabo te maxime.* Etſi vero noſtro h. l. eo modo non inveniatur expreſſe poſitum, plane tamen ſingulare obſervo, quod accentuationis rationem ſi habere volumus, ad tria adducta verba referendum eſſe videatur. Perſuadet id mihi poſitio accentus *Silluki* ſub particula מאד, ante ſe ſubdiſtinctivum minorem *Tibbcha* ſub voce נפשׁ habens: Adeo ut tria iſta verba ſeparatim & particula מאד ſeparatim, ita tamen exponantur, ut intenſionis particula ad tria illa verba quaſi poſita, repetenda ſit. Quo facto eandem particulam מאד per valde explices, eo quidem modo, ut vis & vehementia aliqua ſubinnuatur, velim, quod deinceps clarius in applicatione exponam.

§. 10. Sic explicatis verbis h. l. totum comma ſic transfero, *Ecce ſervus meus prudens, proſpere rem ſuam agens aliosque informa-*

Digitized by Google

§. 9. Unicum adhuc superest vocabulum, in rei augmentatione adhibitum, quam tritum, scil. particula מאד. Significatio tam lata est, ut de magnitudine, multitudine & magnitudine tum corporali quam physica dicatur, quæque significare mihi videtur, in prioribus sacris literis extat loco, Gen. I. Cap. I. v. 31. quo opera à Deo creata, producta, bona valde creatori & hominibus visa fuere. Quia & aliquando ad extensionem, repetitum deprehendo, Genes. XVII, 9. ויהוה יהוה ירבה אתו *explicabo te maxime.* Etsi vero nec modo non inveniatur expresse positum, ne tamen singulare observo, quod ad tionis rationem si habere volumus, addicta verba referendum esse v. Persuadet id mihi positio accentus particula מאד, ante se subdistinctivorem *Tiphcha* sub voce ראשו habet ut tria ista verba separatim & partim separatim, ita tamen exponantur, tensionis particula ad tria illa verba posita, repetenda sit. Quo facto particulam מאד per valde explices, dem modo, ut vis & vehementia ejus innuatur, velim, quod deinceps ejus applicatione exponam.

§. 10. Sic explicatis verbis h. l. comma sic transfero, *Eces servus meus . . . prospere rem suam agens, elevabitur, extolletur & sublimis erit valde.*

Sicut obstupuerunt super te plurimi, adeo inglorius erat aspectus ejus præ hominibus, & forma ejus præ filiis hominum, sic aspergere faciet gentes multas, præ eo continebunt reges os suum, quibus enim non narratum fuit de eo, videbunt, & quod non audierunt, animadvertent. Ita ego. Quæ ut ad Messiam referri possint, ostendam in Theologico.

CAP. II.
Theologicum.

§. 1.

GRammaticali itaque verborum valore indicato, analysi horum instituta & versione eorundem tradita, de sensu hujus commatis Theologico jam sollicitus ero. Nolo vero hic eum repetere errorem quem cum Judæis, Christianorum etiam quidam errarunt, vel saltim errare visi sunt, ea scil. quæ à Jesaia in hoc & proximis huic capitibus proferuntur, non de Messia Dei filio, sed de nescio quibus aliis personis intelligenda esse, somniantes, atque sensum Propheticum, in Historiam pessime detorquentes. Hujus autem exegeseos falsitas eo magis elucet, quo melius omnia hæcce vaticinia in Messiam Dom. Nostrum quadrant. Accedit ipsorum Judæorum confessio, atque testimonium, hoc ipsum Vaticinium de Messia explicantium. Instar omnium nobis sit Paraphrasis Chaldaica, verba nostra ita

προσφορᾶς : יצלח עבדי משיחא *Ete prospere aget servus meus Messias.* Sed non est cur diutius in hac eliminanda controversia morer, cum ipsa hujus dicti tractatio de rei veritate testetur, quare missis omnium aliorum explicationibus ad meam proferendam me jam accingo.

§. 2. Ast alia oritur quæstio, cum certum sit de Christo hæc verba agere, quid scil. de ipso in hoc commate prædicetur? Plurimi enim interpretum totum hunc versum vel ad Exaltationis solum statum, vel ad honores quibus Deus Pater filium suum genus humanum sanguine suo atque morte redimentem, præmii loco affecerit, vel sublimius ipsi nomen imponendo, s. potestatem ipsi attribuendo supra omnes potestates: uti id effatur Paulus ad Phil. II, 9. vel alio quolibet modo stet, referunt. Quam si admittimus hypothesin statuendum erit, denominationem τῦ servi adhuc in statu exaltationis Christo à Patre suo tribui, quod tamen persuadere mihi, plurimas ob rationes, non possum: Deinde nescio quid de verbo שכל fiat, nisi dicere velimus, ideo exaltatum, sive honoribus tantis affectum fuisse, quod prudentem se in omnibus sisterit. Denique si admittere velimus hanc interpretationem, valde dubito, num similis, qualis præsens esset, rei alicujus exaggeratio in sacris litteris inveniatur, quæ non

Digitized by Google

[illegible] : [illegible]
[illegible] servi mei Moſis. [illegible]
ci: cur dubius in hac eliminatione [illegible]
ſu maneret, cum ipſa hujus dicti [illegible]
de rei veritate teſtetur, quare mihi [illegible]
um alteram explicationibus ad hanc [illegible]
ferendam me jam accingo.

§. 2. Aſt alia oritur quæſtio, cum ſit de Chriſto hæc verba agere, [illegible] de ipſo in hoc commate prædicare [illegible] enim interpretum totum hunc [illegible] vel ad Exaltationis ſolum ſtatum, [illegible] mones quibus Deus Pater filium [illegible] humanum ſanguine ſuo atque [illegible] mentem, præmii loco affecerit, [illegible] minus ipſi nomen imponendo, [illegible] ipſi attribuendo ſupra omnes poteſ- [illegible] id effatur Paulus ad Phil. II, 9. vel [illegible] ſecunque modo ſtet, referunt. Quæ [illegible] minimus hypotheſin ſtatuendam [illegible] nominationem ut ſervi adhuc in ſtatu [illegible] tionis Chriſto à Patre ſuo tribu- [illegible] tamen perſuadere mihi, plurimas [illegible] nes, non poſſum: Deinde neſcio [illegible] verbo נשא fiat, niſi dicere velimus, [illegible] altatum, ſive honoribus tantis affec- [illegible] iſſe, quod prudentem ſe in omnibus [illegible] Denique ſi admittere velimus hanc [illegible] pretationem, valde dubito, num [illegible] qualis præſens eſſet, rei alicujus [illegible] ratio in ſacris litteris inveniatur, [illegible]

ſolum tribus diſtinctis verbis, idem etſi ſignificantibus, ſed addita inſuper particula את, rem unam exprimeret. Quare ut difficultates haſce evitem, circumſtantias textus hinc inde volvi, donec aliquam me inveniſſe explicationem putabam, quæ omnibus circumſtantiis conformis, in regulis bonæ interpretationis fundata, nec analogiæ fidei contraria eſſet.

§. 3. Perſuaſiſſimus ſcilicet ſum, duplicis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſtatus veſtigia, eaque diſtincta ſatis in Prophetæ ſermone deprehendi. Idque tam ex ſignificatione verborum, quam etiam ex totius contextus oeconomia mihi probatur. Primum igitur à verborum ſignificatione deſumtum argumentum quod attinet, ex hactenus eorum exhibita explicatione, aliquatenus jam patet, quod ut accuratius pateat, atque diſtinctius cognoſci poſſit, ad ſtatus ipſos applicabo. Sic vocabulum עבד ad exinanitionis ſtatum pertinere, nemo facile negabit: idque eo minus quo magis Paulum ipſum Apoſtolum aſſertorem habemus, qui ſupra jam c. l. expreſſe in eo μορφην δουλου ſtatuit, quod ἑαυτὸν ἐκένωσε, *ſe ipſum exinanivit*: eoque quidem tempore quo variis ſubjectus tentationibus atque nihilominus prudenter atque quoad ſpiritualia proſpere ſubinde in hac terra cum Judæis aliisque in quotidiana conſuetudine vivebat, atque auth-

entes

cates informabat, non solum in dogmaticis sed & in practicis s. moralibus, vitam prudenter, Deique præceptis conformem sectari. Hocce Propheticum Messiæ munus Jesaias noster sine omni dubio in verbo השכיל exprimit: cujus, jam in tenerrima ætate, duodecimum modo agens annum, extraordinaria signa, summa cum laude, Doctores inter, Luc. II. testante, Christus edidit. Ut de reliqua ætate, qua uti, sic & sapientia proficiens, Dei & hominum gratiam consecutus est, nihil nunc repetam. Utque adeo tota Messiæ in terris conversatio, quam gravissime atque emphatice in sola voce השכיל nobis delineetur.

§. 4. Vitæ cursum innocentissimum, tristissimum maximisque doloribus plenum mortis genus, excepisse, Evangelistarum & Apostolorum scripta unanimi consensu nos docent, & Propheta noster olim jam nobis prædixit. Id sane voce ירום innuit, exaltatus est enim Christus, in crucem, lignoque quod transversum extremo crucis prodibat (quod ex antiquitate clare admodum Jo. Mich. DILHERRUS in Tr. de *Cruce Christi*, descripsit) superimpositus, manibus pedibusque affixus, innocentissimam animam exspiravit. Talem sibi vitæ finem instare, ipse Dominus Noster Jesus Christus tam Nicodemo Jo. III. 14. καθως Μωσης ὑψωσεν τον ὄφιν ἐν τῇ ἐρημῳ, ὑψωθηναι δει τον υἱον

ctis inculcabat, non solum in doc-
fu, & in practicis (moralibus) ver-
cumer, [illegible] præceptis continue-
ri. Hoc Prophetarum Messiæ mi-
lus nobis: hic omni dubio in vera
exponit: cujus, jam in secretis
[illegible]ssimum modo agens animo, c
[illegible]ra signa, summa cum laude
res inter, Luc. II. testante, Christ
di. Ut de reliqua ætate, qua m
sapientia proficiens, Dei & homin
tum consecutus est, nihil nos
Utique ideo tota Messiæ in terris co
tio, quam gravissime atque emphat
la voce שכל nobis delineetur.

§. 4. Vitæ cursum innocentissim
simum maximisque doloribus
mortis genus, excepisse, Evange
& Apostolorum scripta unanimi
nos docent, & Propheta noster
nobis prædixit. Id sane voce רום
exaltatus est enim Christus, in cruc
gnoque quod transversum extremo
prodibat (quod ex antiquitate clare
dum Jo. Mich. DILHERRUS in Tr. de
Christi, descripsit) superimpositus,
bus pedibusque affixus, innocentiss
animam exspiravit. Talem sibi vitæ
instare, ipse Dominus Noster Jesus Chr
tam Nicodemo Jo. III, 4. καθως Μωσης
τον ὀφιν εν τη ἐρημῳ, ουτως ὑψωθηναι δει

ται ἀνθρωπον, quam etiam suis discipulis paulo ante mortem clarissimis verbis prædixit: ἐαν ὑψωθω ἐκ της γης, *quando sublimatus ero de terra*: Jo. XII, 32. quæ verba ipse Evangelista ideo Christum protulisse dicit: ut ostenderet, qua morte moriturus esset. Eo confidentius & majori jure hæc loca huc applico, quia eo verbo (ὑψοω) Christus in utroque utitur quo LXX. Interpretes verbum רום in loco nostro exposuere. Et sic horum verborum applicatione status Christi Exinanitionis vestigia haud obscura dedimus.

§. 5. Superest ut Exaltationis Messiæ status indicia ex dicto hoc probem: Faciunt huc vocabulum נשא & גבה, quorum illud *resurrectionem*, hoc sine dubio *ascensionem in cœlum* notat. Quod prius vocabulum scil. נשא attinet, notare illud ex abscondito quodam loco corpus aliquod producere supra jam docuimus, quod sane quam optime ad resuscitationem Christi applicatur: Christus enim & vi propria & à patre ex sepulchro magna cum majestate productus, & vivos inter positus est: Ipsius enim anima juxta Davidicam de Persona Christi, prophetiam Psalm. XVI, 10. & Petrinam ad Christum adplicationem Actor. II, 27. in *sepulchro non relinquetur & sanctus ille, corruptionem non visurus est*: Sequens autem vox גבה adscensionem in cœlum, forte & sessionem consecu-

Digitized by Google

secutam ad dextram Dei Patris notat, in summam enim altitudinem, supra omnes cœlos Eph. IV, 10. omniaq; quæ in terra sunt excedens, elatus est, quod Marc. XVI, 19. sqq. coll. Actor. I, 9. in suorum discipulorum præsentia factum esse, legimus. Quid denique de superaddita particula אתו putamus sentiendum esse, supra jam innuimus: Affirmamus idem & hic in applicatione, respicere nempe eandem tria posteriora textus verba, atque cuique vel augmentationem, vel vehementiam, vel excellentiam quandam addere, qua, auctor prophetiæ, ad crucem exaltationis; ex sepulchro productionis, & in cœlum adscensionis singulare quiddam indigitat.

§. 6. Sed restat ut alterum à contextu desumtum, priori jungam. Hic ante omnia pro concesso agnosco, duo hæcce capita LII. & LIII. Jesaiæ, de Messia futuro agere: Deinde C. LIII. à dicto nostro explicationem incipere, neque tres ultimos versus ad LII. Caput referendos esse, idque ex certissimis rationibus totus sum persuasus. Hoc vero inde probo, quia in LII. Cap. usque ad v. 12. inclusive, Propheta Dei nomine Novi Testam. Ecclesiam excitat, ut se ad adventum Messiæ præparet. Deinde gloria Messiæ paulo distinctius hoc eodem capite descripta, Personam ejus ipsam & quidem uti jam monstravi, secundum utrumque statum,

Digitized by Google

ſecutum ad dextram Dei Patris
ſummum enim altitudinem, ſupra
orius Eph. IV, 10. omnes quæ ar
excedens, clarus eſt, quod Marc. I
Sqq. coll. Actor. I, 9. in ſpectantibus
præſentia factum eſſe, legimus.
nique de ſuperadditis particulis nec
ſermonem eſſe, ſupra jam luculen
traximus idem & hic in applicatione
core nempe eandem tria poſtrema
verba, atque cuique vel augmentum
vel vehementiam, vel excellentiam
dam addere, qua, auctor propheta
cem exaltationis; ex ſepulchro pro
nis, & in cœlum aſcenſionis lau
dam indigitat.

§. 6. Sed reſtat ut alterum
ſumtum, priori jungam. Hic
Ego conceſſo agnoſco, duo hæc
& LIII. Jeſaiæ, de Meſſia futuro agen
C. LIII. à dicto noſtro explicationem
neque tres ultimos verſus ad LII. C
ferendos eſſe, idque ex certiſſimis
bus totus ſum perſuaſus. Hoc
probo, quia in LII. Cap. usque ad
cluſive, Prophetæ Dei nomine
ſtam. Eccleſiam excitat, ut ſe ad
Meſſiæ præparet. Deinde gloria
paulo diſtinctius hoc eodem capite
pta, Perſonam ejus ipſam &
jam monſtravi, ſecundum utrumque

in LIII. cap. delineatam proponit. Id ut clarius fiat Cap. LII. à noſtro textu initium ducentis, contenta inſpiciamus: Ex quibus facile quilibet intelliget, exhibere in eo Prophetam, eorum quæ in v. 1. continentur verborum, dilucidiſſimum commentarium.

§. 7. Vſ. itaque 1. Auditores ſuos, Prophetæ Sanctus, admirationis particula præmiſſa, ad attentionem excitat, ut qualis aliquando Meſſias, tam diu jam à pluribus deſideratus atque omnibus expectatus, futurus ſit, ex breviſſimis enarratis verbis diſcant: Sed quemadmodum id commune fere eſt atque ubique obvium in Prophetis, ut perſonam ſ. ſubjectum ad quod ſermonem proferunt mutent, ita & hoc capite mutata perſona Propheta ipſe, Meſſiam, de quo antea Deus Pater locutus erat, alloquitur, dicens, multos de illo, ob corruptiſſimam externam ſpeciem, qua multo inferior aliis omnibus videbatur, obſtupefacturos. Judæis enim plane alium Meſſiam majorique pompa adventantem, ſibi imaginantibus, Mariæ filium ſcandalum moviſſe Paulus 1. Cor. 1, 23. imo Chriſtus ipſe aliquoties fatetur. Pergit deinde Propheta, hanc ſervilem formam, ea tamen prudentia ornatam futuram, ut ipſimet ejus hoſtes, quos inter & Principes & Reges ſint, ejus prudentiam admirari, innocentiamque agnoſcere ex conſcientia convicti, publice cogerentur.

Poſt-

Digitized by Google

Posthæc Jesaias neglectum prædicati Evangelii notat, atque denuo humilitatem Christi, à plantæ similitudine desumta, depingit: Deinde cruenta nostra vulnera peccata puta (quibus mederi sua passione, ex summo erga genus humanum amore, voluerit) causam esse dicit, quare tam gravissimos dolores, susceperit. Quando porro v. 11. ex cœtu viventium illum subreptum esse dicit, mortem ejus indicat, addita simul consolatione maxima, generationis ejus non fore finem: v. 12. sepulturæ circumstantias enarrarat: Sequentibus vero commatibus gloriam Christi in & post resurrectionem futuram inque verbis נפשו & וגבר contentam, pluribus exponit.

§. 8. Nihil ergo supereſt, quam ut brevissimam hujus explicati commatis, uti supra versionem, hic jam paraphrasin addam. Esto vero illa sequens: Propheta scilicet Deus per os Prophetæ Ecclesiam Novi Testamenti sic alloquitur: *Attende ô Ecclesia Novi fœderis, olim plantanda, ad admirandum atque plane insolitum factum:* Ecce *filius meus unigenitus, naturam humanam assumendo, meamque voluntatem de redimendo genere humano implendo*, servus meus *factus*, prudentissime in hac vita aget, *& alios* informabit *de via Domini, atque* feliciter officium suum exercebit, *ast ab ingratissimis Judæis*

[illegible]: Jesus neglectum [illegible]
[illegible] atque demum humanam
[illegible] ignominiosa delatus, depo
[illegible] crucem nostra vitam pro
(quibus meden sua passione, et
erga genus humanum amore, re
cratum esse dicit, quare tan
simos dolores, subeperit. I
porro v. 11. ex coeta viventium a
regnum esse dicit, mortem ejus ex
dem simul consolatione munit, pos
nis ejus non fore finem: v. 12. C
circumstantias enarrant: Sequenti
communibus gloriam Christi in d
surrectionem futuram inque ven
rem contentam, pluribus expon

§. 8. Nihil ergo superest, quam
vissimam hujus explicati commen
supra versionem, hic jam paucis
dam. Esto vero illa sequens: Pro
potius Deus per os Prophetæ Eccle
vi Testamenti sic alloquitur: *Atten*
cibia Novi fœderis, olim plantanda, a
randum atque plane insolitum salum
jestas meus unigenitus, naturam humanam
mendo, meamque voluntatem de redim
more humano implendo, servus meus
prudentissime in hac vita aget, & a
formabit *de via Domini, atque felicem*
cium suum exercebit, ast ab ingratis

deis in crucis lignum extolletur, *mortemque atrocissimam subibit: Ast me te hoc affligat*, rursus ex sepulchro productus & supra omnes coelos *elevatus ad dextram meam* exaltatus est. *Idque omne non sine magna vi atque* vehementia. Hæc mea sunt de Vaticinio hoc Jesaiano cogitata, quæ altera vice (a) hinc inde immutata atque emendata, æquo tuo judicio, mi B. L. subjicio. Quæ ut in Dei gloriam tuique ædificationem cedant, ex animo precor.

V.

(a) Prima vice prodibat sub forma epistolæ ad Virum Sum. Reverend. Ampliss. atque Excell. Dn. *Dan.* RINGMACHERUM, Ecclesiar. Ulmens. Seniorem. Altorffi Noric. A. MDCCXIX. scriptæ.

Digitized by Google

V.

THEODORI HASAEI,

ad praecedentem dissertationem ANALECTA,

in quibus, cur & quomodo status ταπεινώσεως Christi, praesertim CRUCIFIXIO, vocetur EXALTATIO, ostenditur, & in loco Es. LII: 13. de utroque Christi statu agi, porro confirmatur.

SUMMARIUM.

Tribus in locis ταπεινώσεις Christi vocatur ὕψωσις. An id quoque fiat Luc. IX: 51. Quid ibi sint dies τῆς ἀναλήψεως? Ἀνάληψις est adscensio in coelum. §. 1. An huc pertineat locus Es. LIII: 8. §. 2. Unde Christi crucifixio dicatur ὕψωσις. An id fiat in allusione ad vexilla §. 3. Rationes illius phraseos indicantur. Quarum prima (1) petitur ex ipsa natura rei. Sine enim exaltatione nulla crucifixio locum habet §. 4. Quia (2) Christus vix aliter loqui poterat. Cur nusquam disertis verbis in V. T. Christi crux praedicta sit. Id enim facere Prophetae nec *potuissent*, vel si *voluissent*, nec *voluissent*, vel si *potuissent*. §. 5. Christus est usus voce נסקף, quae *exaltationis* quidem, sed & *suspendii* & *crucifixionis* significationem habet §. 6. In (3) allusione ad *serpentem* aeneum. Inprimis (4) ad *sacrificia* V. T. in quibus *quintuplex* exaltationis modus observatur. עולות, תרומות §. 7. Quod (5) Christi *exaltatio*

Digitized by Google

V.

THEODORI HASE

ad praecedentem differtationem ANALECTA,

in quibus, cur & quomodo [illegible] Christi, praesertim [illegible] FIXIO, vocetur EXALTATIO, [illegible]tur, & in loco Es. LII: 13. de [illegible] Christi statu agi, porro [illegible] firmatur.

SUMMARIUM.

Tribus in locis [illegible] Christi [illegible] An ad quoque [illegible] Luc. IX: 51. Quid [illegible] τῆς ἀναλήψεως? [illegible], et dicitur [illegible]. §. 1. An huc pertineat locus Es. LII: [illegible] Unde Christi crucifixio dicatur ὕψωσις [illegible] in aliis usque ad vesp. §. 3. Rationes [illegible] adducuntur. Quarum prima (1) petita [illegible] tura rei. Sine enim exaltatione [illegible] locum habet §. 4. Quia (2) Christus [illegible] poterat. Cur nusquam diserte [illegible] Christi crux praedicta sit. Id enim facere [illegible] nec potuisset, vel si voluisset, nec [illegible] potuisset. §. 5. Christus est usus voce [illegible] exaltationis quidem, sed & suspendii & [illegible] significationem habet §. 6. In (3) allusione [illegible] partem accenui. Inprimis (4) ad [illegible] quibus quintuplex exaltationis modus [illegible] שלח, נשא. §. 7. Quod (5) Christi [illegible] & humiliatio arctissime inter se conjunctae sunt. §. 8. Quod (6) Christus respiceret locum Es. LII: 13. Ubi utrumque statum denotari, quinam viderint? §. 9. רום habet notionem primo mortis & annihilationis, ubi עלה & סלק. Locus Ps. CII: 24. Ἀναληψις est mors. Tum (2) suspendii §. 10. Porro (3) Violentae sublationis. Rimmon. Tollere. Αἴρειν sumitur pro crucifixione §. 11. Objectioni Kimchii obviamitur §. 12. Totus verborum situs apud Esaiam docet, de Christi humiliatione ibi quoque sermonem institui. ישכיל quid sibi velit. §. 13. Comma 13. C. LII; exhibet summam omnium cap. LIII. dicendorum §. 14, 15. Diversi exaltationis Christi gradus per נשא & גבה distincte proponuntur. §. 16, 17. Sicut etiam id fit in aliis vaticiniis. Luc. XXIV: 44. sqq. Ps. XXII. p. 18. Inprimis confertur Phil. II: 9. sqq. §. 19. Alia exhibetur interpretatio. §. 20.

§. 1.

LOcis Joh. III: 16. & XII: 32, 33. quibus Christi crucifixio ὑψωσις nomine venit, aggregandus omnino est, qui apud eundem Evangelistam cap. VIII: 28 occurrit, Ὅταν ὑψώσητε τὸν υἱὸν τ ἀνθρώπ. Ad quae verba Augustinus (a) *Exaltationem dicit passionis, non glorificationis, crucis, non coeli: quia & ibi exaltatus est, quando pependit in ligno. Sed illa exaltatio humiliatio fuit.* Sed & alia adsunt loca, in quibus se eandem loquendi formulam deprehendisse viri docti visi sunt. Sic Luc. IX: 51. cum dicitur συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ΑΝΑ-

ΛΗ-

(a) Vide *Suicer. Thes. Eccl. pag. 285.*

Digitized by Google

ΑΝΗΓΕΝΕ *duxit*. Daniel HEINSIUS in exercitat. in N. T. ad h. l. existimat per ἀνάληψιν ejus πλεῶσιν & mortem significari. Sed nihil causae video, cur a receptâ versione hęic discedamus, quae de adscensione in coelum agi putat. Sane cum de illa agitur, ἀνάληψις vox tantùm non semper adhibetur. Sic 2 Reg. II: 11. de Elia dicitur ex versione τῶν LXX: Ἀνελήφθη Ἠλιοὺ εἰς τὸν οὐρανόν. Ita de Christo dicit Lucas simpliciter Act. I: 2. Ἀνελήφθη, *in altum receptus est*, quod Marcus C. XVI: 19. exprimit per ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανόν, & Paulus 1 Tim. III: 16. per ἀνελήφθη ἐν δόξῃ. Sic Christus a Luca Act. I: 2 dicitur ἀναλήφθη. & vers. 22. memoratur ab eodem ἡ ἡμέρα, ἧς ἀνελήφθη ἀφ' ἡμῶν, quam idem in nostro loco dixerat ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ, i. e. adscensionis in coelum. Unde & festum *adscensionis Dominicae* ἡ ἑορτὴ τῆς ἀναλήψεως & ἡ ἀνάληψιμος τοῦ Χριστοῦ πανδημος ἑορτὴ veteribus dictum est.

§. 2. Apud Esaiam nostrum occurrit pariter alius locus, quem huc quoque referri ab aliis video. Scribit enim Ludovicus CAPPELLUS in comm. ad Es. LIII. Cap. (b) vs. 8 *esse, quę non absurde hic observent voce* לקח *tacite innui genus mortis Christi, quo in crucem sc. sublatus est de terra. Vocem enim* לקח *hanc interdum habere significationem, ut significet tolli in altum*

(b) In ejus Operibus Amst. 1689. in f. impressis p. 49.

ARTYCIUS Diss. Daniel HEINSIUS in N. T. ach. L. existimat per ... & mortem significari. ... Cruce video, cur a recepti ... dicendum, quae de adscensione ... accipiatur. Sane cum de illa ... non tantum non semper adhae... 2 Reg. II: 11. de Elia dicitur ... LXX. ... Christo dicit Lucas simpliciter ... C. XVI: 19. exprimit per ... & Paulus 1 Tim. III: 16. ... I: 2 dicitur ... ratur ab eodem ... quam idem in nostro loco dixerat ... Unde & festum ... veteribus dictum ...

§. 2. Apud Esaiam nostrum occurrit alius locus, quem huc quoque ... aliis video. Scribit enim Ludovicus PELLUS in comm. ad Es. LIII. Cap. ... sic, quae non absurde hic observari videntur: ... mum; prima mortis Christi, qua in crucem ... Latus est de terra. Voces enim ... duas habere significationes, ... altum, ut 2 Reg. II: 11. *Viderique omnino illud confirmari ex dictis Christi* Joh. XII: 41. III: 14. *Id ipsum dici posse innui voce* ..., *quae usi sunt in hoc loco LXX. interpretes, quomodo & usurpatur* ... *Act. I: 9 ubi agitur de Christi adscensu in coelum.* Haec nihil aliud probant, quam ... notionem habere evectionis in altum, quo nihil est certius, nihil autem habent, quo in hoc loco ad exaltationem Christi in cruce respici, evincatur. Sed dabitur nobis propediem locus sensum hujus versiculi excutiendi diligentius.

§. 3. Sufficiant itaque nobis tria illa ex D. Johanne producta loca, ex quibus constat depressum Christi in cruce statum vocibus evectionem designantibus quoque significatum esse. Illius autem prima fronte inusitatae locutionis nunc rationes reddendae sunt. Sunt, qui primario heic respici putant ad vexillorum elationem, de quâ voces ... & ... adhibentur (c) Es. XV. 12. XLIX: 22. LXII: 10. Non infitias ivero & hunc respectum non esse excludendum, sed id fieri inprimis existimo, non tunc, quando agitur de Christi elevatione in crucem, sed de illa, quâ per verbum Euangelii praedicatus gentibus,

(b) In ejus Operibus Amst. 1689. in f. ... p. 49.

(c) Vide Martinii de ROA singul. T. I. L. I. C. I. A. *Boetiam* animadvers. sacr. L. I. c. 7. Jac. BRUCKERI diss. de *Jesu signifera in cruce exaltato*, quae est in *Miscell. Lips.* T. X. obs. 207. p. 99. sqq.

Digitized by Google

iis objectum fidei, venerationis, & cultus factus fuit.

§. 4. Quin alia nobis ad manus sunt, quae rem omnem in aprica collocare luce valent. *Primum*, (A) Ipsa natura rei docet cruci convenire ὑψωσιν. Illi enim infausto ligno qui affigitur exaltatur, &, tanquam σκάνδαλον conspiciendum praebetur omnibus, ut habeant reliqui, quod paveant. Unde vulgatum est crucibus tribui altitudinem. Artemidorus Oneiroc. L. II. c. 58. ΣΤΑΥΡΟΥΣΘΑΙ ἀγαθον τῷ πενητι, καὶ γαρ ὑψηλὸν ὁ σταυρὸς Bonum, ait, esse *pauperi si somniat se crucifigi*, cur? quia ὑψηλὸν ὁ σταυρὸς: quia, cum crucifixus sit factus sublimis, id ei evectionem significet. De Regulo SILIUS Italicus L. II.

vidi cum robore pendens
Italiam cruce SUBLIMIS *spectaret ab*
ALTA.

Inde crux Christi vocatur ὑψηλὸς *alta, sublimis* Nonno ad Joh. XIX: 28. Unde dicuntur *adscendere*; apud Prudentium σκάνδ. 5. Hymno X. vs. 461. *Crux illa nostra est, nos patibulum* ADSCENDIMUS. Uti e contrario, qui cruce liberabantur, dicuntur inde *descendere*. Uti Matth. XXVIII: 42. Ἐμπαίκται Christo ogganiebant; Καταβάτω νυν ἀπο τ. σταυ. Hinc putarunt quidam, licet minus apte, σταυρον dici ἐν τῷ εἰς ἀνω ἐξαθεῖν.

§. 5. Observandum autem est probe, (B) non potuisse fere aliter Sospitatorem nostrum

…is objectum fidei, veneratio…
…tatis sit.

§. 4. Quin alia nobis adhuc ma…
…rum unum in aprica collocare lu…
P…. Ipsa natura reclamat. …
…ere videor. Illi enim ridiculi …
…ari, exulantur, &, tanquam o…
…ctum, nobis praebent omnes …
…ant, qui quod parant. Unde …
…cti cruci tribui altissimum. Ita …
…us Orat. L. I. c. 8. CRUCIATUS …
…ς τὸ τιμιώτατον, καὶ μόνον ἐλευθέρων …
…ate, olim *puniri si quemvis* so…
…ὰ δούλους ἐκόντας: quia, quem …
…ht factus sublimis, id ei evectionem …
De Regulo SILIUS Italicus L. II.

. . . vidi cum robore pontes
Italiam crucis SUBLIMIS *ferre*
ALTI.

…ode crux Christi vocatur *triumphus* …
…mo Nonno ad Joh. XIX: 28. Unde …
…cendere: apud Prudentium *ebriu…*
X. vs. 461. *Crux illa nostra est, …*
ADSCENDIMUS: Uti e contrario …
liberabantur, dicuntur inde *descen…*
Matth. XXVIII: 42. Ἀφιέναι …
ogganiebant; Καταβάτω νῦν ἀπὸ …
Hinc putarunt quidam, licet mino…
tempore dici ἐπὶ τῷ ἐπὶ ἀρχῆς ἐκβῆναι …
§. 5. Observandum autem est pro…
non potuisse fere aliter Sospitator…

strum loqui. Mirum saepe cuipiam videri posset, quomodo fieri potuerit, ut, cum crux Christi sit unicum fidei, spei, consolationis, & gloriae nostrae fundamentum, unica scaturigo, in veteris instrumenti libris nusquam dicatur expressis & disertis verbis, *Messiam crucifixum* iri. Sed ejus rei rationes apertae sunt & idoneae. Nam divini vates id facere neque potuissent, vel si voluissent, vel voluissent, vel si potuissent. Non potuissent id facere, vel si voluissent, quia nullum in Ebraica lingua occurrit vocabulum, quo dirum illud atque infame crucis supplicium accurate exprimi possit, quod illud inter eos prorsus ignotum atque inusitatum esset. Neque voluissent id facere, vel si potuissent, quia alias nunquam talia vaticinia impleri, neque Christus adfigendus cruci fuisset. Quid enim? si apertis verbis de Messia dictum fuisset, *Is crucifigetur*: putas ne Judaeos tam vaecordes atque amentes futuros, ut tanto impetu Christum ad crucem rapi postulavissent? Verendumne illis merito fuisset, ne vel ipsi suis facinoribus confirmatum iviſſent Christi Messiatum, si eo supplicii genere eum affecissent, quo eum adfectum iri tam manifestis verbis indicaverant Prophetae. Id, sane ipsa ratio omnium prophetarum postulat, ut eventura annuntientur talibus verbis, quae prima quidem fronte non rem omnem aperte indicant, ita tamen, ut scrutantibus accura-

Digitized by Google

tius & ad omnia adtendentibus ea iis revera indicari, quae indicare debent, pateat. Quod si autem id unquam alias, ita certe circa praedictiones quae de Christi CRUCE agunt, omnino obtinet. Praedicta illa satis superque est passim, sed iis phrasibus, quae rem describerent potius, quam nudis verbis exprimerent. Ita cum dicitur *calcaneum ei perforandum, instar cadaveris tractandum, & manus pedesque ei perfodiendos, extensum iri, ita ut omnia ejus ossa dinumerari queant, perforandum enim summo dolore, ita ut mors sequatur, profanum, leprosum, maledictum habendum, exemplari poenâ afficiendum*, & quae sunt id genus longe plura quis non inde facili negotio terrimum omnium, diriſſimumque crucis supplicium esse accurate descriptum intelligat?

§. 6. Ad has phrases quoque adjicienda est illa, qua Christus ter usus est, σταυρωθηναι τον υἱον τοῦ ἀνθρωπου. Revocemus itaque nobis in memoriam vocem illam, qua Christum usum esse valde fit probabile, sc. נשא *tollendi, elevandi in altum*, ut patet ex Ps. CXLV: 14. & CXLVI: 8. Apud Chaldaeos autem eadem significatio *elationis* saepe quidem numero obtinet, ita tamen ut etiam pro poena suspendii capit ali sumatur, quod constat ex Targum Esth. VI: 4, VII: 10 & IX: 13. (d) quem-

(d) Observavit id jam pridem magnus BOCHARTUS Hieroz.

quemadmodum jam eo sensu venit Chaldaice Esdr. VI: 11. Hinc inter voces, quae notant patibulum, זקיפא quoque recensetR. Elias Levita in Thisbi suo p. 30. עץ שלתליה מתרגמין בשלש לשונות צליבא, קיסא, וזקיפא: *Lignum suspensionis* (id est, patibulum) *tribus vocibus Chaldaice explicatur* וזקיפא & קיסא, צליבא. Pariter R. Salomon ben Melech in סבלל יופי interpretatur עץ זקיף *arborem suspensionis* עץ לתלייה שיתלה עליו, *in qua suspendatur* violator mandati regii. Apud interpretem Syrum semel tantum in loco 2 Tim. IV: 14. habet ܙܩܦ *elevationis* notionem, at plus quam *quinquagesies* suspendii & crucifixionis, ut concordantiae docent. Immo nunquam de infami, quam Christus sustinuit, poena apud illum sermo est, quin semper, quantum observare potui, ea vox occurrat. Hinc uti Chaldaeis זקיפא, ita Syris ܙܩܦ Matth. X: 38. XVI: 24. XXVII: 32, 40, 42 & passim alibi crux est. Atque illâ, neque vix aliâ voce usum fuisse Servatorem nostrum, quoties mortis suae mentionem fecit, persuasum mihi est omnino. Neque solum haec ita dici potuit propter exaltationem, quae cum crucis supplicio conjuncta est, verum etiam, quod זקף,

Hieroz. T. II. L. III. c. 13. illustravit autem pluribus Vir multorum in rem literariam meritorum Christ. CELLARIUS in programm. Lipsi. a. 1689. editis progr. 5.

Digitized by Google

quae *incurvationi opponitur*, *notet extendere corpus, nervosque explicare* (Confer. Pf. XXII: 15, 18.) quod in crucifixione prorsus locum habet. 2. Si vera est observatio, quam Jacobus GUSSETIUS in *Commentario linguae* Ebraicae pag. 232. tradit. Cum itaque Christus Chaldaico - Syriaca dialecto uteretur, neque magis apud Chaldaeos, Syros, quam apud Ebraeos vox in usu esset, qua proprie & manifeste crucis exprimi supplicium posset, haud sane mirum est, si talem adhibuit vocem, quae simul & exaltationis & suspendii sive crucifixionis gaudebat significatiâ.

§. 7. Quae etsi plana sunt, & perspicua, aliae tamen etiam rationes hujus phraseologiae afferri possunt. (C) Ad suspensionem illam aenei serpentis in deserto à Mose factam a Christo alludi vulgatum est, & verbis Joh. III: 14. extra omnem dubitationis aleam collocatur. In primis autem (D) respici illa phrasi puto ad V. T. sacrificia, mortem Servatoris adumbrantia. In illis enim plus una exaltationis species locum habuit. Fiebant olim, ut plurimum in editis collibus vel montibus. (β) Templum ipsum Hierosolymitanum in editissimo situm erat monte, uti altare in editiore templi loco. (γ) Altaria in altum erecta erant, in quae vel gradibus vel tumulis in acervum congestis adscendendum erat. Sic ara aenea templi Salomonis alta erat cubitos decem, & inde altaribus datum est nomen

Digitized by Google

quae incertum ipsum, ut
certum, ac quae explicari (Cornel.
16. 15.), quod in crucifixione prin
haec. Si vera est observatio, qu
bos GUSSETIUS in Commen
Exercit. pag. 232. tradit. Cum
ctus Chaldaico-Syriaca dialecto e
decem maris apud Chaldaeos, Syr
apud Ebraeos vox in usu esset, qu
manifeste crucis exprimi suppo
haud sane mirum est, si talem anim
quae sumul & exaltationis & fixi
crucifixionis gaudebat significa

§. 7. Quae etsi plana sunt, d
aliae tamen etiam rationes huius
quae afferri possunt. (C) Ad
illam aenei serpentis in deserto al
a Christo alludi vulgatum est, & re
III: 14. extra omnem dubitationis
locatur. In primis autem (D) re
phrasi puto ad V. T. sacrificia, pro
varioris adumbrantia. In illis enim
exaltationis species locum habuit
ollim, ut plurimum in editis colliboc
tibus. (E) Templum ipsum Hiero
num in editissimo situm erat monte,
in editiore templi loco. (F) Altaria
erecta erant, in quae vel gradibus vel
in acervum congestis adscendebat
Sic ara aenea templi Salomonis altera
tos decem, & inde altaribus datum est

במות, quod Graecorum est βωμος, uti & hinc Latinorum ALTARE suam traxisse appellationem videtur. (G) Elevabantur praeterea sacrificia, quoties agitabantur. Inde holocausta à עלה dicta sunt עולות, quasi diceres, ὑψωσεις, *divaßarus*, docente id Kimchio מקריבן הזה כן למי שהיה עולה, כלו כליל על המזבח *Ita vocabatur sacrificium, quia totum quantum in altare adscendit.* Indeetiam ara tabernaculi possim vocatur מזבח העולה *ara elevationis*; sive adscensionis. Huc spectant etiam תנופות & תרומות, agitationes & EXALTATIONES sacrificiorum, quae מוליך ומבוא, מעלה, ומוריד *horsum, versum, SURSUM* & deorsum fiebant. Inde dicta sacrificia תרומות, à רום, quae eadem vox est, quam Esaias in hoc loco adhibet, quando de Messia dicit ירום. Denique (H) tota sacrificia, quanta, quanta erant, adscendebant in altum per fumum, qui sursum ferebatur. Ne nunc (I) loquar animalia, jugi sacrificio destinata, jugulataque detractâ cute ad latus altaris septentrionale columnis, in quibus unci ferrei haerebant, affixa & suspensa. Ne memorem (K) agnum paschalem quem veru transfixum in formam crucis in alto pependisse, retulit Justinus Martyr, aliique è gente recutita. Hinc sacrificia dicuntur ἀναφερειν, *in altum tolli* Ebr. XIII: 15. Et huc alludit Apostolus Petrus 1 Epist. II: 24. quando testatur quod Christus peccata

Digitized by Google

nofera ἀνηνεγκεν ἐπι το ξυλον, *sursum tulit, in ligno*, sc. tanquam in aram & quando ejusdem capitis vs. 5. fideles docet esse ἱερεμνημα ἐγειν ΑΝΕΝΕΓΚΑΙ πνευματικας θυσιας. Ejusque exaltationis sacrificiorum, in ara, & suspensionis in cruce una eademque ratio erat. Videlicet ut utrumque omnium oculis proponeretur εἰς ἔνδειξιν της δικαιοσυνης τε Θεε.

§. 8. His accedit, (E) quod tametsi, cum Christus infelici trabi affigeretur, ad imum τῆς ταπεινωσεως gradum descenderit, eopse tamen tempore exaltatus fuisse dici possit commode. Idque ob arctissimum nexum, mutuamque velut ἐμφαχωσεν, quae inter crucem ejus & gloriam intercessit. In cruce enim victor fuit, atque *Triumphator necis, & pallentis Averni.* Hujus scalae gradibus ei adscendendum erat in coelos. Fundamentum & causa futurae exaltationis erat ejus humiliatio extrema. Hâc viâ ad illam erat transeundum. Hâc ad illam jus sibi impetravit & meritum. Immo in hâc illius veluti symbolum & pictura quaedam conspiciebatur, ita ut qui in cruce elevatum Messiam cernerent, imaginem sibi quasi Messiae ad dexteram Dei mox elevandi cernere viderentur. Quam vilis enim & abominanda crux erat, tamen cum in ea penderet Rex gloriae, gloriae suae radios circumquaque spargebat. Erat enim & tunc REX, qualem vel invitus & invitus epigrammate suo tribus linguis

decla-

Digitized by Google

declaravit judex ejus Pilatus, & professus est cùm maxime, tum ejus ignominiae, mox gloriae futurus consors, Latro. Immo se & Dei esse Filium, & coeli Dominum, cui claves Paradisi essent concrediti, ipse declarabat. Quin & tunc & coeli & terra, & sol, & templum, & hiantia sepulchra, & tremefactae rupes majestatem ejus elevabant. Et ita in imum locum depressus elatus simul erat quam altissime. Confirmabo haec & illustrabo verbis celeberrimi LAMPII nostri, quem & amoris & honoris causa nomino, quibus usus est in praestantissimo in Joannem Commentario T. I. p. 602. „Certe, inquit ille, inter „binas exaltationes adeo arctum intercedebat vinculum, ut prior non solum esset gradus ad posteriorem, sed unaquaque alterum involvebat. Exaltatio in cruce figura, jam & praeludium erat exaltationis in „gloriâ. Hinc Paulus Col. II: 15. ait Christum *exuisse principatus & dignitates* δειγματισας *παρρησιαν* ἐν αὐτῷ. Et ab altera parte in „ipsa gloria *perfossum* suum *latus* ostendit „Zach. XII: 10. Apoc. I: 7. ac in *medio throno* „*stat instar agni mactati* Apoc. V: 6. Totum „Evangelium, quod post adscensum praedicari vult, est *praedicatio Crucis* 1. Cor. I: „23. II: 2. "

§. 9. VI. *Denique* sanctissimus Dominus noster humiliationem suam appellando ὑψωσιν respexisse omnino mihi videtur insignem

hunc Esaiae locum, quem Cl. STENGELII cura illustratum legimus. Vix enim aliquis in veteris Codicis volumine reperitur locus, in quo tam diserte de exaltatione Dominica sermo sit, quam quidem in hoc. Sicuti & statim vs. 30. alius ex Es. LIII. 1. allegatur. Id si autem factum est a Domino, sequitur, ab Esaia quoque ὑψωσιν, quae cum summa τιμιότητα conjuncta fuit, indicatam fuisse. Quia scilicet servator noster de tali, & non alia sermonem instituit. Subscribo itaque doctissimi STENGELII, sententiae, qua verbo ὑψωθῆναι Christi crucifixionem denotatam praecipuo loco autumat. Neque in eam hodie demum, aut nudius quartus ingressus sum, sed jam diu eâ & mente volvi & publice proposui, miratus saepe numero, me illam apud interpretes reperisse nusquam. C. VITRINGA, P. generatim ab ea non alienus fuisse videtur. Nam in praefamine, quod Henrici TEELMANNI commentario in quasdam *parabolas* edito Amst. 1695. 4. praefixit, cum dixisset in loco Joh. XII: 32. per illam ὑψωσιν, de qua servator loquitur, acerbissimos simul crucis dolores juxta cum illa majestate ad quam per illos contendit, intelligendos esse, ita pergit. *Hoc mihi tanto est persuasum magis, quanto clarius video Dominum hac phrasi respicere ad locum Es. LII: 13. qui priorem sensum non minus, quam posteriorem postulare videtur.* Idem con-

confirmat
lam tamen
tus, mul
enim ad h
exaltatione
is habuisse
ignetur.
bus non v
tamen ser
quem la
LAMPIU
nnem
omnino a
ium Joh.
hoc Esaia
neo me
lannem
uis suae
tarium
XII: 3
ens doc
Christi a
is quae
vero illi
Esaiae s
tamant
prima v
lio oste
nunc n
§. v
ducit.

Digitized by Google

hunc Esaiae locum, quem CASTAL
ra Hebraeum legimus. Vix enim
veteres Codices volumine reperies
quam differre de exaltatione Dei
mo, quam quidem in hoc
tem videtur, alius ex Ecclesiast
si autem factum est a Domino,
ab Esaia quoque dictum, quae
ma sermone conjuncta sint, ut
fuisse. Quia scilicet servus
de tali, & non alia sermonem
scribo itaque doctissimi STEL
sententiae, qua verbo Chr
flexionem denotatum praecipue
Neque in eam hodie demum, aut
us ingressus sum, sed jam diu ed
vi & publice proposui, miratus facile
me illam apud interpretes reperiri
C. VITRINGA, P. generatim
alienus fuisse videtur. Nam in
tio, quod Henrici TEELMANNI
tario in quasdam parabolas edi
1695. 4 praefixit, cum dixisset
XII: 32. per illam elevationem, de qua
loquitur, acerbissimos simul cruci
juxta cum illa majestate ad quam
contendit, intelligendos esse, ita
Hoc unde tanto est persuasum magis
clarius vidit Dominum hac phrasi respi
locum Es. LII: 13. qui priorem sensum
tus, quam posteriorem postulare videtur

confirmat in *Observ.* S. L. II. c. IX. §. 30. Illam tamen opinionem veluti dictorum oblitus, mutavit deinceps. In commentario enim ad hunc Esaiae locum scribit. *Esaiam exaltationem gloriosam SOLUMMODO in oculis habuisse in his verbis, ut ex contextu satis liqueat.* Heic vero δευτεραι φροντιδες prioribus non videntur fuisse τα φωτερα. Priorem tamen sententiam Praeceptoris sui retinuit, quem laudavi, omni laude dignissimus LAMPIUS noster in peregregio illo ad Joannem Commentario T. I. p. 602. Recte omnino agunt, viri pereximii, quando Christum Joh. III: 16. XII: 32. in oculis habuisse hoc Esaiae Vaticinium judicant. Non tamen in eo me habent assentientem, quod apud Johannem etiam directe à Christo exaltationis suae statum innui putant, cum contrarium optimus ipse interpres D. Johannes c. XII: 33. omnia ad *solam mortem* ejus referens doceat, & populum sermonem illum Christi audientem non aliter intellexisse ex iis, quae comm. 34. sqq. leguntur, constet. Uti vero illi generatim tantum tribus illis verbis Esaiae statum Christi depressum involvi autumant, ita & specialius crucem Christi prima voce רום indicari, uti à Cl. Stengelio ostensum est; ita ad illud confirmandum nunc nonnihil adjungere liceat.

§. 10. Ipsa vox רום nos quasi manu huc ducit. Nam *primo* (1) cum notet *exaltare*, *fecit*

Digitized by Google

fecit adscendere meditandum tibi propino, numne illa voce generaliter mors Christi indicari queat. Sane עלה ita sumitur Job. XXXVI: 20. & Ps. CII: 24. אל תעלני בחצי ימי *Non facias me adscendere in media dierum meorum*; Q. O. transtulerunt μη ἀναγαγῃς με, *non duces me in altum*. J. DRUSIUS animadversionum L. II: c. 36. ita scribit; „Hoc in Ebræorum libris verbum e verbo „invenimus, NE ADSCENDERE FACIAS: praeclare; Nam ut abire est mori, sic „adscendere usurpant in mortis mentione, „vel quia anima sublimis abit, nempe ad „Deum, qui eam dedit, aut, quia adscendere est perire, exscindi, evanescere, ut „Job. V: 26. & Exodi XVI: 14. & adscendit cubatio roris vel sane metaphora est „ab holocaustis, quae Ebraice OLOTH ab „hoc verbo, quod in fumum adscendant. „Huc refer ex Joh. XII: 32. ἐαν ὑψωθω ἐκ της γης vult dicere, *si mortem obiero*. Sane & alibi עלה pro *exstingui*, *evanescere*, *interire*, *vastari sumitur* v. Es. V: 24. Jer. XLVIII: 15. Ezech. XI: 23. 24. Nah. II: 7. Zach. XIV: 13. Chaldaei sane vocem ut plurimum vertunt per סלק, quae tamen eadem & *desinere*, *perire*, *finem habere* notat, unde vulgaris Rabbinorum formula, סליק סיפר, *finit*, *explicit*, *desinit liber*. Atque eadem voce utuntur in Targum citati loci Ps. CII: 24. Idque ad rem ipsam accommodate; Nam,

Digitized by Google

si quae res effertur, eo ipso è sede sua, quam vacuam facit, tollitur. Hinc Heinsius, ἀναλαμψις apud Luc. IX: 51. pro *morte* sumi putabat, ut supra monui. Gentiles etiam ἀναλαμβανεσθαι de morte usurpabant, uti patet ex verbis ANTONINI Imp. L. IV. §. 14. cujus rei ratio est, quod de eo quoque, quod Salomon in ecclesiaste XII: 7. docuit, persuasi essent, sc. per mortem *pulverem redire in terram, spiritum autem reverti ad Deum, qui dederat.* Cujus rei testimonia diserta ad Antonini L. VII. §. 50. collegit T. GATAKERUS. Ex eodem fonte interpretatur Aben-Esra illud תעלני in Ps. CII: 24. כי לנשמה העלינה שהוא משמי השמים ובהפרדס *Anima adscendit, quia est orta e cœlis cœlorum, & Paradiso.*

§. 11. Porrò non solum (2) עלה ut רום generaliter mortem, sed & infame mortis genus, *suspendium* significare potest specialius. Ita רום permutatur cum זקף a Chaldæo interprete Ps. CXLVIII: 14. qui ירים, quod in Ebraeo est vertit per תקף; Hanc autem vocem idem denotare, ac *suspendere* demonstratum est abunde. Et eadem ratio est vocis נשא quae vel ipso hoc commate occurrit. Josephus enim Patriarcha malam crucem Pincernae illi ominaturus dicit; *Pharao* ישא את-ראשך *elevabit caput tuum* Gen. XL. vs. 13. quod LXX. transferant ἀνασπασει σε ἐπι ξυλου, *Suspendet te à ligno*, sicuti

ti & deinceps vſ. 22. explicatur per תלה, *ſuſpenſus eſt, uti ei Joſephus praedixerat.* Cujus rei ratio eſt, quod ſine exaltatione eo puniri ſupplicio nemo poteſt.

§. 12. Praeterea (3) רום ſignificat *ſublationem* ex loco, eamque *violentam.* Quomodo ſaepe notet ex acervo congeſto aliquid tollere & ſurripere docet Jac. GUSSETIUS in Lexico; qui videri poteſt. Notemus tantum Lev. VI: 3. (vel 10.) ſumitur de cineribus ab altari auferrendis everrendisque. Sic Jeſ. LVII: 14. de tollendis viarum impedimentis capitur, ubi Lutherus utitur voce Germanica Räumen, cui cum Ebraica הרימו & literis & ſignificatione convenit. Ita Ezech. XXI: 26. (vel. 31.) violentiae pleniſſimam coronae oblationem ſignificat, & permutatur cum הסיר, quae remotionem plenam indicat. Apud eundem Cap. XLV: 9. de remotione oppreſſionum populi ſumitur. Hinc LXX. Interpretes הרים non ſolum vertunt αἴρειν Joſ. IV: 5. Eſ. XLIX: 22. LVII: 14. ſed & ἀναιρεῖν Ezech. X: 4. 15. Ἀναιρεῖν Num. XVI: 37. Ἀφαιρεῖν Ex. 29: 27. Lev. II: 9. IV: 10. VI: 10. 15. XXII: 15. Num. XV: 17. 19. XVIII: 19. 26. 28. 39. 30. 32. XXXI: 28. 52. περαιρεῖν Lev. IV: 8. 20. Ἀφορίζειν Num. XVIII: 24. Ezech. XLV: 1. 13. XLVIII: 9. 20. In quibus locis maximam partem *ſublationis* aut *remotionis* ſignificatus obtinet. Eodem ſenſu Syrus ea

voce

Digitized by Google

ti & decepto vi. 22. explicanda
[illegible] Cum ita res habeat est, quos ita ab
eo punitos supplicio nemo potest

§. 12. Praeterea (3) ex solo, eamque exacte
modo saepe noctu ex acervo cum
quid tollere & surripere dicit
SETIUS in Lexico; qui haec ver
terris tantum Lev. VI: 3. vel
tur de cineribus ab altari auferen
rendisque. Sic Jes. LVII: 14. de
viarum impedimentis capitur, a
rus utitur voce Germanica [illegible]
cum Ebraica הרים & literis &
ne convenit. Ita Ezech. XXI: 2
violentiae plenissimam coronae
significat, & permutatur cum
remotionem plenam indicat.
dem Cap. XLV: 9. de remotis
bonum populi sumitur. Hinc LXX
tes הרים non solum vertunt
IV: 5. Es. XLIX: 22. LVII: 14. Jes.
pro Ezech. X: 4. 15. ἀναιρεῖν Num.
ἀφαιρεῖν Ex. 29: 27. Lev. II: 9. IV: 10.
XXI: 15. Num. XV: 17. 19. XVIII:
28. 39. 30. 32. XXXI: 28. 52. περι
IV: 8. 20. ἀφαιρεῖν Num. XVIII: 2
XLV: 1. 13. XLVIII: 9. 20. In quib
maximam partem *sublationis* aut
significatus obtinet. Eodem fonti

voce utitur, sic Marc. II: 4. פתחו est *ab-stulerunt* & sumitur de tecto domus remoto. Et Luc. V: 35. ubi de sponso dicitur ἀπαρθῇ, quae vox violentae ablationis notionem complectitur Syrus habet ריום. עלה itaque eodem modo, ut ceu visum est, & נשא (e) apud Ebraeos, סלק apud Chaldaeos, *Tollere* apud Latinos & αἴρειν apud Graecos non solum evectionis in altum, sed & *ablationis*, & remotionis continet significantiam; Certe αἴρειν est aliquando e medio & è terra viventium tollere, i. e. occidere. Hesychius explicat κατα κεφαλης βαλειν. Eo sensu turba, quae, Paulus, cum in castra abduceretur captivus, clamabat. ΑΙΡΕ αὐτον, ac deinde ΑΙΡΕ ἀπο της γης τον τοιουτον. Act. XXI: 36. XXIV: 22. Inde Judaei Christum ad infame lignum crucis flagitantes, clamabant σταυρωθητω. ΑΙΡΕ τουτον, TOLLE illum apud Luc. XXIII: 18. Quod idem deinde expressit una cum Evangelistis reliquis per Σταυρωσον αὐτον; *Crucifige* illum. Ita ut tollere hic idem sit, quod *crucifigere*. Quae omnia cum doceant & *exaltationis* & *nexis* & *sublationis* violentae, & *suspendii*, significationes, quae omnia cum crucifixione conjuncta sunt, heic concurrere, non aptius vocabulum ad illud supplicii genus denotandum adhiberi potuisse simul patet lu-

cu-

(e) Ita haec vox videtur sumenda Ps. CII: 11.

Digitized by Google

culentissime. Quibus & hoc addimus Syrum in tribus illis locis Joh. III: 14. VIII: 28. XII: 32. ubi de cruce Christi sermo est, ubique vocem ܙܩܦ usurpare. Ita ut hic locus adjungendus omnino sit illis oraculis, quibus supplicium crucis, quod servator noster passus est, clare praedictum fuit.

§. 13. Quibus observatis nunc facilis erit responsio, quae detur Davidis Kimchii objectioni, quam producit in comment. ad Es. LIII: 4. quamque Eduardus POCOCKIUS ex editione ejus Pisaurensi, & manuscripto codice affert in adnotationibus ad Portam Mosis pag. 332. cum ea in reliquis Kimchii editionibus Basileensi & Venetis omissa sit. אמור להם איך אפר ישכיל ירום ונשא ונבה אם על הבשר לא נשא ולא גבה אלא על הענן שחו אותלו בו ואם על מאלהות מתחולה גם כי היה רם ונשא: *Objicies ipsis*, (scilicet הנוצרים, *Christianis*) Prudenter aget, sublimis erit, exaltabitur, excelsus erit, *si de carne i. e. natura humana dicatur, non fuit exaltatus neque elevatus, nisi in ligno, quo suspensus est; si autem de divinitate, tunc a principio fuit altus & sublimis.* Verum enim vero si cogitasset: doctissimus Judæorum grammaticus ipsum illud ירום commodissime crucem Christi indicare, perspexisset facile, haec omnia Messiæ convenire apprime & qui crucifixus est, & qui ut De-

Digitized by Google

us omnem gloriam ab aeternitate omni habuit, & qui ut homo post mortem ad summum majestatis fastigium adscendit.

§. 14. Porro in hoc loco τὰ παθήματα aeque, ac τὴν ὕψωσιν τῦ Σωτῆρος ἡμῶν per passiones consummati contineri, illud ipse situs ac cohærentia verborum confirmant. Videor mihi enim commate hoc XIII. contemplari summam veluti, ac compendium eorum, quae per insigne hoc vaticinium ad caput usque LIV. proponenda erant. Videlicet *generatim* acturus erat & Messias *sapienter* & *feliciter*. Quae genuina vocis השכיל significatio est. Idque percommode. Is enim sapienter & prudenter agit, qui verum, sequeque dignum finem sibi ob animum proponit, iisque ad eum adsequendum convenientissimis utitur mediis, quibus ille obtineri optime queat. Id autem, qui fecerit, cum voti sui non possit non compos fieri, prospero gaudet & felici rerum suarum successu. Unde *sapientiae* comes est *felicitas*. Utraque Messiae servo Dei adscribitur verbo ישכיל. Is summam sibi gloriam, tanquam actionum suarum scopum proposuerat sibi. Quum autem non alia (vi aeterni decreti, fœderisque, quod cum eo Pater in consilio pacis pepigerat, quod cap. LIII: 10. vocatur חפץ יהוה) ad consequendum illum finem via esset, quam per dolores, ignominiam, crucem, ita ut per *aspera AD*

ASTRA, *per ANGUSTA AD AUGUSTA* penetrandum illi esset, illam sibi quoque sequendam esse duxit. Hoc autem innuit divinus Vates, cum primo generaliter asserit, eum acturum PRUDENTER pariter & PROSPERE, tum specialius qua ratione eum in modum egerit, ostendit; nimirùm, per crucem adscendendo ad gloriam & decus. *Exaltabitur* primo in cruce, quo nomine omnes ejus passiones intelliguntur. Sed haec ignominiosa ac dolorosa exaltatio via erit & medium ad laetam illam ac gloriosam exaltationem obtinendam, per excitationem è mortuis, adscensionem in cœlos, & reliqua, quæ mox commemorabuntur. Et hoc est, quod deinceps C. LIII. vs. 10. indicatur, quando ratio, ob quam semen habiturus, diesque illi prolongandi essent, haec traditur, quod חפץ יהוה בידו יצלח quod beneplacitum, voluntas, decretum Domini ejus manu & opera feliciter processit.

§. 15. Quae cum sint argumentum totius a Propheta instituendae tractationis in ipsa vaticinii fronte propositum, ea deinde singulatim per partes in sequentibus exhibentur. Ad *primam* exaltationem pertinent quae dicuntur Cap. LII. vs. 14. parte priori. LIII. vs. 2--10. 12. p. post. Ad *secundam*, LIII: 8. 10. 11. Ad *tertiam* LII: 15. LIII: 12. p. pr. Connexionem autem, quod sc. ita agen-

Digitized by Google

agendo & patiendo & *prudenter* egerit, & simul *feliciter* invenimus commate 10. p. post. & in iis, quae dicuntur vs. 11. 12. quae connectuntur per particulam causalem לכן.

§. 16. Praeter haec considerandum rerum sacrarum perito Lectori offero, anne etiam duae illae voces נשא וגבה separatim sint sumendae, quô omnia, quae ad statum glorioſum, plenumque majestatis Sospitatoris nostri per omnia tempora faciunt, huc, sed distincte referantur. Neque enim credendum est tres illas voces dicis causa tantum congestas esse aut לפי שמעלתו תהיה בעלה יתרה quod ejus *exaltatio futura esset supra modum excellens*, ut loquitur Kimchius; Sed haud dubie verba vaticinii hujus incomparabilis in summa sumenda sunt emphasi, singulis verbis distincti sunt adscribendi sensus, nihilq; credendum est nequidquam a divino vate allatum esse, neque, quidquam negligendum est eorum, quae verbis ipsis contineri constat. Veluti itaque priori voce נשא indicantur ea, quae ad Christi gloriam quidquam contulerunt usque ad ejus è terra discessum, ita sequenti voce גבה ea videntur innui, quae ad summum illud dignitatis & exaltationis fastigium pertinent, ad quod post ejus in coelos reditum adscendit, quodque tuiturus est, donec ad judicandum vivos & mortuos in terras revertetur. מאר au-

Digitized by Google

autem aequalem videtur ad omnes & singulas tres illas, quae anteceſſerunt voces, relationem habere, quaſi ſcriptum fuiſſet נבה מאד, נשא מאד, ירום מאד.

§. 17. Cum itaque priori phraſi dicitur exaltatus נשא; ſignificatur (1) cœlos ipſi gloriam daturos, cum in cruce emineret, quod factum eſt, cum ſol tenebris involveretur, toaque rerum natura ei & innocentiae & divinitatis exhiberet teſtimonium. (2) Ex morte eſſe reſuſcitandum, (3) in cœlos evehendum. Ita phraſi ſequenti indicantur ſequentia. (1) Ad dexteram Patris ſui collocandum. (2) Sp. S. ab eo effuſum iri, id enim huc per omnem modum pertinere clariſſime ex verbis D. Petri conſtat Act. II: 33. 34. 35. 36. (3) Judicium in hoſtes, rebelles præſertim Judaeos exercendum. (4) PRAEDICATIO evangelii inter gentes una cum illarum ad eum converſione, quando ut noſter Propheta vſ. 15. ait; *adſperget populos multos, ita ut illi, quibus nihil narratum erat, ſint viſuri, &, qui nihil de eo audiverant, ſint intellecturi*; Atque hanc quoque loco primario heic deſignari puto. (e) (5) Victoriae de hoſtibus ſuis, illo inprimis ita dicto κατ' ἐξοχην Diabolo, reportandae, quae annuntiantur Cap. LIII. vſ. 12. (6) Latiſſimum imperium in gentes ſibi terrarum orbem ſub-

(e) Eandem etiam huc referunt Nicolaus de Lyra & Lucas Burgenſis.

Digitized by Google

subjectas. Quibus, si quis (7) ultimo loco adjungere voluerit ejus adventum in nubibus ad postremum exercendum judicium, nihil habeo refragari.

§. 18. Uti autem haec sunt caput & continentia perinclutae illius, quam Esaias Veteris Testamenti Evangelista dedit, prophetiae, ita & omnium, quae de Christo unquam edita sunt, vaticiniorum. Ipse id condocuit Apostolos suos Salvator, cum in eo esset, ut gloriam sibi destinatam ingrederetur & capesseret, apud Lucam XXIV: 44. sqq. Explicaturus enim παντα τα γεγραμμενα εν τω νομω Μωσεως, και προφηταις, και ψαλμοις περι αυτου, ad tria haec capita refert omnia, *passiones*, *resurrectionem*, *praedicationem* gentibus annuntiandam. Ita enim l. c. loquitur. Ουτω γεγραπται, και ουτως εδει (א) παθειν τον χριστον i. e. יהוה (ב) και αναστηναι εκ νεκρων τη τριτη ημερα, i. e. נשוא (ג) και κηρυχθηναι επι τω ονοματι αυτου μετανοιαν και αφεσιν αμαρτιων εις παντα τα εθνη i. e. גבה. Hujus rei exemplum vel esse potest Psalmus vicesimus secundus, ubi sine dubio quae leguntur inde à vs. 1--21. referenda sunt ad primam exaltationem in cruce. Ad alteram autem pertinent, quae occurrunt inde à commate 21. ad 27. Quae autem adjunguntur inde a versu 27. usque ad finem, clarissime referenda sunt ad ea, quae ad ter-

tiam

) Eandem etiam hue referunt Nicolaus de ...cas Burgensis.

Digitized by Google

tiam exaltationem Messiae pertinere dixi. Et cum his conferenda omnino sunt Act. II: 33. V: 31. Eph. I: 20. 21. 22. Ebr. I: 3. & alia loca.

§. 19. Eadem quoque conjungit Apostolus ad Philipp. II: 9. sqq. qui locus, uti nostro plane παραλληλος est, ita & eum mirifice illustrat. Cum sc. Esaias (α) Messiam vocat עבד id Paulus ita φραζει. Εαυτον εκενωσε μορφην ΔΟΥΛΟΥ λαβων εν ομοιωματι ανθρωπων γενομενος, και σχηματι ευρεθεις, ως ανθρωπος, v. 7. 8. Quando (β) apud Prophetam Salvator dicitur ירום, *exaltatus sc. in crucem*, id Paulus hunc in modum interpretatur γενομενος υπηκοος μεχρι θανατου θανατου δε ΣΤΑΥΡΟΥ vs. 8. Cum (γ) *illi* dicitur נשא, Id *huic* est, και ο θεος αυτον ΥΠΕΡΥΨΩΣΕΝ, vs. 9. Illud vero (δ) נבה adhuc interpretatur uberius his verbis. Εχαρισατο αυτω ονομα το υπερ παν ονομα. Ινα εν τω ονοματι Ιησε παν γονυ καμψη επουρανιων και επιγειων και καταχθονιων. Και πασα γλωσσα εξομολογησηται, οτι κυριος Ιησους χριστος, εις δοξαν θεου πατρος. vs. 10. 11. Denique (ε) & id animadvertendum est Apostolum non solum dicere ὑψωσεν sed & ΥΠΕΡΥψωσεν, ut simul exprimeret illam particulam מאד, quam habet Esaias. Ita ut Paulus optimus & interpres & Paraphrastes horum Esaiae verborum sit. הנה יעבדי ירום ונשא וגבה מאד.

§. 20.

Digitized by Google

§. 20. Puto itaque sensum huic vaticinio planum, facilem, & ut scopo totius orationis, ita & aliis scripturae dictis consonum me indicasse. Si tamen quis alia ratione tres illas phrases partiri ac explicare velit, neque id me invito faciet. Scilicet ירום נשא generaliter posset notare Servatoris mortem, & è vivorum consortio sublationem. נשא indicaret genus mortis, sive *suspensionem* è cruce, quo sensu נשא sumi Gen. XL: 13. supra §. 10. vidimus; Illud autem ונבה מאד in memoriam nobis exaltationem Christi, ejusque diversos gradus revocaret, quae tanto excelsior fuit, quo depressior ante ejus humiliatio erat.

Unusquisque huic sensu
suo abundet.

VI.

ALMONII UTINIS, modestissima expositio de *Aeternitate mundi* extrinseca possibili, ut clarius pateſcat, an in posterum sit plane explodenda, an retinenda.

SUMMARIA.

§. 1. *Definitio utriusque aeternitatis.* §. 2. *Recensentur nonnullæ classes eorum, qui æternitatem mundo tribuerunt, idque vel ad excludendum Deum, vel ad subjiciendum eidem mundum.* §. 3. *Caute hoc esse agendum, & materiam hanc posse ad varios Theorema-ta referri.* §. 4. *Proponuntur argumenta.* §. 5. *Solvuntur ea, quæ objici possunt.* §. 6. *Stabilitur tamen creatio mundi ex nihilo, ante annos circiter 5731. facta, tam ex voce* בראשית *quam ratione.*

§. 1.

EXpoſui haud ita pridem * ideam electi divinitus mundi optimi, ſimulque præter ſcopi apicem de æternitate mundi dixi, non improba mente, ſed congruenter ſummorum Theologorum ſententiis, quorum unum & alterum excitavi, ut odium a me averterem, ceteros tacitus præterii, ne naſum habentibus clypeo auctoritatis humanæ obmoto vi-

* V. ſupra pag. 47.

derer

VI.

ALMONII UTIN[illegible]

modestissima exp[illegible] de *Aeternitate mundi* cum possibili, ut clarius patesc[illegible] in posterum sit plane exp[illegible] denda, an retinenda

SUMMARIA

§. 1. *Defensa utriusque æternitatis.* §. 2. [illegible] mundo e[illegible]ffe coepit, qui æternum [illegible] horrent, atque vel ad excludendum Deu[illegible] præsentem eidem mundum. §. 3. Cum [illegible] dicta, & materiam hanc posse ad veri[illegible] ta referri. §. 4. Proponuntur argum[illegible] concutere ea, quæ obiici possint. §. 6. Quæ [illegible] creatio omnis ex nihilo, ante omn[illegible] facta, tam ex voce ברא quam ratione.

§. 1.

EXposui haud ita pridem [illegible] divinitus mundi optimi, [illegible] præter scopi apicem de æ[illegible] mundi dixi, non improbi [illegible] sed congruenter summorum [illegible] logorum sententiis, quorum unum [illegible] rum excitavi, ut odium a me avert[illegible] ceteros tacitus præterii, ne nasum [illegible] bus clypeo auctoritatis humanæ obtec[illegible]

* V. infra pag. 47.

derer contendere. Summe Venerandus VIR THEODORUS HASAEUS, quem mirifice & suspicio & deosculor, pro ea libertate, quam petimusque damusque vicissim, negantem amplectens sententiam, ideo suae mentis rationem de æternitate mundi infra in Nota exstare voluit, ut secus sentientes vel adliceret ad sensum suum, vel ad rationes, æque vel magis ponderosas, adigeret expromendas. Absit a me per omnem mundum, cum quovis, ullo pacto, altercari, tantum abest, ut vel unica litterula cupiam Fautorem meum, tot aliis gravioribus curis districtissimum laedere. Quidquid heic ediſſeruero, illud omne benevolentiæ Ejusdem consecro & examini amicissimo subjicio, nil postea de hac sublimis quæstionis intricatissima materie scripturus, sed potius perspicacioribus orbis eruditi ingeniis, utcunque de hac re sensuri sint, me & Pseudonymam hanc tractationem expositurus. Quamvis vero nondum sit liquidum, an duplex detur æternitas, & an mundo alterutra sit tribuenda, definitio tamen utriusque æternitatis est præmittenda, ut intelligatur de cujusnam rei existentia agatur. Quod si res ipsa sit falsa, tum nec ipsa *æternitatis contingentis definitio* erit vera. Nec quicquam elicturus sum ex ficta definitione, nisi ubi de ejus veritate prius constiterit. Qui de Phœnice vel Gryphibus tractant, definitiones vel

Digitized by Google

descriptiones præmittunt, licet exsistentia sit vel incerta vel falsa. Aeternitas *generatim sumta* est continuatio existentiæ, ubi nec initium nec finis est. Aeternitas *summi gradus* & divina est exsistentiæ Numinis continuatio necessaria infinitaque tam ratione negatæ originis quam finis, citra ullam partium compositionem & successionem. Aeternitas *secundi gradus*, *& imperfecta*, est continuatio exsistentiæ in infinitum ratione initii procurrens, cujus ratio est in alio, & quæ est in composito cum successione & mutatione partium perpetua. Qui aliquando angelis & materiæ primæ æternitatem tribuerunt, intellexerunt eamdem definitionem, sed sepositis eis, quæ de compositione, successione & mutatione fuerunt adjecta. Differt igitur æternitas primi gradus a posteriori 1) necessitate, 2) independentia 3) simplicitate 4) immutabilitate, 5) successionis defectu & remotione. Aeternitas secundi gradus, quam ita adpellare liceat, est 1) contingens, & quæ potest aliter sese habere; 2) dependens ab Ente infinito per se subsistente; 3) propria rerum compositarum ratione totius mundi, & coalitarum ratione essentiæ corporeæ; 4) est rerum quovis momento per internam dynamin aliumque conatum exserentium: 5) cum perpetua successione vel idearum in spiritibus vel virium in corporibus motri-

Digitized by Google

descriptiones premuntur, hoc e
se vel incerta vel falsa. Aeterni
tas simul est concinuatio entis
nec initium nec finis est. Aeterni
tas gradus & divina est entitas
continuatio necessaria infinitorum
ne negotia originis quam finis. Et
partium compositionem & fluxu
Aeternitas secundi gradus, est
continuatio existentiae in infinitum
infiniti procurreas, cujus ratio est
quae est in composito cum fluxu
mutatione partium perpetua. Qui
do angelis & materiae primae
tribuerunt, intellexerunt eandem
tionem, sed sepositis eis, quae
sione, successione & mutatione
aejecta. Differt igitur aeternitas
dus a posteriori 1) necessitate, 2)
dentia 3) simplicitate 4) immuta
5) successionis defectu & remotio
ternitas secundi gradus, quam
re liceat, est 1) contingens, &
est aliter esse habere; 2) dependens
infinito per se subsistente; 3) prop
rum compositarum ratione totius
coalitarum ratione essentiae corpo
est rerum quovis momento per
dynamin alumque conatum exter
5) cum perpetua successione vel
in spiritibus vel virium in corpo

tricium. Nequis vero putet, haec tantum esse efficta, ideo contingentia mundi in tuto est conlocanda, ut eo magis inoffenso pede ad arcem causae nostrae progredi queamus. *Necessarium* est illud, cujus oppositum est impossibile, estque vel *essentiale*, vel *existentiale*. Essentiis omnibus tribuitur merito necessitas, aeternitas & immutabilitas, uti & antiqui & recentiores docent P. POIRETUS quidem, J. LANGIUS eorumdemque adsectatores heic profitentur novam philosophiam, tradentes, essentias rerum esse arbitrarias, i.e. non necessarias. Sed hoc est impingere in primas cognitionis universae lineas & in principium contradictionis. Si atheistificare luberet, inde Atheismum materialem seu consequentialem elicere possem. Finge enim, id, quod *aurum* dicimus, a divina aeternaque mente repraesentatum esse *non-aurum*. Siccine lapsus esset Deus? Si repraesentavit Deus sibi id, quod *aurum* dicimus, ut *aurum* & simul ut *non aurum*, ergo absolute contradictoria & per sese impossibilia eidem objecto intellectus sui tribuit. Finge porro, Deum repraesentasse sibi aurum nunc hoc nunc alio modo eoque diverso, eumq; id fecisse vel simul vel cum successione. Si simul: tum proxime praecedens redit casus; si cum successione: tum mutatio & successio idearum Sociniana Deo tribuitur. At quia non tantum

Digitized by Google

tum credo sed etiam scio, intellectum Dei esse necessarium ratione existentiæ, simplicissimum, immutabilem & semper eumdem, immo perfectissimum & numquam errantem, ideo puto eum semper repræsentasse sibi *aurum, ut aurum*, & sic in ceteris. Anne Poiretus fuit Poiretus & simul non-Poiretus? Poiretus tamen erat contingens, supervacuus, nec necessarius, nisi hypothetice. Ex intellectu vero divino derivamus essentias, a voluntate substantias. Essentiæ igitur sunt necessariæ & æternæ. Necesitas porro existentialis est, per quam quid subsistit in se & per se, originem sui & rationem ulterius non repetens: At *contingens* dicitur illud, cujus vel existentia poterat differri vel modus existendi variare quibat. Omnia arte facta sunt contingentia, quia eorum α) existentia differri, β) & modus existendi secundum regulas combinatorias indefinitis modis variare poterat. De substantiis naturalibus primo obtutu posterius videtur cogitatu facilius, prius difficilius. At quia modus existendi a modo possibilitatis dependet, & hic in quavis substantia contingenti diversus est, secundum *principium indiscernibilium*, ideo de substantiis iis naturalibus contingentibus omnibus, quarum existendi modus potest cogitari alius & alius, recte adfirmatur possibilitas existentiæ differendæ. Adde quod eo ipso mun-

Digitized by Google

tum credo sed etiam scio, intelle
ctis necessitatum ratione efficien
principium immutabilem & inde
dum, immo perfectissimum & ne
cessarium, ideo puto cum Scrip
sente Ens ab aseity, & aseity &c.
Atque Poiretus fuit Poiretus &
Poiretus? Poiretus tamen erat con
superuacuus, nec necessarius, ad
tiendæ. Ex intellectu vero divi
mus essentias, a voluntate fluxis
tentiæ igitur sunt necessariæ & æter
essentias porro existentialis esse per
sibi illis in se & per se, originem
dam ulterius non repetens: At a
dicetur illud, cujus vel existentia
auferri vel modus existendi variari
Omnia arte facta sunt contingen
entium a) existentia differri, & fa
existendi secundum regulas condi
indifferentis modis variare potest. D
stantiis naturalibus primo obtuitu
videtur cogitatu facilius, prius fi
At quia modus existendi a modo
tatis dependet, & hic in quavis
contingenti diversus est, secundum
priora indifferentibus, ideo de subtilio
naturalibus contingentibus omnibus
rum existendi modus potest cogitat
& alius, recte adfirmatur possibilio
stentiæ differendæ. Adde quod

mundus omnis singulæque ejus partes necessitatem existentiæ in sese non continent, quum sunt *contingentes*. Verum quia contingens causam suæ existentiæ extra se habet, ideo mundus, quia est *contingens*, esse non posset, nisi præter mundum daretur causa alia sublimior, quæ tandem, ne in progressum infinitum incidamus & *rationem sufficientem* deseramus, est necessaria, unica, æterna secundum primum gradum, immutabilis & independens. Nam si progressus causarum efficientium in linea recta adsurgeret in infinitum, tum utique ratio sufficiens nulla adesset, citra quam tamen ex more totius generis humani in negotiis facilioribus nihil concedere, adfirmare vel negare possumus. Si mutuam causalitatem eamque circularem contingentibus mundi particulis tribueremus, nihilo secius auctore opus esset, qui produxisset illam mutuam causalitatem, immo qui sustentaret. Nam quomodo aliàs ea, quæ contingentiæ penitus subjiciuntur, vel existere vel durare continuarique possent? Fundamento ædium sublato ruit domus. Sunt qui materiæ infinitam divisibilitatem concedunt, ideoque per consequentiam statuunt compositionem materiæ, ubi numquam ad finem penetrare licet. Videntur illi progressum in infinitum stabilire. Et sane ita faciunt. Sed materialis causæ infinitum progres-

Digitized by Google

greſſum propugnant, non vero efficientis. Et dum quamcunque particularum diviſarum exiſtimant *contingentem*, Deum nequaquam tollunt, ſed pro ultimo fundamento ponunt. At vero nolim ejusmodi doctrinam admittere, ubi ratio ſufficiens & ſapientia divina non ſatis ſarta tecta conſervatur. Unicus Deus ſit noſtrum ſolatium, & præterea nihil infiniti ſtabiliatur, cujus non occurrat dependentia & finis terminusque diſtinctiſſimus. Materia per ſeſe infinita tam ratione cauſæ efficientis quam materialis eſt labyrinthus periculoſiſſimus, cui Spinoza aliique immerſi ſunt, triſtiſſimo exemplo. Rectius ſane egit illuſtris Wolfius, qui compoſitorum Monadas, eorumque tandem ex nihilo creationem ſtabilivit ob rationem ſufficientem & mundi contingentiam. Mundus non diſſolvitur mente in particulas infinitas, ſed indefinitas, &, quia ubique contingens eſt; citra Deum, *ultimam rationem*, nec eſſe nec cogitari poteſt. Quod plurimæ partes globi noſtri terraquei aliter aliterque ſeſe habere queant, nec neceſſario hunc vel illum ſitum, ſtatum, motum, quietem recipiant, effectus docent, quibus mortalium labor plurima immutavit. Immutatio qualiscunque intrinſeca tollit neceſſitatem abſolutam. Liceat igitur ſimiliter concludere de ſingulis terræ, aëris, æthers, ceterorumque globorum cœleſtium ſub-

Digitized by Google

fubſtantiis. Ut enim Phyſici recte ſtatuunt (a) corpora univerſa, etiam illa, de quibus obſervationes non habemus, extenſa eſſe & mobilia & impenetrabilia, & gravia, quia corpora omnia, de quibus obſervationes habemus, iſtis eminent virtutibus: Ita corpora omnia totius orbis ſunt mutabilia. Si igitur omnia corpora ſunt mutabilia, ergo congeries omnium corporum, i. e. *mundus materialis*, eſt mutabilis, nam totum ſequitur ſingularum partium naturam ejusque convenientiam. Ne quis vero mihi ſiniſtram mentem adfingat, putetque, me tacite actualem æternam mundi exſiſtentiam tradere, ideo duo monere e re mihi viſum fuit. *Prius* quidem eſt, quod definitionem indicaverim æternitatis ſecundi gradus. Sed id fere a me factum eſt eo modo, quo illi, qui de igne purgatorio commentantur, notionem quandam animo occupant, unde judicent, an ſit ille, nec ne: an eſſe nequeat, an vero eſſe queat. *Poſterius*, quod admoneri a me poſſe puto, in eo conſiſtit, quod ipſe firmiſſime ſtatuam, quinque diebus, antequam Adamus conderetur, univerſitatem hanc cœpiſſe. Rationes meæ in promptu ſint. 1) Si Moſes diverſum aliquid docere voluiſſet, aliter & claritate diverſa ſcri-

(a) Rogerus *Cotes* in Præf. ad Iſ. Newtoni *Philoſophiæ naturalis Principia Mathematica*, & ipſe Newton l. c. L. III. *reg.* 3. p. 357. ſq. *edit. Amſtelod.*

Digitized by Google

ſcripſiſſet. Præter Pandectas ſacros hoſce aliquid ſapere nolo, quia Gentiles vel cum Moſe conſentiunt, (b) ubi quid viderunt, vel craſſiſſimas fabulas (c) nexuerunt vix examine dignas, vel obſervationes ementitas obtenderunt, vel annos lunares (d) habuere. Novi Virum eruditiſſimum, qui priora Geneſeos capita in mythos Geographicos convertit. At horret animus & refugit iſta (e) memineſſe. Unde tranquillitatem animo & mortis antidotum ſatis efficax hauſero, ſi litteras diviniores in gryphos & Dædalea allegoremata, infirmo lubricoque ubique ſenſu, transfunderem? Niſi lues iſta foret Satanica, ſcripta profana potius in allegorias convolveret Dædalus ejusmodi, quam ſacra, quorum auctor nimis eſt tremendus. Ne his male facetis acuminibus eccleſia omnino obruatur, Numen manifeſte

(b) Ut ex Grotio de V. R. C. & Sanchoniathonis Fragmento, initio cujusdam computationis penes omnes gentes liquet.

(c) Ut ex Mythicis, Aegypti, Græciæ, Malabarum libris, & calculo Chaldaico, Chinenſi, Aegyptio coque patet, de qua re videndi Stillingfleet & Jaquelot.

(d) Herm. von der Hardt in *Morgenrobte uber Chebron.* 8. 1710. Helmſt.

(e) Remotius a veritate Ethica receſſit idem, quam Anonymus Batavus in *Demonſtratione Allegoriæ Hiſtoricæ V. & N. T. & revelationis Myſterii SS. Triados* Groningæ 1690. 4. a Groningenſibus interdicta publice.

Digitized by Google

ste impédit. Nam ingenia ejusmodi ferocia raro studiis inhærere pergunt, &, si illud fecerint, miris fortunæ procellis jactari solent divinitus, ut sese emendent. Præterea, experientia teste, nemo ei confidit, qui Deo non videtur fidere. O serva Deus verbum tuum! 2) Composita & monades continentur complexu hujus universi. Sed præter Deum nihil est, quod æternitatem primi gradus, ex absoluta necessitate exsistentiæ elucentem, teneat. Composita constant ex monadibus, nisi Atheorum exemplo velis aliquid largiri, cujus nulla occurrit sufficiens ratio. Monades nec ex simplicibus aliis nec ex compositis potuere exsistere. Ergo simul & semel ex nihilo condita sunt ab eo, qui omnipotens & maxime æternus erat. (f) Quia vero ipso creationis momento Deus solus istam effectionem intellexit, nec homo, licet cum primis fuisset creatus, ea explicare ac ostendere valet, in quibus nulla est successio, nulla mora tenens compositio; inde clarissime colligitur, homines primos per cognitionem, qualis hodie nobis inest, nesciisse creationis modum, temporis exordium. At vero omnes Philosophi ad Ocellum usque Luca-

(3) Ut ex Grotio de V. R. C. Fragmento, initio exposita cognitione omnes gentes loquet.

(c) Ut ex Mythicis, Aegyptii, Graeci, Libris, & carmine Chaldaico, Graecis quoque patet, de qua re videndi Scriptores hoc.

(d) Herm. von der Hardt in *Aenigmatis Arca.* 1710. Helmst.

(e) Remotus a veritate Ethica recensitus Anonymus Batavus in *Demonstratione Religionis V. & N. T. & revelationis Mosaicæ.* Groningæ 1690. 4. a Groningensibus publice.

(f) Conf. Ill. Leibnitii *Monadologia* p. 3. §. 6. sq. & Jo. Henrici Michaelis Unterricht von den *Accentibus* p. 35. ed. 1720. 8.

num, fatente ipso Averroë, (g) de æternitate mundi nequidem cogitarunt, sed consensere omnes in quodam omnium rerum initio, quod Politici & Chronologi semper fecerunt. Memoranda sunt, quæ de litibus pro antiquitatis prærogativa gentes inter sese contentionibus subjecerunt. (h) Si qui vero norunt, Lucanum & Aristotelem fuisse ethnicos, *materiaque* notionem pertenuem aluisse, quippe quam in Monadas non resolvebant, eosque naturaliter voluisse cuncta explicare, ii excusabunt Lucanum, nec tamen adorabunt, quasi singulariter sapuerit, sed spernent cæcas ideas cum suo auctore cæco. Unde vero ii, qui præcesserunt Lucanum, fuere tam concordes in exordio rerum concedendo, non adeo diuturno, nisi ex revelatione Dei, per manus tradita, id hausissent? 3) Initia gentium in regionibus: occupationes insularum primæ: linguarum major in dies distractio, earumque & ipsarum litterarum distinctior convenientia, si ad exordium rerum propius accedimus: montium cacumina nondum ad planitiem delata & exæquata: origines artificiorum, scientiarumque maxime necessariarum: illa omnia, ne quam, testantur generis humani initium non adeo antiquum, ut ipse Lucretius, Tacitus,

(g) Ad *Librum Aristotelis de Cœlo text.* 102. conf. Censorinus de *die natali* c. 4. p. 25.

(h) Plura monuit in hanc rem Auctor der Einleitung

Digitized by Google

rum, fatetur ipso Averr. [illegible]
[illegible] quidem [illegible]
[illegible] omnes in [illegible]
[illegible] modo, quod Poëtæ & Ch[illegible]
semper fecerunt. Memorand[illegible]
ce [illegible] pro antiquitate pr[illegible]
[illegible] ne contentionibus [illegible]
Si [illegible] mortui, Lucanus d[illegible]
lem [illegible] ethnicos, [illegible]
pertentem [illegible], quippe quam [illegible]
[illegible] resolvebant, eosque [illegible]
[illegible] cuncta explicare, [illegible]
rum, nec tamen adoriatur, [illegible]
[illegible] sapuerit, sed spernen[illegible]
cum suo auctore cæco. Unde [illegible]
præferuerat Lucanum, fuere [illegible]
ces in exordio rerum concedenti[illegible]
eo diuturno, nisi ex revelatione [illegible]
manus tradita, id hausissent? [illegible]
tium in regionibus: occupation[illegible]
rum primæ: linguarum major [illegible]
structio, earumque & ipsarum [illegible]
distinctior convenientia, si ad [illegible]
rerum propius accedimus: mon[illegible]
mini nondum ad planitiem deb[illegible]
æquata: origines artificiorum, [illegible]
que maxime necessariarum: illa [illegible]
quam, testantur generis humani [illegible]
non adeo antiquum, ut ipse Lucre[illegible]

(g) Ad *Librum Aristotelis de Cœlo* [illegible]
Centorinus de *die natali* c. 4. p. 27.
[illegible] in hanc rem Author [illegible]

citus, Seneca & plures alii ethnicorum subodorati sunt. At terra fuit condita in usum hominis, qui est utique præstantior omnis massa terraquea. Quam primum igitur terra creata est, patuit usui hominum, tum quoque creandorum ex ratione convenientiæ & summæ sapientiæ divinæ. Quis est, qui caveam in usum avis comparat, avem vero comparare negligit, nisi desipiat, vel vertumno sit mutabilior, vel ex paupertate & impotentia voti sui impos, quorum sane nihil Deo tribui potest. Terra porro est pars universi; eique non casu vel instar mantissæ immersa, sed ex sapientissima Dei voluntate & selectissimam ob harmoniam inserta & simul coagmentata. Quum vero, si terram demere posses ex universo, tota mundi machina immutaretur, & a sapientissimo hoc ordine semel instituto deflecteret, ea de caussa ex initio humani generis ad exordium terræ, & ab exordio terræ ad primordia universi

in die Hebeſſiniſchen Theologie Helmſt. 1719. p. 47. & p. 90. (32) cujus libri verus auctor non eſt A. *Windhorn*; ſed J. R. G. qui illum nondum plene conſcripſerat, cum Windhornius ei illum ademiſſet, &, ne ejus editio impediretur, Gandano XL. Joachimicos ſpoſponderat, promiſſos tantum. Verus auctor per litteras nuper ſpem mihi fecit, librum illum mox curatius a ſeſe editum iri, ſublatis mendis & adjectis multis luminibus, id-

Digitized by Google

versi (i) firmissime conligitur. Orbe telluris demto immutaretur hoc Systema nostrum, quia gravitatio reciproca planetæ in planetam & omnium planetarum in solem, hujusque rursus in omnes planetas caussa physica est cursus sideralis, non neglecta tamen inertia massæ, quæ cursum rectilineum imminuit. (k) Præterea exspirasset dudum motus ille Lunæ, quem & ad tellurem & ad solem tenet conformatum. Computavi ante aliquot annos telluris totius gravitatem, eamque indubie minorem ea, quæ re vera deprehenditur. Sphæram terrestrem in quadrata digiti longa & lata transmutavi, eamque ex dimidio aqueam, ex dimidia altera parte terrestrem & graviorem. Ne gravitas aquæ a me fingeretur justo major, mediam proportionalem inter libras unius gravitatem sub Aequatore ejusdemque sub Polis investigavi, observationes anxie inter sese conferens; & ad hæc eandem proportionem tenui inter differentiam gravitatis æstivam & brumalem. Descen-

idque citra partem primam, cujus pleniorem elaborationem dabit sub tit. *Bibliotheca Religionum mundi.*

(i) Alia argumenta, quæ creationem terræ cum chao ipsisque angelis ad sextiduum rejiciunt, vide apud Frider. Bechmannum in *Theologia Polemica* p. 274. sqq. edit. *Buddei.*

(k) Divine hæc demonstravit Ill. Newtonus l. c.

Digitized by Google

scendi porro in fodinas argenti; ut inertiæ ad centrum accrescentis proportionem addiscerem, simulque deprehenderem eandem inter corpora inertissima & leviora in quacunque distantia possibili. Inde conlegi totam telluris gravitatem, quam si huc adponerem, quisque stuperet. Inde atmosphærarum proportionate decrescentem & accrescentem gravitatem licet porro ratiocinibus bene subductis computare, omniumque corporum cœlestium, quorum diameter haberi potest ex emersionibus vel parallaxibus. Sed manum de tabula. Quod si per antliam alicubi turbatur æquilibrium aëris, aër, si libera ei actio permittitur, ruit ad levitatem specifica gravitate exæquandam. Nec secus eventura res esset, si terræ gravitas vel ipsa terra tolleretur. Inde enim totum hoc systema foret diversum & quia systemata fixarum cohærent nostro, totus orbis foret alius. Si igitur terra ad mundi harmoniam requiritur, ut nullus cum ratione dubitare potest, tum certe evidentissimum est, terram simul cum reliquo mundo fuisse conditam, vel, si reliquum mundum ante terram exstitisse fingas, harmoniæ aliquod complementum olim mundo defuisse, quale quid in actionem humanam, priora corrigentem & supplentem monda, cadere potest, non in divinam. Absit igitur per omnem modum

Digitized by Google

cogitare, mundum non simul cum terra, hanc vero non cum exordio generis humani fuisse conditam.

§. 2. Fuere semper nonnulli, qui mundi æternitatem propugnarunt, sed imaginariis admipiculis nixi. Non vero ei fuere ejusdem sententiæ, quod probe notandum est. Crassissime delirarunt, qui æternitatem mundi intrinsecam, necessariam existentiæ, independentem, & eam, quæ Deum tollit verum, statuerunt. Hi fuerunt vel distincte commentati, vel confuse. Distinctius insanierunt, qui materiam omnem pro Deo habuerunt, vel vocem etiam Dei ferre noluerunt. Confusius somniarunt, qui Deum putarunt esse animam mundi ejusque partem præstantiorem, vel Deum ita innexuérunt mundo, ut nefas ipsis visum fuerit, Deum per se citra mundum posse subsistere. Hi omnes albo Atheorum inscribendi sunt, ut etiam rectissime factum est a Jenkinio Thomasio, (l) Jo. Fr. Buddeo, (m) Jo. Christoph. *Wolfio*, (n) & Jac. Frid. REIMMANNO, viris sapientissimis. Subtilius delirant, qui mundum actu semper existisse putant, at per accidens & voluntatem Dei,

(l) In *Historia Atheismi* a. 1712. Altdorfi.
(m) In *Thesibus Theologicis de Atheismo & superstitione*, præcipue c. II. §. 2. pag. 236. *edit. Prim.* 1717. 8.
(n) In *Diss. de Atheismi vulgo suspectis.*

Digitized by Google

Dei, adeo ut æternitas mundi ipsis fuerit existimata contingens, extrinseca, dependens. Hi fuere vel Gentiles, quibus iste error aliqua ex parte videtur esse condonandus; vel Christiani iique vel improbi, qui S. scripturæ auctoritatem proculcare in animo habuerunt, vel probi, qui de S. scripturæ divinitate firmissime persuasi, in expositione ejus tamen allucinati sunt, ut Astronomi plurimi hoc aberrare solent in explicando Gen. I. capite. Hosce omnes esse vel fuisse Atheos dicere nolim.

§. 3. Recensiturus eram auctores æternitatis mundi, & eorum argumenta. Sed brevitati litandum est & parcendum est lectori, ne incautus venenum trahat, & pro animi humani malignitate in pravas opiniones abripiatur. Prudentia & ευχρηστια opus est plusquam Pythagorica in sententiarum venenatarum expositione. Sufficiat veritatis amatoribus, æternitatem mundi actualem tam absolutam quam contingentem paullo ante destruxisse. Vita nostra undique est circumcisa & mors inopinantibus obrepit. Quare Deo potius serviamus & sanitati mentis, quam profanis myrmeciis. Rogo etiam atque etiam lectorem ne a possibilitate æternitatis mundi ad existentiam æternam concludat probe scius, se hæc potuisse non legere, ideoque non per absolutam necessitatem legisse, & similiter rem

Digitized by Google

rem in omnibus contingenter possibilibus
sese antecedenter habere. Problema vel
potius Theorema hoc excutiendum pote-
rat omitti in libellis Theologicis. Sed quia
Scheiblerus aliique non ultimi nominis
Theologi possibilitatem æternitatis mundi
suo adprobarunt calculo, eis post cineres
deesse nolui, ne traducantur veluti profa-
ni livido dente, veritus. Rarius hoc est
Theorema, quia per sese ad salutem æter-
nam nil facit, &, si incidat in male curio-
sum speculatorem, adfuefacere queat eum
ad alia supervacua expendenda, quibus
semper homo ultra quam par est inhiare fa-
tagit.

§. 4. Sed quia alea jacta est, rem ipsam
ingrediamur oportet. Impossibile est illud, cu-
jus distincta repræsentatio contradictionem
involvit, idq; vel per absolutam rei habitudi-
nem vel in ordine ad certas circumstantias,
hoc est, hypothetice. Si igitur impossibi-
le est, mundum potuisse divinitus ab æter-
no creari, contradictio alterutra vel utra-
que obsistat oportet. At in creatione per
se nil obstat, quia ab æterna Dei omnipo-
tentia procedit, quæ nunquam immutatur,
nunquamque accrescit. Mundus contin-
genter sese ad voluntatem Dei habet, & in
eo nil est, quod impediat æternam produ-
ctionem. Sed regeris, æternitatem soli Deo
competere, ideoque cum rebus creatis non

posse

rum in omnibus continere
ſeſe antecedenter habent. In
potius Theorema hoc contin
rum eminenti in libello Theolo
Scheibersius aliique non ita
Theologi poſſibilitatem omni
ſuo reproburunt calculo, in vi
decreſcit nihil, ne tradiscant res
in hunc modo dente, verius
Theorema, quia per ſeſe ad
mum nil facit, &, ſi incitat
ſorum ſpeculatorem, adhaerent
ad alia ſupervacua experien
ſemper homo ultra quam par
tuit.

§. 4. Sed quia alea jacta eſt,
ingrediamur oportet. Impoſſibile
jus diſtincta repraeſentatio contra
involvit, idque vel per abſolutam re
mum vel in ordine ad certas circum
hoc eſt, hypothetice. Si igitur
le eſt, mundum potuiſſe divinitus
no creari, contradictio alterutra
quae obſtare oportet. At in creatio
ſe nil obſtat, quia ab aeterna Dei
tentia procedit, quae nunquam imm
nunquamque accreſcit. Mundus
genter ſeſe ad voluntatem Dei habet,
eo nil eſt, quod impediat aeternam
ctionem. Sed regeris, aeternitatem
competere, ideoque cum rebus creatis

poſſe communicari. Reſpondeo, quod invictae hoc ſit veritatis de aeternitate primi gradus. (o) Ut vero aeternitas ſecundi gradus Deo nequit tribui, quam mundo ratione poſſibilitatis tribuo, ideo ita contradictio adparens exſpirat & concidit. Quod Deum attinet, is eam ob cauſam non adligatur & veluti noxae adjungitur mundo. Deus ſemper ſibi repraeſentavit mundum ſemperque fuit omnipotens, ideoque creationem mundi, unde nullum detrimentum infertur virtutibus & perfectionibus ejus, ſed potius major omnipotentiae radius exſplenderet, ab aeterno peragere potuit. Non eſt contradictionis plenum, cauſam efficientem natura eſſe priorem effectu & effectum tamen ratione exſiſtentiae ſimul eſſe. Eo ipſo, quo Deus lucem primigeniam creavit, ſplendor adfuit ex luce emanans. Terra gravitavit & effectum gravitatis exſeruit, ſimulac creata eſt. Terra vero eſt cauſa, & gravitatio eſt effectus. Quanto magis, qui non uno modo & reſtricte agit, Deus, ſimulac fuit, i. e. *ab aeterno*, effectum ſui edere potuit. Nam potentia cauſarum ſecundarum eminenti & perfectiſſimo gradu enitet in Deo. Et fiinge tibi, quod mundus per ſuam naturam contingens, aliquando non potuerit produci. En, quaeſo, contradictionem, quae poſito ex hoc caſu emergeret,

Y 5 (o) In *Hiſtoria Univerſali Atheiſmi & Atheorum falſo & merito ſuſpectorum* Hild. 1725. 8.

Digitized by Google

geret. Nam mundus, per se contingens ratione productionis & conservationis, ea ratione aliquando fuisset non contingens, sed impossibilis. Ita essentia mundi esset contingens ratione productionis, & non contingens, quia aliquando nequiisset produci. At contingentia & impossibilitas sunt opposita, quæ eidem rei simul nequeunt tribui. Si vero mundus in idea ex impossibili (i. e. *non ens per se & nihilo*) factus est contingens & possibilis; tum absolute nihilum & non-Ens potest fieri Ens, (p) quod est oppido incommodum, tam ob contradictionem quam essentias rerum earumque essentiales proprietates æternas. Potestne Idem fieri Diversum, Vnum plura, ternarius quinarius, Deus non-Deus? Absit per omnem modum. Mundus igitur actu est æternus? Nequaquam. Equidem a sapientissima & liberrima Dei voluntate dependit, an illud, quod erat μὴ φαινόμενον, sed in idea tantum intrinsecus, forisque non adparens, vellet ab æterno producere nec ne. At ut fecit, ita voluisse consentaneus est.

At objici heic nonnulla posse sentio, quæ removenda sunt, ne quis in ancipiti hoc hæreat compito. Aeternitas obstare videtur, soli Deo tribuenda. Sed jam re-

(p) Sic cetera adtributa Dei in summo & infinito gradu tribuenda sunt, quæ in secundo & depen-

gere. Nam mundus, qui e
habere propositum de creare
re ex aeterno mutare ne
fec repellitur. In effectu
contingere modos possibi
contingens, quia ab aeterno
dico. At contingentia & impos
opposita, quae eadem ratione
dicuntur. Si vero mundus a
possibilis (i. e. non esset impossibile
est contingens & possibilis, ut
mundum & non-Ens potest
quod est oppido incommode
contradictionem quam efficere
utrumque essentiales proprietates
Fortasne idem fieri Diversum
ternarius quinarius, Deus non-Deus
per omnem modum. Mundus
est aeternus? Nequaquam. Ex
pientissima & liberrima Dei volun
pendit, an illud, quod erat
sed in idea tantum intrudere
ren adparens, vellet ab aeterno
nec ne. At ut fecit, ita voluisse
dus est.

§. 5. At objici heic nonnulla pos
tio, quae removenda sunt, ne quis
pin hoc haereat compito. Aeternus
stare videtur, soli Deo tribuendus

responsum est. Tempus porro aeternum esse possibile, inficetum creditu adparet, at non omnibus nec mihi. Tempus solent mortales non pro relativa notione, sed pro absoluta habere, quasi foret substantia, quae digito possit ostendi. Si inspiciamus omnes occasiones, quibus haec vox in vita communi teritur, tum significatio occurret distincta, quod scilicet sit *series successionum* (q) vel *ordo eorum, quae sibi mutuo succedunt*. Si pones, *a. b. c.* quasi totidem corpora, ordinatum habere motum, ut *a* post ictum oculi in locum *b*, *c* successerit, & eo simul progressum sit, tum ordo succedentium innotescit, quem *tempus* adpellare consuevimus. Tempus non est *continuata existentia*,

dente gradu tribuuntur etiam hominibus. De positivis nullum est dubium. Negativa videntur aliter sese habere. Sed revera res aliter sese habet, nam 1) sunt negativa ob sermonis angustiam & imbecillitatem intellectus e. g. *janua est non arbor*, sed ideo non est notionis mere negantis; 2) Negativa illa etiam certa ratione rebus creatis tribui queunt e. g. *unitas* cuique individuo: *simplicitas* geniis & animis: *immutabilitas* rebus durationem eminentibus: *infinitas* a parte posteriori angelis & judicatis in die pantocritico: *immensitas* complexui mundi quatenus ejus mensura accurata a homine tradi nequit; *aeternitas* angelis & hominibus. At Deo competunt absolute, citra ullam imperfectionem restrictionem & respectum.

(p) Sic cetera attributa Dei in summo gradu tribuenda sunt, quae in secundo

(q) *Ut numerus irrationalis aeternum non fiet rationalis,*

Digitized by Google

et vulgus putat. Pone enim *a b c*, & motum, quem antea exempli gratia finxi, ita tamen ut A in unico momento in nihilum fuerit redactum divinitus, simul tamen aliud simile corpus ei per omnipotentiam fuerit substitutum, quod eumdem servet ordinem, idque singulis momentis fieri, anne *tempus*, ut in priori exemplo, quivis ei motui ra A B C inesse idem dicet? Videmus igitur, quod temporis sit idea relativa ordinis, non vero continuata rerum existentia. At æternitas est continuata rei existentia, initio & fine carens, ergo, si secundi sit ordinis, æternam potest tenere successionem, i. e. *tempus infinitum*. Qui composita non resolvunt ultimo in Monades, sed in infinitum progressum materiæ, illi infinitam successionem statuunt. Illud vero paucis exceptis, hodie faciunt doctissimi mortalium. Nec abludunt (r) ii, qui Vacuum in mundo dari infitiantur, statuentes infinitam rarefactionem & elasticitatem, simulque infinitam successionem, nisi diversa velint esse Unum, & *chaos citra primum* somnient. Qui a postica parte æternitatem angelorum & hominum comprobant, nonne illi ea ratione infinitum tempus largiuntur? Finge A esse initium creato-

& numquam fieri poterit unitas, decas, centenarius, millenarius, millionarius &c.

(r) Idea temporis est *ordo perceptionum successivarum*

torum hominum & angelorum, & vera æternitatem a parte posteriori. Quod si regrediendo B haberet exordium (i. e. finem) & A careret fine, nonne idem casus existeret, qui emergit ex possibilitate æternitatis mundi?

§. 6. Ne vero quis hæc urgeat, præveracepta, ad subvertendum sensum Gen. I. 1. 2. sibique persuadeat, ברא esse structuræ novæ architecturam, quemadmodum Inclytissimus Jo. Clericus κτιζειν ibi capit, juste ideo a Zacharia GRAPIO in *Theologia recens controversa* notatus & ab aliis, si meliora edoceri velit, emendatus; κτιζειν utique latius patet quam ברא, quia 1) κτισμα in nummis vocantur coloniarum auctores magistratus, solus vero Deus ברא vocatur; 2) ברא notat rem maximam & ineffabilem, quæ hoc loco per emphaticum *Atnach* exprimitur sub אלהים & *Tiphcha* sub בראשית. Accentuatio vero illa, seu modulatio est vetustissima, Hieronymo jam memorata, sensui plerumque convenientissima, ut accentuationis imitatio a priori nos condocefacit. At κτιζειν sæpius de rebus minoris momenti dicitur. Abarbanel (s) גאמת נפלאים לשון בריאה *significantur admiranda maxime per vocem*

Leibnitio in Ep. II. ad Samuelem Clarkium & Wolfio in *Elementis Chronologiæ* c. 1. p. 707. ac *Adetaphysica* c. 2. §. 94.

(s) Conf. III. Leibnitius in Sched. IV. ad Clarkium.

בָּרָא. 3) בָּרָא notat productionem ex nihilo, rarissime id notat יָצַר & nonnisi ibi, ubi ex Græca lingua, cujus cultores veram creationem ignorabant; nulla alia vox succurrebat pro magnificentia vocis בָּרָא adsequenda aliquantulum. R. Bechai: (t) בָּרָא הוּא לְשׁוֹן הַמְצָאַת יֵשׁ מִאַיִן *Bara habet significationem productionem entis ex non-ente* (quod tamen exsistere tandem poterat.) Pulcre Abarbanel, luscus inter cæcos: (u) בָּרָא כֹּתֵב הָרַב הַמּוֹרֶה שֶׁאֵין אֲצִלֵנוּ לְשׁוֹן יְצִירָה עַל הַמְצָאַת הַיֵּשׁ מֵאַיִן כִּי אִם לְשׁוֹן בָּרָא: וְהָרְאָב"ע וְרַבִּים אֲחֵרִים מְכַחִישִׁים זֶה וְיֹאמְרוּ רְאִיָה מִן וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת הַתַּנִּינִם הַגְּדוֹלִים וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת הָאָדָם כִּי יָדוּעַ הוּא כִּי מִן הַיְסוֹדוֹת נִבְרְאוּ לֹא מֵאַיִן וְיֵשׁ מִי שֶׁאָמַר כְּדֵי לְהַצְדִּיק דִּבְרֵי חֲזַ"ל הַמּוֹרֶה שֶׁהַמְצָאָה יֵשׁ מֵאַיִן תֹּאמַר בְּרִיאָה וְלֹא יִתָּכֵן שֶׁכָּל בְּרִיאָה תִּהְיֶה הַמְצָאַת יֵשׁ מֵאַיִן וְאֵלֶּה תֵּם דִּבְרֵי רוּחַ שֶׁאִם כֵּן מִי יִבְרֵאת לָנוּ שֶׁהַבְּרִיאָה שֶׁנִּמְצָא בְּמַעֲשֵׂה בְרֵאשִׁית הִיא יֵשׁ בְּאַיִן וְשֶׁאֵינָהּ מֵהַבְּרִיאָה שֶׁתֹּאמַר עַל הַמְצָאַת הַיֵּשׁ מִיֵּשׁ וְהִנֵּה הַרְדִּיק לְהַשְׁמִיעֵנוּ אָמַר הַדַּעַת הַזֹּה. כָּתַב בְּשֹׁרֶשׁ שִׁנְאָ"ר שָׁם נוֹפֵל עַל עִנְיָנִים מִתְחַלְּפִים בְּדִבֵּר שֶׁחוּץ בִּי הוּא בְּאָמַר עַל הַמְצָאַת יֵשׁ מֵאַיִן בְּמוֹ בְּרֵאשִׁית בָּרָא וְגוֹ׳ Bara. *Scribit magnus Doctor quod non sit penes nos vox docens productionem Entis ex non-Ente, nisi vox bara.* Et R. Abm.

(t) *In* בראשית *fol.* 5. *col.* 2. *ed. Hanov.*
(u) *Comment. in Legem fol.* 4. *col.* 1.

Digitized by Google

R. Aben-Esra multique alii taxant hoc, & addunt probationem ex eo: Et creavit Deus animalia distentissima magna. *Et ex eo:* Et creavit Deus Adamum, *quia manifestum sit, quod ex praexistentibus creata sint illa, non ex nihilo. Est etiam qui ditit, quasi ad vindicanda verba magni doctoris illius, quod productio Entis ex non-Ente dicatur creatio* (a bara) *sed non viceversa, quod omnis creatio sit productio Entis ex non-Ente. Et sunt illa verba spiritus* (ventosa.) *Si ita tamen est, quis impugnabit nobis illud, quod creatio, quae memoratur in opere creationis, sit Entis ex non-Ente? & quod illa non sit ex creatione, quae dicitur de productione Entis ex Ente? Et ecce R. David Kimchi ad obvelandum illud dicit hanc sententiam, scribens in libro Radicum, quod Bara sit vox πλεονημ& instar inundationis, quia illa dicatur de productione Entis ex non-Ente, ut* in principio creavit &c. Ut vero in temporis exordio definiendo sacræ litteræ sunt unica amussis veritatis, ita *creationis ex nihilo conditio* ad limam rationis humanæ revocari indeque inlustrari debet. Nam composita constant ex simplicibus, quia alias ratio nulla sufficiens præsto esset, unde tandem exstitissent. Si chaos fuerit elementum heic primum, eadem redit quæstio, licet enim, si massam compositorum unico obtutu adspicias, chaos concedatur. At materia illa prima fuit vel resolubilis in stamina

(t) *In* בראשית *fol. 5. col. 2. ed. Hanov.*
u) *Comment. in Legem fol. 4. col. 4.*

Digitized by Google

na ultima, vel indissolubilis, æternum crescente compositorum congerie, nec unquam in finem & elementa abeunte. Si fuit hac ratione indissolubilis, pergendo cogitationibus in æternum, tum numerus fingitur, qui ablatis idemtidem numeris semper manet idem & numquam decrescit, quod est oppido absurdum. Omnia sane, quæ ex unis in se determinatis consistunt, tandem illud tenent fastigium, in quo veluti adquiescunt & ultra quod adsurgere non datur. Præterea omnis numerus est quantum, & ideo dimetiri eum possumus. Illud igitur, quod plura continet, est nequaquam immensum, quia contradictio manifesta committitur, si idem statuas esse commensurabile & incommensurabile. Hinc sole clarius liquet, quod materia omnis sit resolubilis in elementa, quæ ulterius dividi nequeunt i. e. in Monadas & simplicia. Est mihi alia in promptu demonstratio ex Dynamicis, at quia est fusior ac difficilior, eam in præsens omitto. Id tamen est apertissimæ veritatis, materiæ qua tali, & cujus essentia in compositione consistit, non simul posse tribui inertem repugnantiam simulque agentem naturam, nisi Monades statuantur, gravidæ conatu in actum nitente. Ex natura Monadum porro invenitur ratio Gravitatis universalis, ratio sympathiæ & antipathiæ, visque adfinitatis, quam Newtonia-

toniani *adtractionem* vocant. Sed antequam istud Theorema in lucem profero, exinde simplicia naturæ non ostendam. Si ostendissem, verus effectus & justa demonstratio simplicia & confirmarent & uberius detegerent. Sufficit indicasse, quo jure simplicia in veram Metaphysicam sint recepta. Jam pedem promovere liceat, ut *creatio ex nihilo* Philosopho etiam videatur haud absona, quin potius ambabus amplexanda. Si quid formetur, additio, subtractio, & permutatio particularum formam constituunt novam. Dum hoc ipsum fieri cogitatur, successio & tempus simul cogitatur ratione partium extra partes. At simplicia sunt ab omni compositione immunia, & *simul sunt* ratione essentiæ & existentiæ, *quicquid sunt*. Vires quidem eorum, præter μοναδα υπερτην *Monada supremam*, sunt finitæ, & differunt gradibus ob *principium indiscernibilium*, qui sensim vires suas pro re nata explicant. At simplicia sunt simplicia. Si igitur formandum esset simplex, illud nec additione nec subtractione fieret, quippe quam respuit natura simplicium. Permutatio heic esset vel simplicis loco simplicis, vel compositi loco simplicis, vel simplicis loco compositi. Sed simplex si ponatur loco simplicis, inde oritur novum simplex non ex priori simplici, sed per creationem ex nihilo vel transpositionem ex alio loco,

Digitized by Google

manente priori simplici, utroque vero in iisdem gradibus. Compositum non potest substitui simplici, nec vice versa, quia sunt opposita. Si vero fieri posset, utrumque maneret id, quod antea fuisset. Simplicia vero finita sunt contingentia, quia variis gradibus & virium exferendarum intervallis minus magis excellere queunt. Non potuerunt igitur ex sese & per se existere, nisi ex simplici absolutæ necessitatis & existentiæ, *principium rationis sufficientis*. Et quamtumvis ei actu competeret æternitas secundi gradus, quod tamen inficior, nihilo secius tamen rationem sui habent extra suam substantiam & consequenter essent a Deo effecta. At unde? Numquid ex simplicibus, an vero ex Compositis? Non ex compositis quia ex pluribus non fit Monas, sed plura ex Monadibus e. g. 20. non possunt constituere 1. qualia viginti in 20. continentur. Præterea non est circulus, si possint ex compositis fieri simplicia & ex simplicibus simul fieri composita. Ex simplicibus simplicia nequeunt fieri, quia simplex tunc esset simplex & non simplex. Esset simplex ex essentia immutabili. Esset non simplex, si maneret simplex, & tamen dividetur ad plura constituenda. *Was ins ist, kan nichts abgeben von sich, und zugleich untheilbar seyn.* Ex quibus omnibus patet, simul & semel creata esse simplicia a Deo ex

nihilo.

nihilo. Heic nihil occurrit, quod distincte posset a nobis evolvi, exponi & per particulas geneseos demonstrari, ut etiam R. Levi ben Gerson agnovit. Hoc est *primum* illud *miraculum omnis naturæ*, quod ratio humana distincte demonstrare & inde miraculorum naturam addiscere valet. Philosophia non subruit miracula, sed stabilit. Superstitio & inscitia vel fingunt vel repudiant miracula. Patescit hinc porro, quod ex Deo mundus emanare non potuerit, ut J. A. Frölinghausen in der Grundlegung p. 50. statuit juste ideo a Valentino Ernesto *Löschero* (x) notatus. Stoici, Fanatici, Bohmistæ, Kabbalistæ, ejumodi nugatores ita statuerunt. Simplex per se non potest fieri vel esse simul compositum. O sanam philosophiam Leibnitii, Wolfii, Bülfingeri, Thümmigii, ex qua tanta orthodoxia & Stoicismi Fanaticismique destructio exsplendescit? Si qui fanaticis patrocinantur, & eorum libros commendant, illi per Poiretianismum & *emanationem universi ex Deo* juste Stoicismi arguuntur, &, quia Deum cum mundo commiscent, Spinozismi. Cædant igitur propria vineta, qui divinam lucem & veritatis alterum ocellum nobis eripere tentant. Tu vero, LITTERATOR SUMME, qui hanc bibliothecam adornas, æque bonique

(x) In *Prænotionibus sacris contra Deistas fanaticos Prag.* 9. p. 123.

nique consule meas cogitationes, licet incogniti TIBI nominis, & nulla litterula me cuiquam obfuisse crede. Quod ut amanter facias, etiam atque etiam vehementer te rogo. (a) Nolui quicquam *per placita* disputare; siquid vero non satis firmo steterit talo, id obelo velim notes, auctorique condones.

(a) Ob chartae defectum, quae de hac re cogitavi, in alium locum rejicienda sunt.

VII.

Pauli HACHENBERGII, Epistola

De

Jo. Labadio, &c.

Nobilissime & clarissime Vir, Amice suavissime!

AD XXV. diem Maji Princeps (a) serenissimus Heruordiam venit, ubi Elisabetha (b) Princeps sese in amplexum ejus gratulabunda effudit, multisque verbis laetitiam suam

(a) CAROLUS, Caroli Ludovici Electoris Palatini Filius & successor, FRIDERICI V. R. Bohemiae nepos.

(b) *Caroli Ludovici*, Palatini soror. Nata 1618. d.

nique cordi[illegible] meus cognitus
cognitus [illegible] nominis, dixerit
[illegible] cordi[illegible] credo. (quam
[illegible]s, eorum atque eam rem
[illegible]; Nobi[illegible] quidquam mi[illegible]
re; [illegible] vero non tam [illegible]
tulo, ad obelo reli[illegible]
denique cognos

(a) Ob chartae defectum, quae ab hinc sunt, locum reponendi non.

VII.

Pauli HACHENBERG Epistola

De

Jo. Labadio, &c.

Nobilissime & clarissime Vir, suavissime!

AD XXV. diem Maji Princeps serenissimus Hervordiae, ubi Elisabetha (b) Princeps in amplexum ejus gratus effudit, multisque verbis suam super adventum tanti hospitis confessa est. Aderat Princeps Luneburgensium Sophia, (c) matrona non minus ingenio promta, quam rerum omnium curiosa, quae Superintendentem Osnabrugensem, virum eruditum secum duxerat, ut illum cum Joa. Labadia, qui novam ecclesiam instituit, disputantem committeret. Itaque & novi istius apostoli fama & casibus permoti statim post adventum nostrum diligenti scisitatione percunctati sumus, quid rerum ageret, quibus legibus severus ille morũ Christianorum arbiter animos hominum vinciret, quibus denique incrementis divinus ille coetus surgeret, & sanctimoniam suam propagaret. Renovatæ inter cœnandum a Principe Sophia istæ quæstiones diuque vita Labadiæ libero sermone traducta est; donec Elisabetha dicacitatem nostram interpellavit, hominique sanctissimo grandem imponi injuriam testata est. Cum instaremus, illum Arausione, Genevæ & Middelburgi turbulentis cogitationibus exagitasse rem publicam; illud a sceleſtissimis hominibus effi-

(a) CAROLUS, Caroli Ludovici Electoris Filius & successor, FRIDERICI V. Regis nepos.

(b) Caroli Ludovici, Palatini soror, Ma[illegible]

26. Dec. denata d. 8. Febr. 1680. Abbatissa Hervordiensis, Princeps pietate & supra sexum doctrina eminens.

(c) Filia Friderici R. Bohemiae, Soror Caroli Ludovici, Palatini. Uxor *Ernesti Augusti*, Electoris Luneburgici. Mater GEORGII LUDOVICI, Britanniarum Regis.

Digitized by Google

efectum respondit, qui nefando mendacio fauciassent viri existimationem, quo non alius civitatem sanctius & tranquillius incoluisset. Cum objurgaremus, quod ecclesiam nostram fœda turbasset dissensione & turpi fuga cœtus Belgicos deseruisset; illum, nec fregisse pacem ecclesiæ, nec ex ea fugisse, dixit, sed pessimorum hominum calumniis deformatum, sed invidia pulsum & coactum, ut se suosque ex flammis eriperet & miseriis & Dei sui cultum in locum sanctiorem transferret. Cum rogaretur, qua auctoritate quove magistratus jussu homo ambitiosissimus novam ecclesiam formaret, se illam esse affirmavit, quæ virum istum ceteramque cœlestem & divinam turbam e Belgio excivisset; se pollere jure episcopali, quod ejusmodi conventus & statuere & abolere posset. Hos aliosque sermones nox tandem abrupit. Postridie, ubi e lecto consurrectum est, omnes domum Labadiæ capessunt repertaque in aditu ipso virgo Schurmannia, vilissimo involuta vestimento, quæ languido osculo intrantes salutabat. Perducti in ejus conclave multas & præclaras res oculis usurpabant: nam & eruditissimæ virginis picturas videbant, cum ipsius naturæ veritate certantes, & imagines in ligno cerague comprehensas atque similitudinem animorum præcisas non sine admiratione tractabant; interea lentis mo-

...reſponſi, ut nemo ...ſtrocinari vir eximius ...dus circumſtet ſenatus ...beſſet. Cum obſtupeſcerem ...ſum, ...ſtrum ſuadi ...tem ...ſuga cornus Belgicos ...nec irreſſe pacem eccleſiæ, ...ſtitie, dixit, ſed peſſimarum ...ſarum deformatum, ſed ...ecclium, ut ſe ſuosque ex ...re & miſeriis & Dei ſui ...ſtitutionem transferret. Cum ...qui auctoritate quovis magiſtratu ...me ambitioſiſſimus novam eccleſ...ret, ſe illam eſſe affirmavit, ...iſtum ceteramque cœleſtem ...tum e Belgio exciviſſet, ſe ...epiſcopali, quod ejusmodi ...ſtruere & abolere poſſet. ...ſermones nox tandem abrupit. ...ubi e lecto conſurrectum eſt, omn...Labadiæ capeſſunt repertaque in ...virgo Schurmannia, viriſſimo ...ſtimento, quæ languide oculo ...ſalutabat. Perducti in ejus conclave ...& præclaras res oculis uſurpabant: ...eruditiſſimæ virginis picturas videba...ipſius naturæ veritate certantes, ...nes in ligno ceraque compreheſas ...militudinem animorum præcipias ...miratione tractabant; interea lab...

deſtisque paſſibus ingreditur cubile. homo ſenex, exercitati vultus & qui videretur neſcio quid divinum animo volvere, ſed cultu non perinde inſignis, ut facile appareret, eum ex hoc genere mortalium eſſe, quos melior afflavit ſpiritus terraque ſubmotos commercio divinitatis adjunxit. Is blanda oratione conſalutat Principem noſtrum, & Eliſabethæ amitæ pietatem ac Palatinorum in religionem merita facunde narrat; mox ad ſeriam declamationem converſus, multa de amore divino, deque cladibus & ignorantia generis humani philoſophatur. Jam agnoviſſes Labadiam eſſe: nam omnium oculi in eum defixi hærebant, & quisque illum tanquam loquentem ex tripode Apollinem obſervabat. Orta inde quæſtio inter iſtum & Superintendentem noſtrum de concupiſcentia hominis, qua animus noſter plerumque rapi & vexari ſolet, diſputantes per horam exercuit & inter verba tantum continuit, donec clamoris pertæſa Eliſabetha finem rixæ impoſuit, & utrosque poſt prandium ad ſe venire juſſit. Ibi ſermone vehementi agitatum eſt, accuſatusque Labadias, quod omnem ornatum gemmasque & mundum muliebrem intempeſtiva rigidave continentia ademiſſet fœminis, quodque miſeras ſequioris ſexus animulas, quæ labi & errore proclives eſſent, timida & anxia pietate confudiſſet.

Digitized by Google

Fuisse in prima ecclesia mulieres, quæ auro & purpura insignes in templum perlatæ essent & Dei delubra pietate sua decorassent; nec nunc sanctas nec pias haberi, quibus gemmæ aliquot circumfluerent cervicem, aut annulus in digito sederet, aut crines ingenio suo flexi per frontem dimitterentur, cum tamen illæ æque puram castamque mentem templis inferre possent, ac istæ, quæ sordido circum amictæ peplo omnique mundo exutæ pectus ambitione & superbia plenum circumgestarent. Docere eum, non esse actiones indifferentes; sed omne id esse flagitium & scelus grande, quod ad Dei honorem recta non vergeret. At non optimum illud Numen voluisset, ut functiones illæ & negotia, quibus me vita civilis admovit, cultu suo abolerentur; nec me Hercule crimen esse censendum, si versum prophanum pedibus instruam, si Alexandri M. laudes stylo impleam, aut si puellam, quam matrimonio junxi, procali petulantiq; osculo invadam; Et quæ ista impudentia esset, ut omnes illos infernalibus Diis projiceret lacerandos & æternis suppliciis mactaret, quos anxia & ridicula nimis superstitio in societatem & amicitiam Labadiæ non propulisset? tanquam sine ejus arbitrio misceri Diis & inferri cœlo nullus posset; tanquam Christus jam tam pauper esset factus, ut cum universa ecclesia sua in exigua Hervordiæ domo tantum habitaret, nullos ab eo

ad-

Digitized by Google

admitti ad sacram cœnam aut dignos sanctissimi istius panis frusto existimari, nisi quos ille temerarius cœli dispensator inculpatos sanctosque pronuntiasset. Ceteros mortales in sceleribus suis jacere, flagitiis quotidie pollui, & mundi pravis illecebris adhæresçere: at suos numquam pede sordibus contaminato humum premere, numquam in hisce inferioribus, in quibus miseri adhue volutamur, animo versari, sed cœlo suo admistos & Deo suo admotos veluti in altissimo theatro sedere, ut miseras mortalitatis clades despiciant & rideant. Jam illud etiam ineptum & stolidum esse; quod vanissima audacia se cognoscere regenitas sanctasque mentes confiteatur; cum animus humanus tot fraudibus fœcundus, tot simultatibus subdolus fallaxque esset, quive nequitiam sub austeræ imagine pietatis condere & dissimulare posset: Id certe solius Dei esse, qui animis interesset nostris, & cogitationes nostras inspiceret; homines autem graviter errare, qui, aut vanissima sua opinione turbati aut ambitione prætumidi, de illis rebus insolenter statuerent, quas numquam deprehendere oculis nec certa ratione indagare possent. Ad ista Labadias ejusque commilitones Yvon & Schluterus multis verbis respondebant, sed omnia huc incidebant, deserendum esse mundum, ut cum Christo viveremus, deserendum esse

x fidelibus cœtum infidelium, ne contactu istorum integritatem suam inquinarent: Nondum illum esse Christianum, quem cupido gloriæ honorisque mundani adhuc vexaret, quem ambitio transversum raperet, quem curæ hujus vitæ lacerarent; non enim probum esse amorem, nec legitimas cupiditates, nec desideria justa, nisi quæ nos perpetuis cogitationibus Deo jungerent cœloque imponerent. Addebat Schluterus, se in Palatinatu per triennium fuisse, ut animum præceptis sapientiæ componeret, sed illum Deus perderet, si illum pium Professorem aut Pastorem vidisset; nam aut ambitione illos exagitari aut cupiditatibus habendi fluere, aut vino immergi, aut curis domesticis torqueri, ut graviora sileret. Ad ea, quum spississimum tolleremus risum, interpellavit Princeps noster contentionem, petiitque abs Labadia, ut convocato grege suo concionem haberet, sibi enim jucundum fore, si facundiam ejus & doctrinam prolixius ex sacris rostris audire liceret. Confestim itur in ædes, ubi Labadias degit, conveniunt mulieres & puellæ, omnes lepidissimæ pupulæ & quæ lectum non invenustæ movere possent: accedunt etiam Sartores, nautæ & perfusi sordibus pellionnes, neque enim alios, quod miraberis, aut veste conspicuus aut vulti insignis vir in tam illustri mulierum consortio eminebat.

Post-

Postquam sedilia raptim fuere disposita, cantatur Psalmus II. mox textus ex evangelio Matthæi VI, 24. prælegitur; ex quo disertus Ille agyrta longa & fastidiosa declamatione demonstrat, neminem in Christi Jesu membris habendum esse, qui mundi sordibus adhuc coopertus esset, alioque amore aut cupiditatibus arderet, ac illis, quas cœlestis ille spiritus in regeneratis mentibus incendisset. Addebat in fine concionis loqui se ad Principes, ad hæredes Electoratus Palatini, quorum majores gravissima damna pro religione perpessi essent; pulsos enim auitis regionibus & despoliatos omnibus fortunis fuisse, sed eosdem a Deo O. M. restitutos majoribusq; gloriæ & dignitatis præsidiis auctos esse, ut labentis ecclesiæ ruinas sustinerent. Se quidem ex animo vovere, ut præsens ille Princeps, qui cœlitum speciem suavitate oris referret, verus Christianus reddatur & in ornamentum ecclesiæ legitime crescat. Tempus enim jam esse, ut magni Principes & terrarum Domini, qui Christo nomen dedissent, verum Christianismum animis atque operibus exprimerent, ut Principes Apostolici essent, regnumque Jesu Christi, quod ante adventum suum in hisce terris constituet, ornandum pietate sua & vitæ innocentia sumerent. Adhæresceret alii opibus mundi, fatigarent

ani-

Digitized by Google

animum vana ambitione, darent pretium Machiavellicis argutiis, quæ hodie in aulas & forum incubuissent, sibi suæque domui, quod olim Josua Israelitis dixit, statutum esse, Deum sequi, in ejus contemplatione consenescere, in simplicitate atque innocentia vitæ gloriam suam ponere, fastidire terras, fastidire honores, qui maximam mortalium partem vanissima pompa ludificarent. Hæc taliaque quum ardenti voce vultuque ad sanctitatem composito diceret, ingens devotio universam tenebat turbam; pars ad cœlum miserabiliter sustollebat oculos: pars pectus singultibus crebris verberabat; quædam etiam puellæ, quibus mollior in pietatem erat animus, lacrumas ubertim fundebant. Nos admiratione saturi redimus domum superque mensam tam trepidam & ridiculam hominum pietatem vario sermone traducimus, nec satis mirari poteramus, puellas summo loco natas, forma & ætate florentissimas, divitiis magnis præditas, eo insaniæ processisse, ut vilissimi & inertissimi sacerdotis ludibrio animos obnoxios ducerent, eoque stupore captæ, ut nec avitos penates nec parentum carissimorum preces, nec amantium querelas & dulce matris nomen curarent. Erant, qui morbo hypochondriaco infestari eas credebant, utpote qui olim virgines Milesias tanto circumegisset furore,

re,

ut magno consensu cervicem laqueo conderent vitamque suspendio finirent. Alii illos sanitati restitui posse putabant, si ex fonte Schwalbachiano aut Pirmontano biberent; irascente Elisabetha Principe, quod illam pietatem, quam innocentissimis hominibus sanctior infudisset Spiritus, malignitas nostra vitio laborantis corporis imputaret. Sed Princeps Sophia, fœmina ingentis prudentiæ ridendo illos tumultus & componebat & excitabat rursus, rata id, quod erat, sororem non alio fine Labadistico coetui deditam esse, quam quod rei familiaris tenax & parca esset. Habes, vir amicissime, epistolam satis verbosam de iis rebus, quas Hervordiæ circa sacra obiter notavi. Cetera & quæ ad Principem nostrum pertinent, more consueto proximis litteris perscribam.

Tuus animo & studio

Osnabrugi 31. Maji 1671.

Paulus HACHENBERG. (d)

(d) Fuit is Sereniſſimi Caroli, Palatini, tum peregrinantis ephorus, deinde conſiliarius. Vir elegantioribus literis perpolitus. Cujus rei fidem faciunt, ejus *Germania media*, & de *Originibus Suecorum & Germanorum* L. &c. Hanc epiſtolam lectu digniſſimam debeo humanitati Viri Cl. Phil. Crollii, qui nunc in Gymnaſio Bipontino hiſtoriam & literas humaniores publice profitetur. T. d. H.

VII.

Digitized by Google

VIII.

INDICES CLASSIS

septimae & octavae.

A.

Index Alphabeticus *Auctorum* & *materiarum* generalior

NB. Numerus Romanus tomum, alter paginam tomi. L. R. notat librum recenſitum.

Jo. *ALBERTI* obſervationum criticarum in HESYCHIUM ſpecimen. VIII. 149.

A. ALBERTHOMÆ Cogitationes ad Num. X. 13-28. VII. 872.

Jo. Georg. *ALTMANNI* de *lapidibus Chriſto teſtimonium exhibentibus* in Matth. III. 9. Luc. XIX. 40. obſerv. VII. 261.

Ruardi *ANDALA* de SABBATHO quarti præcepti & *diei dominicæ* obſervatione tempore N. T. theſes. VIII. 541.

ANONYMI Oxonienſis & Cantabrigienſis Academiæ hodiernus ſtatus VII. 364.

- Succincta & genuina FORMULÆ CONSENSUS *Helveticæ* Hiſtoria. VII. 669.

- de adminiſtratione Calicis Euchariſtici Epiſcopalis admonitio a. 1564. in regno BOHEMIÆ promulgata. VII. 1074.

- Schediaſma de concilio

lio, quod seculo XVI. primum MANTUAM, deinde VICENTIAM indictum fuit. VIII. 164.
- - Jura & libertates dissidentium in regno POLONIÆ & M. D. LITHUANIÆ. VIII. 205.
- - Conspectus *Ecclesiarum* reformatarum, quæ sunt in regno Poloniæ & M. D. LITHUANIÆ. VIII. 275.
- - de שמעי שמשון i. Vulpibus Simsonis ad Jud. XV. 4. 5. Conjectura. VIII. 802.
- - de ætate constriptionis libri JOSUÆ observatio. VIII. 959.

Samuelis BATTIERII in locum Gal. II. 3. 4. 5. observatio. VII. 56.
- - in *Johann.* Cap. VII. 21. 22. 23. observatio. VIII. 745.
- - Observationum in loca N. T. decas. VIII. 941.

Irenæi BIBLIOPHILI observationum triga. VII. 929.
- - ad C. A. HEUMANNUM Epistola, in qua analecta ad ejus novam *Elogiorum Samaritanorum* editionem exhibentur. VII. 555.
- - Ad THEOD. HASÆUM de quibusdam historiæ de *Johanna Papissa* scriptoribus Epistola. VIII. 498.

Fr. BURMANNI F. Epistolæ ad OUZELIUM. VIII. 918.

Beati Pacifici CLERONOMEI, V. D. M. *Evangelico - Lutherani* divinæ justitiæ Idea, pro feliciori mali moralis cum divinis virtutibus conciliatione, VII. 149.

D. *Duchat* de ætate G. POSTELLI observatio. VIII. 358.

EPISTOLÆ *Fr. MARCONII* ad *Just. JONAM.* VII. 729.
- - *Joh. à LASCO* ad *Drusillam SISSINGA.* VII. 332.
- - *Annæ Mariæ SCHURMANNIÆ.* ad Sam. RACHELIUM. VIII. 875.
- - WILHELMI VI. Landgravii Hassiæ ad Regem Sueciæ de mutatione Religionis in quibusdam vicis Ducatus Bremensis institutæ Epistola. VII. 948.

Digitized by Google

- Fr. BURMANNI, *Hadr. RELANDI* & C. *VITRINGÆ* ad *OLZEELIUM*, qua sententiæ ipsorum de *accentuatione Ebræorum* exhibentur. VIII. 918.

Justi Mærtini GLAESENERI de *Esro Palæstina nocivo* Exercit. VII. 637.

- de DRACONE insigni regum Ægyptiorum ad illustr. Ezech. XXIX. XXX. XXXI. XXXII. Capp. diatribe. VII. 976.

- de Origine Vocis MUSULMANNI conjecturæ. 441.

- de *Genino* Judæorum *Messia* Specimen Antijudaicum, VIII. 810.

A. M. GOERINGII ad loc. Rom. VI. 7. observ. VIII. 279.

- testimoniorum de *Johanna Papissa* Romæ editorum quaternio. VIII. 926.

Pauli HACHENBERGII de Jo. *Labadie* epistola VIII. 1056.

Excerpta ex literis *Eil. Folc. HARKENROTHII* ad T. d. H. in qua de nonnullis memorabilibus Biblioth. Embd. aliisque agitur, & pentas literarum à Jo. à *LASCO* ad Drusillam *Sissinga* scriptarum exhibetur. VII. 310.

Eil. Folc. HARKENROTHII Notæ ad Analecta anecdota ad Hist. Ecclesiast. Seculi XV. facientia VII. 1052.

- vita *Guilielmi GNAPHÆI*. VIII. 111.

Isenbrandi Eilhardi HARKENROTHII differt. de *Aenon* prope *Salim* ad illustr. Joh. III. 23. VII. 349.

- de תאצם ad loc. Ezech. I. 4. differt. VII. 601.

- periculum criticum, quo ΑΕΒΗΑΩΝ Hesychii, aliaque ejus loca explicantur. VIII. 339.

J. C. HARENBERGII Miraculum duplex ad Siloah Joh. V. 1-9. VII. 82.

- Schediasma pro indaganda aquæ ex Siloam hauftæ antiquitate ad illustr. loci Es. XXX. 29. VII. 105.

- observationum sacrarum TETPAΣ.

A. de עוש ad Amos I. 1. segq.

1. seqq. Zach. XIV. 5. VII. 46
B. de *Magis* Judæis ad Matth. II. 1. seqq. VII. 470.
C. ad locum Rom. V. 7. VII. 473.
D. inquisitio de antiquitate *Versionis* N. T. *Syriacæ*. VII. 480.
-- Vindicatio Israelitarum de dolo in Ægypto commisso ad Exod. XII. 35. 36. VII. 624.
- - de *Vento in meridie noxio* ad illustr. Ps. XCI. 6. observatio VII. 630.
- - Commentatio de 14. annis Paulinis ad illustranda loca 2. Cor. XII. 2. Gal. II. 1. pro definiendo conscriptæ secundæ ad Corinthios Epistolæ anno VII. 886.
- - *peccati originalis* demonstratio mathematica. VII. 1008.
- - de modo eruendi aurum & argentum in Arabia & Æthiopia descripto Job. XXVIII. 1-11. VIII. 93.
- - defensio receptæ lectionis Gal. II. 3. 4. 5. VIII. 104.
- - Commentatio de oratione per *spiritum & veritatem* ad Joh. IV. 23. 24. VIII. 331.
- - Christus Galatis ob oculos delineatus Gal. III. 1. VIII. 386.
- - de Cribratione quam Satanas Apostolis paravit ad verba Christi Luc. XXII. 31. 32. meditatio VIII. 414.
- - Exegesis Ps. CXVIII. VIII. 605.
- - de vocibus, אררכון דרכמן, דרכון ad illustranda loca 1. Paral. XXIX. 7. Esdr. II. 69. Nehem. VII. 70. 71. 72. observatio VIII. 623.
- - de monte, quo Moses & Christus Palæstinam spectarunt, dissertatio. VIII. 853.
- - de rore Hermonis descendente in montes Sionis ad illustrandum locum Ps. CXXXIII. 3. VIII. 970.
Theodori HASAEI de גוי קו קו *Gente Kau Kav* ad Es. XVIII. 2. 7. diatribe VII. 485.
- - de *Jodutha* Paraleipomena VII. 906.
- - de *meritis BREMENSIUM* in rem *Christianam* ante Reformationis tempora Oratio. VII. 1096.
- - de Saxonum Idolo OSTERA observatio VIII. 475.

Digitized by Google

- Recensio libri Germanici Romæ 1499. impressi, in quo cum alia memorabilia tum testimonium de *Johanna Papissa* occurrunt. VIII. 526
- - Itineris, quod annis 1721. & seqq. circum orbem terrarum factum est, descriptio. VIII. 640.
- - de Godofredo SOPINGIO brevis relatio. VIII. 707.

Vita Heur. HULSII, VII. 897.

- - ΔΙΑΣΚΕΥΙΣ, qua origo traditionis Judaicæ de *Messia Josephi filio* investigatur. VIII. 842.
- - dissert. qua *an* & quomodo status humiliationis Christi vocetur ejus *exaltatio*, & utrumque Es. LII. 13. indicari, ostenditur. VIII. 1002.

Bina *epigrammata*. VII. 952.

Jacobi HASAEI de Judææ terræ depopulationibus per *Gazam*, *Arbe*, *Jelek* & *Chasil* ad Joel. I. 4. II. 25. dissert. VII. 773.

Jo. Jac. HULDERICI de vita & morte *Rodolphi GUALTHERI* oratio. VIII. 660.

Joach. Christ. JEHRINGII dissert. de IKONIS WALLES vita, libris atque erroribus. VII. 113.
- - de regione TARSCHISCH. VIII. 78.
- - de AHASVERO ejusque regno Medo-Persico dissertatio. VIII. 565.

Bernh. Petr. KARLII filum Ariadneum de Angelo Dan. VII. traditum ad expediendas difficultates in Apoc. præsertim Cap. XX. occurrentes. VII. 268.

Caroli KESSLERI dissertatio, qua nova verborum Hagg. II. 9. versio exhibetur. VIII. 292.

Caroli Frid. KRUMBHOLZII de pœna per τὸ ΔΙΧΟΤΟΜΕΙΝ significata ad Matth. XXIV. 51. & Luc. XII. 36. disquisitio. VII. 234.
- - de Servatore fustibus cæso ad Matth. XXVI. 67. Marc. XIV. 65. Joh. XVIII. 22. & XIX. 3. dissert. VIII. 35.
- - de nexu verborum ἕως ἂν τόπῳ ἁγίῳ Matth. XXIV. 15. Exercit. VIII. 361.

Digitized by Google

- - ad Marc. XV. 11. animadversio. VIII. 633.

Jo. à *LASCO* Epistolæ ad *Drusillam & Sissingæ* VII. 332.

Gerhardi van *MASTRICHT* Canon S. Scripturæ secundum seriem seculorum N. T. VII. 1.

- - in eum ejusdem notæ. VII. 27.

- - de JODUTHA commentatio cum notis Th. de H. VII. 510.

Cour. MEL de Lapide *Puch* ad Es. LIV. 11. schediasma VIII. 791.

Jo. Georg. MICHAELIS in parabolam de *Pharisæo & Publicano* Luc. XVIII. 9-14. Comment. Pars I. VII. 422.

- - Pars II. VII. 824.

- - de *scuto fidei* exercitatio ad Ephes. VI. 16. VIII. 763.

Bartholomæi de *Moor* de genuino sensu quarti præcepti disquisitio. VII. 381

Frid. Myconii biga epistolarum ineditarum ad *Justum JONAM.* VII. 729.

G. OUTHOVII de quarundam vocum speciatim שמים & בר ἑτυμῳ disquisitio. VIII. 120.

Jeremiæ PHILADELPHI de *Valle Josaphati* ad Joel. III. 2. 12. IV. 14. Meditatio. VIII. 1.

Gul. POSTELLI de Linguæ *Ebraicæ* & *Arabicæ* excellentia & penes Latinos necessario usu oratio VII. 193.

- - *Les tres Merveilleuses victoires des femmes du nouveau monde* L. R. VII. 702.

Jo. Jac. RAMBACHII de ignorantia exegeseos multarum *reliquiarum* matre observ. VII. 1015.

Hadr. RELANDI, epistola ad OUZEELIUM, VIII. 918.

Andr. RITZII de origine vocis OSTERN / quâ Germani *Paschatos* festum indicant, cogitationes. VIII. 449.

Petri van SARN de *Angelo Satanæ Colaphizante Paulum* ad 2. Cor. VIII. 7. 8. 9. observatio VII. 551.

- - de nomine novo ad Es. LXII. 2. LXV. 15. & Apoc.

Digitized by Google

Apoc. II. 27. Cogitationes. VII. 940.
Jo. Georg. SCHELHORNII in quædam loca N. T. observationes. VII. 62.
- - de *baptismo pro mortuis* ad 1. Cor. XV. 26. Exercit. VII. 649.
- - de vita & scriptis *Pauli Scalichii* Commentatio. VII. 1027.
Annæ Mariæ SCHURMANNIÆ *ad Sam. RACHELIUM* epistola inedita. VIII. 875.
Jo. SIBRANDA ad loc. I. Pet. V. 5. διαχρίνις. VII. 953.
Jo. Frid. STADENII vocis Germanicæ obsoletæ *Simvvel* explicatio. VIII. 938.
Jo. Rudolphi STECKII dissert. in loc. Gal. III. 20. VII. 585.
Jo. STENGELII de *Junipero biblica* ad illustranda tria SS. loca 1. Reg. XIX. 4. 5. Job. XXX. 4 Psl. CXX. 4. VII. 856.
- - ad locum Es. LII. 13. diatribe, qua utrumque Christi statum ibi denotari ostenditur. VIII. 98.
H. F. F. T. Conjecturæ de שעירים ad Es. XIII. 21. & XXXIV. 14. VIII. 305.
Jac. TAMNAVII de ΑΕΒΗΔΩΝ & ΑΕΒΙΔΩΝ Hesychii observatio. VIII. 694.
Almonii UTINIS demonstratio, quod Idea electi mundi optimi à Deo removeri nequeat. VIII. 47.
- - de *æternitate mundi* possibili extrinseca expositio. VIII. 1028.
VITARUM descriptiones. UKONIS WALLES. VII. 113.
C. VITRINGAE, F. VII. 357.
Alb. Henr. de SALENGRE. VII. 744.
H. Hulsii VII. 897.
P. *Scalichii*. VII. 1027.
Wilh. *Gnaphæi*, VIII. 111.
Rudolph. GUALTHERI VIII. 660.
Godofr. *Sopingii*. VIII. 703.
Jo. SIBRANDA VII. 953.
Ph. OUZELII. VIII. 990.
C. VITRINGAE, ad OUZELIUM, qua sententiæ ejus de *accentuatione Ebræorum* exhibetur. VIII. 918.
Nicol. WESTERMANNI Elogi-

Digitized by Google

Elogium *Philippi* OUZEELII Theologi Francof. propter Oderam, VIII. 900.
WILHELMI VI. Landgravii Haſſiæ ad Regem Sueciæ de mutatione religionis in quibusdam vicis Ducatus Bremenſis inſtituta Epiſtola. VII. 948.
Nova Hiſtorico Theologico-Literaria. VII. 166. 734.
Continuatio catalogi librorum à Proteſtantibus, præcipuè à Reformatis nuper vel editorum vel recuſorum.
Latinè. VII. 1082.
Belgicè VII. 757.
Gallicè VII. 373.
Anglicè VII. 367.

B.

INDEX

Alter ſcriptorum veterum ſive Gentilium, ſive Chriſtianorum, qui in Tomis V. VI. VII. VIII. illuſtrantur, notantur, emendantur, & defenduntur.

Aelianus illuſtr. V. 60.
Aeſchylus illuſtratus. VI. 349.
Alexandrini. v. Septuaginta interpretes.
Ariſtophanes illuſtr. VIII. 943.
Ariſtoteles illuſtr. VII. 58.
Arriano lux VI. 93. VII. 246.
Arrianus in periplo emendatus & illuſtratus VI. 189. ſqq.
Bremenſe ſtatutum illuſtr. VI. 173.
Cenſorinus defenditur, V. 22.
Demoſthenes illuſtr. VI. 85.
Diodoro Tarſenſi liber quæſt.

Digitized by Google

quæst. ad Orthod. vindicatur V. 659. sqq.
Diodorus Siculus illustr. VI. 216.
Epiphanii verba excutiuntur. V. 269. illustrantur VIII. 496.
Euripides emend. VI. 89. explic. VI. 91.
Eusebius contra Hieroclem explicatus, V. 246.
Eusebius de *nominibus* Ebraicis emendatur. VII. 356. restituitur. VII. 385.
Eutropius explicatur V. 277.
Heliodorus explicatur, V. 866.
HERODOTI locus defensus: VII. 509.
Hesychius explicatus & tentatus. VI. 1039. 1040. VII. 354. 380. emendatus VII. 778. correctus, VII. 959. 961. 962. explicatur. VII. 960. 965. VIII. 774.
HESYCHII insignis locus explicatus; VIII. 339. sqq. 694. sqq.
HESYCHIUS plurimis in locis emendatus & illustratus VIII. 149. 350. sqq.
Hierocles illustratus, VI. 69.
Homerus emendatus & illustr. VI. 88. illustr. VI. 97. explic. V. 428. VII. 239. 246.
Inscriptio vetus apud Gruterum illustr. V. 675. apud Sponium, V. 673. 676.
Josephus illustr. V. 1007. num reticuerit infanticidium Herodis. 1110.
Isidorus Pelusiota explicatus & defensus, V. 239. sqq.
Isocrati lux, V. 60.
Quis auctor sit, libri quæstionum ad Orthodoxos, qui *Justino* M. adscribitur, V. 656.
Juvenalis explicatur. VIII. 741.
Lactantii loca in libro de mortibus persecut: aliusque in libro de divinis instit. collata & illustrata V. 257.
Lucianus illustratus, V. 582. VI. 331. 322.
Lycophron illustratus VI. 64. 65. 305. sqq.
Mœris Atticista notatur VIII. 155.
Moschopulus emendatur VIII. 151.
Origenes conciliatur V. 481.
Palæphatus illustratus & emendatus VI. 54. sqq.
Per-
Perſii
ſtr
Phar
V
Phil
2
Phil
g
Pho
d
Poly
Pla
5
Plin
2
Sap
Sen
Sep
I
Soj
SC

Digitized by Google

Perſii Sat. I. 92. ſqq. illuſtrata VII. 743.
Phavorinus emendatur. VII. 962.
Philoſtratus illuſtr. V. 2241. VIII. 311.
Philoxeni gloſſæ corriguntur. VIII. 151.
Photius in epiſtolis emendatus. VII. 969.
Polybius illluſtratus VI. 42.
Plato illuſtr. VI. 99. VII. 58.
Plinii lectio defenſa, V. 286. 796. ſqq.
Sappho emendata VII. 76.
Seneca illuſtr. V. 63.
Septuaginta interpretes. Eorum verſio defenditur V. 565. ſq. emendatur & adſtruitur, 598. defenditur VII. 777. ſqq. 811.
Sophocles illuſtratus VI. 35.
SUIDAE locus in Βηρυτιος fuſe illuſtratus VI. 169. ſqq. emendatus VII. 962. reſtitutus. VIII. 40. defenſus; VIII. 744.
Symmachi verſio explicatur & rejicitur V. 572. defenditur V. 599.
Syncellus Chron. tentatur VIII. 697.
Syrus interpres notatus, 267. defenſus, 286. ſqq. 794. ſqq.
Theocritus emend. & illuſtr. VI. 91. VIII. 161.
Thevgnides illuſtr. VI. 1065.
Theophraſtus ill. VII. 58.
Thomas Magiſter corrigitur, VII. 813.
Thucydides illuſtr. VIII. 958.
Victor Aurelius, ridiculus ejus error V. 277.
Virgilius illuſtratus, V. 589. VI. 307. defenſus; VIII. 769.
Xenophon illuſtr. VI. 90. 97.

Digitized by Google

C.

INDEX

Tertius vocum Ebraicarum, & ex linguis vicinis, quæ Tomis VII. & VIII. illustrantur, & explicantur.

א cum ע permutatur VIII. 732.

אדכרון : VIII. 623. sq.

אחש : VIII. 568.

אכל est *potitus* est. VIII. 825.

אסתר : VIII. 721.

אסתהר : VIII. 719.

ב præfixum est idem ac παρά, juxta VIII. 370.

בית פצץ VII. 355.

בר VIII. 138. sqq. ברא VIII. 1049.

ברית, VIII. 139.

בשר ודם : VII. 920.

גבה : VIII. 991.

גזם : VII. 784.

ד & ר sæpe permutantur VII. 821.

דג unde ? VIII. 144.

דרכמון, דרכון : VIII. 623.

השאל est *donavit*. VII. 629.

זקף notat *tollere*, sed & *suspendere* : VIII. 1008.

זקיפה VIII. 1009.

חפן VIII. 109.

חדה VII. 354.

חלמש VIII. 103.

חנמל : VII. 795.

חסיל. VII. 787.

חרש & חרץ, VII. 822.

ירכתי VII. 611.

כור VIII. 98.

כחלה, כחל VIII. 793.

כנף שקוצים VIII. 374.

מאד : VIII. 992.

מנן. VIII. 777.

מנחם : VIII. 849.

מקוה VII. 507.

משך : VII. 492.

נב & נף VIII. 866.

נביאים : VIII. 866.

נופך : VIII. 797.

נשא : VIII. 989. pro *suspendio* : VIII. 1017.

סדר habet notionem *laminis* VIII. 713.

סהר VIII. 720.

סלק VIII. 1016.

ע cum א sæpe permutatur. VIII. 732.

Digitized by Google

עין יון VII. 349. sq.
עין חדה: VII. 354.
עלה: pro *mori* VIII. 1016.
עליל VIII. 97.
עשתרות: VIII. 731. 464.
פוח: VIII. 792.
פוך: VIII. 792. sqq.
פלוסין: VII. 506.
פרושים VII. 429.
צרירא: VIII. 793.
צלצל notat *rubiginem* VII. 795.
צנה: VIII. 777.
צפון VII. 608.
צריירא: VIII. 793.
קו notat *lineam* VIII. 495.
Gens קו VII. 485. sqq.
קיואן, VII. 504.
קלי. VIII. 423.
ראה est voluptate frui VIII. 207.
רוח קדים VII. 642.
רום: VIII. 988. 1016. sumitur pro *suspendio* VIII. 2017. pro violenta sublatione; VIII. 1018.
רעש: VII. 468.
רתם VII. 856. sqq.
שאל, est *petiit*; VII. 629.
שועלים: VIII. 808.
שחל: VIII. 102.
שחץ: VIII. 102.
שחצימה VII. 352.
שכל VIII. 987.
שמים ejus vocis etymon, VIII. 127.
שעירים; 307. sqq.
שתר habet notionem *luminis* & *splendoris* VIII. 713. sqq.
תו an signum crucis VIII. 141.
תרוש VIII. 777.
תרשיש: VIII. 79. sqq.

Digitized by Google

INDEX

Quartus

Locorum S. scripturæ, quæ in classibus VII. & VIII. illustrantur, atque explicantur.

NB. Literæ majusculæ indicant loca ex professo tractari.

Gen. X. 19. VIII. 346.
Gen. XL. 13. VIII. 1017.
Ex. III. 14. VIII. 309.
Ex. X. 13. VII. 643.
EX. XII. 35. 36. VII. 624. sq.
EX. XX. 9. 10. VIII. 541. sqq.
Exodi. XXVI. 13. 14. VII. 391.
Lev. XVII. 7. VIII. 311. 317. 328.
Lev. XIX. 30. VII. 406.
Lev. XXIII. 10 VIII. 414.
NUM. X. 13-28. VII. 872.
Num. XXXIV. 2-12. VIII. 856.
Deut. XVIII. 15. VII. 903.
Deut. XXVIII. 42. VII. 795. 811.
Deut. XXXII. 8. VIII. 309.
Josuæ liber quando conscriptus VIII. 970. sqq.
JOS. VI. 25. VIII. 962.
Jos. XV. 63. VIII. 963.
Jos. XI. 16. 21. VIII. 966.
JOS. XIX. 22. VII. 352
- - 35. VIII. 204.
- - 49. VIII. 964.
- - 27. VIII. 965.
JOS. XXIV. 30. VIII. 345.
XXIV. 29. sqq. VIII. 961.
Jud. VI. 11. VIII. 347.
JUD. XV. 4. 5. VIII. 802.
Jud. XVIII. 1. VIII. 965.
1. Sam. VII. 12. VII. 923.
1. *Reg.* X. 28. VII. 507.
1. REG. XIX. 4. 5. VII. 857. sq.
2. REG. IX. 30. VIII. 793.
2. *Chron.* 16. VII. 507.

Digitized by Google

2. *Chron.* VII. 8. VII. 92.
2. *Chron.* XI. 15. VIII. 311. 328.
2. *Chron,* XX. 2. ſq. VIII. 12. ſq.
2. *Chron.* XXVI. 16-21. VII. 471.
2. *Chron.* XXXVI. 20. 21.
Eſth. I. 1. VIII. 596.
Eſth. II. 11. VIII. 598.
Eſth. III. 7. VIII. 600,
Jobi. X. 25. VIII. 716.
Jobi XVI. 13. VII. 269.
JOB. XXVIII. 1-11. VIII. 93.
Job. XXX. 4. VII. 857. ſqq.
Job. XXXI. 26. VIII. 720.
Job. XXXI. 27. VIII. 719. XXXVII. 21. VII. 612. XXXIX. 3. VII. 188. XLI. 6. VII. 584.
Pſ. II. 12. VIII. 146.
Pſ. XII. 7. VIII. 97.
Pſ. XIX. VII. 495.
Pſ. XXII. 17. VIII. 827
Pſ. XLVII. 3. VII. 611.
Pſ. XLVII. 6. VII. 885.
Pſ. LX. 10. VIII. 341.
Pſ. LXVIII. 31. VII, 1004.
Pſ. LXXVIII. 46. VII. 790.
PS. XCI. 6. VII. 630. ſqq. VIII. 308.
Pſ. CII. 24. VIII. 1016.
PSALM. CXVIII. int. VIII. 605. ſqq.
PS. CXX. 4. VII. 827. ſq.
PS. CXXXIII. 3. VIII. 970.
Pſ. CXXXVI. VIII. 610.
Prov. VII. 23. VII. 259.
Prov. XIV. 35. VIII. 988.
Prov. XXI. 20. VIII. 988.
ES. XIII. 21. VIII. 305.
Eſ. XIV. 13. VII. 610.
Eſ. XV. 2. VIII. 342. 345.
ES. XVIII. 217. VII. 485. ſqq.
Eſ. XXVII. 8. VII. 645.
Eſ. XXVIII. 9. 10. VII. 495.
- - 4. VIII. 160.
ES. XXX. 20. VII. 105. ſqq.
ES. XXXIV. 14. VIII. 305. ſqq.
Eſ. XLII. 1. VIII. 986.
ES. LII. 13. VIII. 982. ſqq. 1003. ſqq.
- - LIII. ad Meſſiam pertinet VIII. 824.
Eſ. LIII. 8. VIII. 1004.
ES. LIV. 11. VIII. 791. ſqq.
Eſ. LXII. 2. VII. 940. ſq.
Eſ. LXV. 15. VII. 940.
Jer. II. 13. VII. 94.
Jer. IV. 30. VIII. 793.
Jer. XVI. 16. VIII. 144.
Jer. XXVII. 17. VIII. 583.
Jer. XXXIV. 18. VII. 258.
EZECH. I. 4. VIII. 19. 24. VII. 601. ſqq.
Ezech. IX. 4. VIII. 141.
Ez. XX. 12. VIII. 544.

Digitized by Google

EZECH. XXIX. XXX. XXXI. XXXII. Capp. VII. 976. sqq.
Ezech. XXXVIII. XXXIX. int. VII. p. 295. sqq.
DAN. VII. int. VII. 268. sqq.
Dan. VIII. 2. VIII. 576.
Dan. IX. 1. VIII. 569. sqq.
Dan. IX. 1. VIII. 374.
Hos. V. 7. VII. 820.
Hos. XIII. 15. VII. 644.
JOEL. I. 4. VII. 776. sqq.
Joel. II. 3. VII. 807.
Joel. II, 25. VII. 809.
JOEL. III. 2. 12. VIII. 1. sqq.
JOEL. IV. 14. VIII.
Amos I. 1. sqq. VII. 469.
Amos. IV. 9. VII. 785.
Mich. I. 13. VII. 858.
Zeph. I. 8. VII. 431.
HAGG. II. 9. VIII. 292.
Zach. IX. 9. VIII. 824.
Zach. XII. 10. VIII. 826.
Zach. XIII. 4. VIII. 324.
Zach. XIV. 5. VII.
1. *Maccab.* IV. 54. 55. VIII. 610.
2. *Macc.* XII. 36. VII. 912.
Sapientiæ XIII. 2. VII. 647.
Susanne L. vs. 55. 59. VII. 256. 257.
Matth. II. 1. VII. 470.
Matth. III. 9. VII. 261.
Matth. IV. 8. VIII. 854. sqq.
Matth. VI. 7. VII. p. 63.
Matth. VII. 15. VIII. 314.
Matth. XXI. 12. VII. 8.
Matth. XXI. 42. VIII. 619.
Matth. XXIII. 39. VIII. 620.
MATTH. XXIV. 51. VII. 234. sqq.
MATTH. XXIV. 15. VIII. 360. sqq.
Matth. XXVI. 67. VIII. 36.
Marc. XIV. 65. VIII. 44.
MARC. XV. 11. VIII. 633.
Luc. II. 19. VIII. 158.
Luc. V. 21. VIII. 941.
Luc. IX. 51. VIII. 1004.
LUC. XIV. 46. VII. 234. sqq.
LUC. XVI. 9-14. VII. 420. sqq.
LUC. XVIII. 9-14. VII. 422-468. & 824-856.
LUC. XIX. 40. VII. 261.
LUC. XXII. 31. 32. VIII. 414.
Luc. XXIV. 44. VIII. 1025.
JOH. II. 15. VII. 73.
Joh. III. 14. VIII. 996. 1003. sqq.
JOH. III. 23. VII. 349. sq.
JOH. IV. 23. 24. VIII. 331. sqq.
JOH. V. 1-9. VII. p. 82. sqq.
JOH. VII. 21. 22. 23. VIII. 745. sqq.
Joh. VII. 37. VII. 88. 91. 106.

Digitized by Google

JOH. VIII. 28. VIII. 1003. sqq.
Joh. XII. 24. VIII. 438. 1003. sqq.
IOH. XII. 32. VIII. 997.
Joh. XVIII. 22. VIII. 44.
Ioh. XIX. 3. VIII. 44.
- - XIX. 5. VIII. 942.
Act. I. 4. VIII. 945.
Act. IV. 13. VII. 264.
Act. XX. 29. 30. VIII. 783.
Act. XXVII. 14. VII. 641.
- - XXVII. 17. VIII. 947.
Rom. IV. 4. VIII. 883. sqq.
ROM. V. 7. VII. 473.
ROM. VI. 7. VIII. 279. sq.
ROM. VIII, 19. 24. VII. 617.
Rom. IX. 14-18. VII. 156. sqq.
1. *Cor.* VII. 3. VII. 74.
- - 21. VIII. 163.
1. COR. XV. 26. VII. 649.
2. COR. epist. quando scripta VII. 886. sqq.
2. Cor. VII. 1. VIII. 949.
2. Cor. X. 10. VIII. 951.
2. COR. XII. 7. VII. 551. sqq. 1025.
2. *Cor.* XII. 2. VII. 886.
GAL. II. 1. VII. 887.
GAL. II. 3. 4. 5. VII. p. 56. sqq. VIII. 154. sqq.
Gal. II. 4. VIII. 400.
GAL. III. 1. VIII. 386.
GAL. III. 20. VII. 585. sqq.
Eph. IV. 16. VIII. 952.
Eph. VI. 12. VIII. 785.
EPH. VI. 16. VIII. 765. sqq.
Col. III. 3. VIII. 287.
Phil. II. 9. sqq. VIII. 1026.
Phil. II. 17. VII. 78.
1. *Thes.* V. 8. VIII. 953.
2. *Thes.* II. 4. VII. 611.
2. *Tim.* III. 11. VIII. 956.
1. Petr. IV. 6. VIII. 956.
1. PETR. V. 5. VII. 953.
Ebr. XI. 37. VII. 243.
Ebr. XIII. 15. VIII. 1011.
Apocalypseos totius analysis VII. 736.
Apoc. II. 17. VII. 940.
Apoc. XIII. int. VII. 276. sqq.
Apoc. XVI. 13. VII. 301.
APOC. XX. p. 268. sqq.

E. IN-

Digitized by Google

E.

INDEX

Quintus

Rerum & vocum *Latinarum*, & *Græcarum*, Virorum commemoratorum, & *reliqua*.

A mutatum cum O. VIII, 483.
Abbingwvera, VII. 326.
Αβελον; VIII, 352.
Abenrousd. VI. 229.
ACCENTUS Ebtæorum; VIII, 911. sqq. 918. sqq.
Accentuatio prosaica. VIII, 914.
Αχαϊς VII, 76.
Αδα; VII, 354.
Adalbertus, Brem. Archiep. VII, 1111.
Adjuti Dio: VII, 912.
Adjutorii mons: VII, 925.
S. *Adjutor*. VII, 926.
AEGYPTII dicuntur קוי VII, 485. Geometriæ inventores & cultores VII, 496. colunt *linum* VII, 505. sqq. gens insuperabilis 492. detonsa; 491. conculcata, 494. Auctores artis hieroglyphicæ: VII, 977. Illorum sapientia, 979. superstitiosi, 981. ab illis orti Sinenses 989. cum his multa communia habent, ib.
Aegyptus distincta fossis. VII, 503.
Aegyptiacum linum VII, 505. sqq.
Aegyptus ἐρημοχημιος: VIII, 156.
AENON prope Salim. VII, 349.
Aepinus Johannes. VII, 328.
Aeternitas mundi num possibilis? VIII, 64. sqq. VIII. 1028. sqq.
Aeternitas quotuplex. VIII, 1030. sq.
Αγαθων, ut differat a δικαιω VII, 478.
AHASVERUS VIII, 565.
Αιρειν. VIII, 1019.
Αχερουσ VIII, 151.

Digitized by Google

Αλαβαρχ. VIII, 151.
Al'aide, VII, 919.
Albertus; v. Adalbertus.
Alenſonienſis Synodus VII, 672. ſq.
Αλοαειν: VIII, 151.
Αλοαχνη: VIII, 151.
Alphen (Simon von) VII, 188. 1087.
Alphuſius (Joh. Lubb.) VII, 119. ſqq.
Altaria erant *alta*; VIII, 1011.
Altingius (Menſo) VII, 185.
Altmannus (J. G.) 1088.
Amortiſatio VII, 1061.
Amyraldiſmus VII. 671. ſqq.
Αναλαμβανεσθαι pro *morte* VIII, 1017.
Αναληψις VIII, 1004.
Αναστειειν: VIII, 634.
Αναστρεφειν eſt ſubvertere VII, 73.
Andala Ruardus: VIII, 541.
Angelus notat *hominem* quemvis legatum VII, 86. 552. an hominibus futura annuncient VIII, 679.
Animalium imagines in inſignibus VII, 985. ſqq.
Angli ex Saxonia; VIII, 489. illi Chriſtianam religionem intulerunt in Germ. VIII, 491.
Annus pro *annona* VII, 810.
S. *Ansgarius* VII, 1056.
Antichriſtum dici Papam ægre ferunt Pontificii, VIII, 656.
Antimonium; VIII, 776.
Antiphonæ, VII, 1056.
Antipolis dicitur Roma: VII, 209.
Apocrypbi libri; VII, 1. ſqq.
Apollonius Tyanæus. VIII, 781.
Aprilis Veneri ſacer. VIII, 467.
Appergadam VII, 1064.
Aquæ ſymbolum calamitatum VII, 657.
Apirum aurum: VIII, 93.
Arabia Libaneſia; VIII, 699.
Arabicæ linguæ præſtantia VII, 206. ſqq. inde reſtituenda Ebræa, VIII, 126.
Aramæi ſunt Syri. VII, 481.
Arbax, VIII. 578.
Ariſtoteli adverſus fuit Poſtellus VII, 726.
Aſſyriorum regnum; VIII, 571. ſqq.
ASTARTE VIII, 467. ſqq. 480. ſqq. 709. ſqq. eſt ſtella 734.
Aſtaroth, ibidem: VIII, 480. ſqq.

Digitized by Google

Astyages est Ahasverus. VIII, 590. sq.
Astramphychus VIII, 726.
Ασραβη: VIII, 730.
Astrum unde dictum; VIII, 728. sqq. Ασεροον. VIII, 130.
Astrum v. stella
Astræa, unde dicta, VIII, 738.
Asterius Jupiter. VIII, 738.
Astræus, VIII, 738.
Asterié: VIII, 738.
Astratæa: VIII, 738.
Astor: VIII, 483.
Astur: VIII, ib.
Astrache: VIII, 483.
Asterga: VIII, 484.
Athanasius in Psalmos: VIII, 514.
Aubrey (Johan) VII, 368.
Aures longæ: VIII, 649.
Auri fodinæ veterum; VIII, 94. sq.
Aurum quomodo ex Aquilone: VII, 613. quomodo in Arabia, & Aethiopia erutum; VIII, 93. sqq.
in *Australem* terram iter; VIII, 643. sqq.
Auxilium Dei passim poscebatur VII, 914.
Averrhoes VII, 229.

Balsamum; VIII, 865.
Banckius Steph. VIII, 928.
BAPTISMUS pro mortuis VII, 649. sq.
Βαπτιζεσθαι pro calamitatibus immergi VII, 653. sq.
Βαπτιζεσθαι ἐν ὑμιν VII. 655.
Barchuysen (Jo. Conr.) VII, 748. 1086.
de la *Barre* VII. 373.
Barritus Germanorum VII, 514. 550.
Basileensium de *gratia* doctrina, VII. 678. sqq.
Βασκαινειν, VIII, 411.
Bassage (Jaques) VII, 379.
Battierii VIII, 114.
Battierius (Samuel) VIII, 104. sq.
Βατολογια gentilium VII, 63. sq.
Baumanni insula; VIII, 654.
Becmannus (Joh. Christ.) VII, 1083.
Beda venerabilis; VIII, 536.
Βελος notat omne armorum genus VIII, 764.
Benjamin tribus quid notet VII, 881.
Beninga (Eggericus) VII, 179. 321.
Bentlejus (Richardus) VII; 366.

die Beschreyung VII, 549.
Bethabara; VIII, 859. 860.
Bethesda VII, 95.
Bethphasis: VII, 355.
Bethschemesch. VII, 352.
Bettevveer. VII, 1060.
Bibliotheca Emdensis VIII. 311.
Biel idolum. VIII, 480. 382.
Blanckius Stephanus. VIII, 928.
Blatire VII, 63.
Blaurerus Ambr. VIII, 673.
de *Blya* (Martinus) VII, 1052.
Βοαγεσιος, VIII, 776.
Bohemis conceditur calix eucharisticus, VII, 1074. sqq.
Βωμος; VIII, 1011.
Bonitas quid sit; VIII, 76.
Bononiense colloquium Caroli V. cum Papa; VIII, 175.
Borith: VII, 1090.
Bosius Donatus, VIII, 533.
Bothe (Cordt) VII, 518.
Bourignon Antonia; VIII, 877. 882. 886.
Joh. Jac. *Breitingerus* VII, 743.
Bremensium judicium sanguinis VII, 542. sqq.
Bremensis ducatus pagis ejiciuntur reformati. VII, 948.
Bremæ commoda VII, 1079.
Bremensium merita in ecclesiam VII, 1096. sqq. illis conversionem suam debent Dani; 1106 Sueci. 1108. Boreales populi omnes: 1109. Cimbri; 1113. Livoni, 1117. Illi terram sanctam occupant, 1121. Lisbonam ab obsidione liberant, 1122. Illis origo debetur ordinis equitum Teutonicorum 1125. Ensiferorum, 1126. expeditionem movent in Stedingos. 1127.
Breuckeland (Jac.) VII. 768.
BRUCKERUS VII, 378.
la Bucca della veritade; 538.
Buddeus (Jo. Fr.) VII. 1092. VIII, 53. 77.
Bullingerus Henr. VIII. 682.
Bυς in compositione rem intendit. VII, 778.
Buscoducensis (Nicolaus) VII, 315. 316. 330.
- - - - - - (Henricus) Ibid.

Digitized by Google

Calix Eucharisticus conceditur Bohemis VII, 1074.
Cainiani VII, 114. colunt *Hysteram*; VIII, 496.
Calmet August. VII, 748.
CAMERONIS (Joh.) doctrina de gratia, VII, 669.
Campe, VII, 777. sqq.
Campius Gerh. VII, 311.
Candelabrum templi: VIII, 426. sq.
CANON sacræ scripturæ per sæcula collectus VII, 156.
Canonici libri VII, 27.
Canonici irregulares; VII, 1104. 1105.
Cantabrigienses Professores VII, 366.
Capella Helvetiorum: VIII. 665.
Capelle Rud. de VIII, 935.
Caro & sanguis: VII, 920.
Caroli M. prælium in Ditmelle, VII, 924. Saxones convertit, VII, 1103.
Carpen (Otto von) VII, 1125.
CASSIODORI Canon VII, 10.
Caulacau VII, 495.
Χαλιβωνιτ. *vinos*: VIII, 357.
Χαρασσεσθαι verbum nuptum, VII, 75.
Χαρις notat osculo VII, 77.
Chermon mons VIII, 976.
Chronicum Saxonum, al. picturatum VII, 518.
Christus per fontem Siloam adumbratus VII, 104. ejus mors præfiguricata VII, 397. est *veritas* VIII, 334 Judæ Maccabæi antitypus VIII, 612. filius Josephi. VIII, 847.
Χωλ. sumitur pro mutilato manibus VIII, 757. & pede, 758.
De *Cistercienses Ordinis Viri illustr.* L. VII, 318.
Clarcke (John) VII, 371. 766.
Claudos an Christus sanarit, VIII, 754.
Clemens VII, quando mortuus VII, 177.
Clericus (Jo.) VII. 508. ejus ars critica; VII, 105.
Clypeus VIII. 774.
Coa insula VII, 504.
Cobbius, VII, 1117.
Cœci nati, VIII, 184.
Cœlum unde dicatur. VII, 204. ut *altum* consideratur. VIII, 131.
Colophi VII, 554.
Color VIII, 794.
Communio sub utraque VII, 1074.

Digitized by Google

Complutenſia Biblia. VII, 315.
Concilium MANTUANUM & VICENTINUM; VIII, 164. ſqq. 520. ſq.
Concilii Tridentini acta edenda: VIII, 173. ſq.
Cornerus (Hermannus) VII, 910.
Cornua Moſis; VII, 1023.
Covel (John) VII, 372.
Creatio non eſſe poteſt niſi ex nihilo VIII, 1053. facta eſt, ut deſcribitur à Moſe VIII, 1037.
Cremerus (Bern. Seb.) VII, 1085. 1089.
Critica moderate adhibenda, VIII, 105. ſqq.
Crocodilus inſigne Sinenſium. VII, 988.
Cronenburgum urbs VII, 897.
Cruciatam expeditionem promovent Bremenſes: VII, 1120. etiam in Stedingos 1128.
Crouſas Petrus VII, 376.
Cruces altæ VIII, 1006.
Crucifixio eſt exaltatio, VIII, 1006.
Crux Chriſti cur non apertis verbis prædicta: VIII, 1007.
Curio (Cæl. Sec.) VII. 580.
Cyapores: VIII, 580.
Dmutatur in Z. VII, 922.
Dago idolum in auſtrali terra; VIII, 651.
Danhauerus (J. Conr.) VII, 167.
Dani debent Bremenſibus Chriſtianiſmum ſuum, VII, 1105.
Darcon VIII, 626. ſq.
Darici nummi: VIII; 627.
Darius Medus; VIII, 580. ſqq.
Decalogus. VII, 382. ſqq.
Decimæ Judæorum. VII, 454.
Dedan. VIII, 81. 82.
Δεηβων; VIII, 342. ſqq. 695. ſqq.
Δειβων; Ibid.
Dei actiones circa peccatum VII, 149. juſtitia, VII, 151. Voluntas VII. 152.
Dethmoldia: VII, 924.
Deus unde id nomen; VII. 204.
Διατμησσειν VII, 239.
Dieckhuſen VII, 1065.
Diepholdius (Adolphus) VII, 1054.
Diethmelle, VII, 924.
Dies Dominica: VIII, 557.
Dii Adjuti; VII, 914. ſqq.
ΔΙΧΟΤΟΜΕΙΝ VII, 235 ſqq.
Δικαιος ut differat ab

Digitized by Google

ἀγαθὸν VII, 477. sqq.
Δικαιοῦσθαι VIII, 288.
Dinant (Petrus) VII, 770.
DISSECTIO an pœnæ genus VII, 235. sqq.
Ditmarus Bremensis VII, 1114.
Dibon. VIII, 343. 696.
Dominica dies. VIII, 557.
Donatistæ, VII, 832. sqq.
DRACONES insigne Ægyptiorum VII, 979. sqq. & aliorum populorum; VII, 991. sqq.
DRAKENBORGIUS (Arnoldus) VII, 187.
Driessen (Ant.) VII, 767. sqq. 771.
Duchat; VIII, 358.
Duodecim tribus Israelis quid notent VII, 874. sqq.
Dut an sit Deus, VII, 529. 907.
Dynaterius Eubulus: VIII, 688.

Eastera; VIII, 451. 490.
Ebraicæ linguæ præstantia VIII, 200. sqq. illa multas adscivit voces peregrinas VIII 624.
Eccardus (J. Georg.) VII, 168.
Echtelooß: VII, 548.
Edere pro *consumere*, VII, 800. rebus inanimatis tribuitur &c. Ib.
Ἐδεσματα VIII, 154.
Eggebardus VII, 911.
Ἐγκομβωμα, ἐγκομβοσασθαι. 961. sqq. 958.
Ehingerus El. VIII, 513. 514.
El; ηλ est Saturnus VIII, 743.
Eli-phili: VII, 560.
Elisabetha, Abbatissa Herfordiensis. VIII, 1056.
Elogium; VII, 557.
Emdani resistunt Ukoni *Walles* VII, 134.
EMDENSIS Bibliotheca VII, 710. sqq.
Emdense cœnobium Franciscanorum VII, 324. 325.
Engeddi: VIII, 14, 873.
Ensiferorum ordo debetur Bremensibus. VII, 1126.
Eostra; VIII, 731. 451. 461.
Erasmi libros emit à Lasco; VII, 313.
Ἐρμοχρημιος γη VIII, 156.
Erucæ; VII, 785. sq.
Ἐρυσιβη: VII, 779. sqq.

Digitized by Google

Esaias an ferra dissectus VII, 242.
Esterhan; VIII, 479.
Esthera maritus quis? VIII, 57. sq.
Ejus historia quando contigerit. VIII, 592. sqq.
Esthera liber: VIII, 601. sqq.
Esthera etymon. VIII, 721.
Estoile: VIII, 730.
Etymologicum studium, VIII, 121.
Etymologiæ genuinæ notæ; VIII, 713. 714.
Εὐαγγελιζεσθαι dicuntur, quibus Evangelium annuntiatur. VIII, 957.
Eucharisticus calix, v. calix.
Exaltatio notat Christi humiliationem VIII. 1006. sqq.
Εὐλαι: VII, 778.
Ευνοια ὠφελαμενη VII, 73. 74.
Ευρακλυδων, *Euro-aquilo*. VII, 641.
Eurus in Oriente valde noxius VII, 640. sqq.
Eusumanus Christophorus. VII, 330.

Faccioladus (Jacobus) VII, 750.
Falarice; VIII, 771. sqq.
Fanius, Fannius. VII, 579.
Felix, Judææ procur. VIII, 892. sq.
Ferdinandus I. instaurat Acad. Viennensem VII, 198. literas orientales fovet VII, 214.
Ferdinandi insula. VIII. 647.
Festum κατ' ἐξοχην dicitur Festum Tabernacul. VII, 91. VIII, 611.
Festum Tabernac. VII, 87. sqq.
Fiddes Richard. VII, 370.
Fides comparatur Scuto. VIII, 787. ut nos justificet. VIII, 890. sqq. ut nobis imputetur, ib.
Fite Jean de la, VII, 373.
Flagella servorum pœna, VIII, 398.
Flaminius M. Ant. VII, 573. 930. sqq.
- - J. Ant. VII, 582.
Foliéta Hub. VII, 176.
FORMULA CONSENSUS VII, 669. sqq. 755.
Francius Michael. VIII, 932.
Fredeloos: VII, 548.
Frederichus Hieronymus VII, 319.
Frigus dicitur *urere* VII, 781. sqq.

Digitized by Google

Frisebmuthi Joh. scripta, VII, 753.
Fritsch Joh. 771.
Fucus VIII, 792. sqq.
Fundæ veterum; VIII, 768.
Fundamentales Judæorum articuli. VIII, 812.

Galaad urbs. VIII. 350.
Galatin (Ezechiel) VII, 374.
Galilæus (Galilæus) VII, 559.
Ganſefortius Weſſelus. VII. 318.
Gargon (Matth.) VII, 770. 765.
Garzoun, VII, 928.
Gatakerus notatus. VII. 960. 965.
Gebeute: VII, 515. 909.
Gebenna dicitur Bibliotheca librorum proteſtantium. VII, 951.
Gelaſii Canon VII, 9.
Genevenſium doctrina de *gratia* VII, 679. illi *formulam conſenſus* recipiunt. VII, 692.
Γενεσις notat matrem. VIII, 154.
Γεννημα pro fructibus arborum, VII, 813.
Genovefa VII, 1093.
Gentilium ſcripta magni uſus in S. Scr. interpretatione VII, 486.
GERET; Io. Georg. VII, 1089.
Germanorum etymon VII, 204.
Germani propago ex Oriente: VIII, 484.
Gerulerus Lucas VII, 687.
Geometria debetur Ægyptiis VII, 497. sqq.
Giengerus Georg. VII, 195. 221.
Gigantes in terra auſtrali VIII, 649.
GNAPHAEI (Wil.) vita. VIII, 111.
Gnoſticorum Caulacau VII, 495.
Godan: VII, 542.
Gog & *Magog*. VII, 295. ſqq.
Goldaſti politica imperialia; VIII, 182.
Goringius A. M. VIII, 279.
Goulartius Simon. VIII, 502.
Graduum Pſalmi, VIII, 973.
De *Gratia* univerſali doctrina quos motus in Eccl. Gallicis & Helveticis excitaverit, VII, 669. ſq.
Io. David *Grillo*, VII, 734.
Groenlandi à Bremenſibus converſi VII, 1111. 1115.
Grynæum Simonem ar-

Digitized by Google

gelus de periculo monet. VIII. 679.
Grandius VIII, 795.
GUALTHERI Rod. vita, scripta, &c. VIII, 660 sqq.
Gualterus F. VIII, 674.
Gödinge hegen: VII, 542.

De HAas (Iohan) VII, 759.
Hachenbergius Paulus. VIII, 1056.
HAGENBUCHII (Casp.) VII, 188.
Hardenbergii (Alb.) Bibliotheca VII, 311. 313. Comment. in *Apocal.* 316. uxor. 323. Doctor, 314. molestias sustinet Bremæ. 327.
Hardenberg (Petrus) VII. 323.
- - - (Rudolphus; Ib.
Harkenrothius (Eil. Folc.) VI, 111. 704. VII, 170. 1052.
- - - (Jac. Isebr.) 761.
- - - (Isebr. El.) 761.
Hardt (Herm. van der) comburit scripta sua, VII, 742.
Hasæus (Theod.) VII, 176. 178. 485. 898. 903. 906. 1092. 1096. VIII. 640. 707. 475.
Hasæus (Corn.) VII, 776.
Hasæus (Jacobus.) VII, 773. 634.
Havemannus (Michael) VII, 949.
Haverkampius (Sigeb.) VII, 180.
Hebrai; v. Ebræi.
Heiden (Christoph. ab) VIII, 731.
HEIDEGGERUS Gotth. VII, 1089.
Heldus Matthias, VIII, 185.
Heilenryck Menso. VII, 764.
Helveticarum ecclesiarum doctrina de gratia; VII. 675.
Henrici V. prælium cum Saxonibus VII, 516. sqq.
Hermannus à Weda; Arch. Colon. VII, 322.
Hervordia Henr. de VIII, 932.
HEUMANNUS Christ. Aug. VII, 556. 728. 749
Hieroglyphicæ artis auctores Ægyptii: VII, 977.
Hieronymi Canon. VII, 10.
Hoen (Corn.) VIII, 111.
Hofmannus (Christ. Godofr.) VII, 735.
Holterhofius (Joh.) VII, 901.
HOOPER: VII, 471.
HOTTINGERUS Jo. Jac. VII, 188. 1085.
Huetius notatur. VII, 711.
Huguenius (David) VII, 903.

Digitized by Google

Hulsius (Henr. VII, 167. ejus vita & scripta, VII. 867.
Hulsius (Antonius) VII. 898.
Humiliationis Christi status est ejus exaltatio. VIII. 1006. sqq.
Hyssera: VIII. 496.

Jablonskius (Paulus Ernestus) VII. 734.
Jansenius Nicolaus. VIII. 937.
Ιδιωται. VII. 264.
Jedoute: VII. 917.
Jehring (Joach. Christ.) VIII. 78.
Jeol: VIII. 492.
Jeruel: VIII. 19.
Jesuita: VII. 951.
Iken (Conr.) VII. 178.
Ιλασκησθαι. VII. 462.
India Orientalis num sit Ophir & Tharsis, VIII, 87. sqq.
Infinitivus pro *imperativo*, VIII. 946.
Insignium origo, VII. 984.
Insula *Ferdinandi* VIII. 647. *Pasebatos* VIII. 648. muscarum. 652. *Baumanni*; 654.
JODUTHA VII. 510. sqq. 906. sqq.
Joduthenberg. VII. 922.
Johannes an in oleo coctus: VII. 535.
Johanna Puella VII. 707.
JOHANNA PAPISSA, VII. 934. sqq. VIII. 498. sqq. 526. sqq.
Jonas (Jacobus) VII. 195. 221.
- - (Justus) VII. 730. sqq.
JOSAPHATI vallis: VIII. 1. sqq.
Josua liber. VIII. 959. sqq.
Ιχλω VIII. 493.
Josephus pater Messiæ, VIII. 821. 844. sqq.
Ιππος magnitudinem indicat. VII. 778.
Ιπποκαμπαι VII. 778.
Isascharitarum regio. VII. 352. sqq.
Isingius (Adamus Menso) VII. 186.
Itea Juno. VII. 354.
Judæorum ineptæ interpretationes VII. 793. artic. fundamentales. VIII. 812.
Judas proditor, an recte egit cum Christum prodidit, VII. 115.
- -. an salvatus VII. 115. 140. sq.
Judas Maceabæus Christi typus. VIII. 612.
Judicium bannitorium s. sanguinis VII. 542. 549.
Jul, Jule; VIII. 492.
Juniperus VII. 858. sqq.

Digitized by Google

Justificatio quomodo admittat bona opera; VIII. 883. sqq.
Justitia Dei, quomodo cum malo morali conciliari queat. VII. p. 151. sqq.
Justus ut differat à bono. VII. 478.
Juvantibus Dis formula; VII. 913. sqq.

Καμπη VII. 777. sqq.
KAPPIUS (Jo. Erhardus) VII. 167.
Καυλακαυ: VII. 495.
Kehr G. Jac. VIII. 442.
Kepotyrannus: VII. 759.
KESSLERUS Carolus. VIII. 292.
Κιχι VII. 508.
Knight (James) VII. 370.
Kohle; VII. 794.
Köhnen (Wern.) VII. 188.
Κολαφιζειν: VII. 554. sq. ut differat à ραπιζειν VIII. 37.
Κολυεσον VIII. 794. sqq.
Kolur; VIII. 795.
Κομβω κομπω: VII. 959. sqq.
Κομβωσκωθαι, κομβωμα; 961. 962.
Κρονω quo seusu dicatur Saturnus; VIII. 743.
Krumbholzius, Car. Frid. VIII. 633. 361.

Jo. LABADIE; VIII. 1056. sq.
Lampius (Frid. Ad.) VII. 187. 747. 769. 759. 1091. VIII. 367. 1014.
Langius (Joach.) refutatus VIII. 52. sqq.
Lapides dicuntur homines inertes & stolidi. VII. 264. an etiam gentiles. VII. 262. inter idola culti; VIII. 650.
Lapis contemtus est Christus VIII. 614. sq.
Lasa urbs. VIII. 346.
à *Lasco* (Joh.) emit Erasmi libros VII. 313. epistolæ VII. 332. sqq.
à *Lasco* (Hieron.) VII. 320.
à *Lasco* (Stanislaus) ib.
Latina lingua; VII. 201.
Lauffer (Jac.) VII. 1088.
ΛΕΒΗΔΩΝ, Λεβιδων VII. 380. VIII. 340. sqq. 695. sqq.
Λεχω: VIII. 156.
Leibnitius I. G. VIII. 534. num systema suum abjecerit VIII. 50. an fuerit atheus 51. epistola ad Buddeum; 77.

Digitized by Google

L'enfant, VII. 379.
Leo in insignibus. VII. 1002.
Leones marini: VIII. 646.
Lepra Judæorum; VIII. 909.
Lerchenfeld. VII. 536.
Leeuwvarden (H. S. van) VII. 769.
Levvis Joh. VII. 367.
Leyser Polyc. VIII. 533.
Libanesia Arabic. VIII. 699.
Libanus templum Hieros. dictum VIII. 702.
Libationes sanguinis VII. 78. 79. aquæ in festo tabernac. VII. 88. 105. sqq.
Λιβιας: VIII. 697.
Libna: VIII. 699.
Liebius (Christ. Sigism.) VII. 1088.
Ligarius (Joh.) VIII. 115.
Lignum pro arboribus; VII. 812.
Linearum terra dicitur Aegyptus, & cur? VII. 494. sqq.
Linguæ usus, VII. 200.
Linguæ, Arabica, Ebraica, Syriaca, Latina, vide suo loco.
Lini usus in Aegypto VII. 505. sqq.
Linyphiones VII. 505. sq.
Lisbona quid debeat Bremensibus, VII. 1122.
Literarum metathesis in nominibus propriis. VIII. 348.
Litb (Didericus *van der*) VII. 739.
Lithiana familia: ib.
in *Lithuania* regno jura dissidentium. VIII. 205. sqq.
Livoni suam conversionem debent Bremensibus; VII. 1116. 1146.
Loers (Joh. Christ.) VII. 1087.
Loescher (Val. Ern.) VII. 1095.
L'oisel: v. Ouzeelius.
Lugdunensium judicium de *Roellio*. VI. 183.
Luna astrorum princeps. VIII. 735. dicta Astarte: 736. dicitur *bella*; 737.
Lusitani quid debeant Bremensibus. VII. 1122.
Lutheri sententia de Dei actionibus circa peccatum VII. 164.
Lynckius (Nic.) VII. 758.

M *Accabæus* Judas v. Judas.
Magellanicum fretum. VIII. 644.
Magi qui ad Christum venerunt, gentiles VII. 470.
Maichel (Daniel) VII. 760

Digitized by Google

Mali moralis origo VII. 149. quomodo cum justitia Dei conciliari queat VII. 149. sqq. VIII. 48.
Manipulus hordeaceus VIII. 419. sq.
Manlii (Joh.) collectanea; VII. 578.
MANTUANUM concilium, VIII. 164. sq. 520. sqq.
Marckius (Joh.) 1082.
Margareta Regina Hierosolym. VII. 319.
Martinus Polonus: VII. 937.
Martyr Petrus, ejus nominis quinque fuerunt VIII. 532.
Masso Jo. Papirius VII. 1086.
Μασιχαθαι. VIII. 157.
Mastricht (Gerh.) VII. p. 1. sq. 510. 752.
Mathematica demonstrationes: VIII. 55.
Mathematicorum signa; VIII. 390. sqq.
Maurice (Antoine) VII. 379.
Mecum (Frid.) 733.
Mediator fuit Moses VII. 588. sqq. in testamentis, 589.
Medorum regnum, VIII. 578.
Meinardus Bremensis, VII. 1118.
Mel (Conr.) VII. 770. VIII. 791.
MELCHIORIS (Alb. Wilh.) VII. 183. 1086.
Melchisedecus VII. 903.
ΜΕΛΗ & ΜΕΡΗ confunduntur. VIII. 953.
Melitonis Canon VII. 32.
Menfinga Joh. VIII. 902.
Mercken (Joh. Casp.) VII. 1084.
Μεροπες, VIII. 157.
Messias Judæorum geminus VIII. 810. *Josephi* filius: Ib. 842. sqq. an venerit. VIII. 814. sqq.
Mestrezat Arminianizat, VII. 682. 683.
de *Meursa* (Walravius) VII. 1054.
Meyerus (Joh.) VII. 1087.
Michaelis, (Joh.) VII. 422. 824.
Michaelis angeli scutum; VII. 1022.
Milites sunt Christiani; VIII. 410 sq.
Misulamii VIII. 445.
Moabitis an in Arabia: VIII. 699.
Montanus (Ariæ) confessor veritatis VII. 55.
Montmoretanus Humbertus: VIII. 359.

Digitized by Google

Morata (Olympia Fulvia) 575. sqq.
Mordio : VII. 916.
Mors Christi præfigurata VII. 397.
Mors spiritualis VIII. 284.
Mors dicitur *adcensio*. VIII. 1016. sqq.
Moriui dicuntur peccatores VII. 657.
Morus (Alex.) VII. 678. 679.
Moses & Christus comparantur. VIII. 854.
Mosis cornuta facies : VII. 1033.
Mostemi VIII. 444.
Muley Ismael. VIII. 241. (a)
Mullerus Joh. VIII. 937.
MUNDI OPTIMI idea. VIII. 52. sqq. mundi num plures possibiles. 63. ejus æternitas an possibilis. 64. 1028. sqq.
Mushardus Luneb. VIII. 460. sqq.
Mussardus VII. 682.
Muschenbroeck (Petrus van) VII. 743.
Musulani VIII. 445.
MUSULMANNI unde dicantur. VIII. 441. sqq.
Myconius (Frid.) VII. 719.

Nabathea Arabiæ: VIII. 700.
Nares bacillis ornatæ; VIII. 655.
Nebo mons : VIII. 858.
Nehemias quomodo dicitur Messias. VIII. 849.
Νεκυια. VIII. 158.
Nicephori Canon. VII. 47.
Nili incrementum menuratur. VII. 501.
Noachus est Janus VII. 210.
Noltenius (Jo. Arn.) VII. 1091.
Nominativus pro *vocativo*: VIII. 942.
Nominativus participii pro genitivo VIII. 948.
Nomine novo qui ornantur. VII. 940. sq.
Nordani quid egerint contra Ukonem *Wallen*. VII. 137.

O confunditur cum A. VIII. 483.
Obsequium in re venerea VII. 78.
Oculos dejicere pudoris signum. VII. 457.
Oederus Georg. Lud. VIII. 363.
Officialis VII. 4058.
Officium verbum nuptum VII. 77.

Oiselius

(a) Corigendum, quando ibi legitur hunc jam anno 1715. obiisse, cum constet eum hoc demum a. 1727. octogenario majorem decessisse.

Digitized by Google

Oiſelius; *Oiſeliorum* familia, v. *Ouzeelius*.
Opera bona quid faciant, ad juſtificationem; VIII. 883. ſqq.
Ophra; VIII. 347. 348.
Orationis Dominicæ δοξολογια non eſt omittenda VII. 483.
Ordo *Teutonicorum* & *Enſiferorum* debent originem ſuam Bremenſibus VII. 1124. 1126.
Origines peccatum; VII. 1008.
Ophir VIII. 87.
OSTERA Dea; VIII. 459. ſqq. 475. ſqq.
Oſteſyr: VIII. 481.
Oſtergoa; VIII. 479.
Oſterholte; VIII. 479.
Oſterlandia; VIII. 479.
Oſtermonat. VIII. 473. 478
OSTERN / VIII. 449.
Oſteroda; VIII. 480.
Oſtersberg: VIII. 479.
Oſterwvald. VII. 378. ſqq.
Oſtrache; VIII. 483.
Ottersberg. VIII. 479.
ουεγερ, ουεγιος VIII. 736.
ουεγια: VIII. 473.
Outhovius Gerhardus VII. 759. VIII. 79. 121.
OUZEELIUS Philippus; VIII. 900.
Ouzelius Jac. VIII. 901. ſcripta; 905.
Ouzeeliorum familia; VIII. 900. ſqq.
Oxonienſes Profeſſores, VII. 364.
Ω ſignum admirationis, VIII 942.

Pagenſtecher (I. F. W.) VII. 749.
Palingenius (Marcellus) VII. 573. 930.
Pallium Archiepiſcopale quanti conſtat. VII. 322.
Palus Pauli: VII, 551. ſqq. 1025.
Papai Franc. VII. 756.
Παραμαζων: VIII. 159
Paſchatos inſula VIII. 648. feſtum unde dictum. VIII. 492.
Paſtor liber VII. 39.
Paulus Colaphizatus VII. 552. ſqq.
Pauli Chronologia: VII. 892.
Pauli palus. VII. 551. 1025.
Paulus JCtus. VII. 1091.
Pauli III. Indictio Concilii: VIII. 181. ſqq.
Peccatum, vide, *malum* morale; *Originis* Mathematice demonſtratum; VII. 1008.
Pectus tundere, mœroris ſignum, VII. 459.
Pegorier Cæſar VII. 875.

Digitized by Google

Pellibus induti prophetæ & sacerdotes: VIII. 314.
Persarum reges dicti *Medo-Persæ* VIII. 595. sqq.
Pelusiacum linum: VII. 367.
Petri ab negatio. VIII. 309.
Petri umbra. VII. 1021.
PFAFFIUS Christ. Matth. VII. 1086.
Pfauserus (Jo. Seb.) VII. 1033.
Pharisæi unde dicti. VII. 429. sqq. symbolum Christianorum Judaizantium VII. 821. Donatistarum, 832. Pontificiorum 839.
Φαινομεναι sunt stellæ: VIII. 742.
Φαινων, est Saturnus: VIII. 742.
Φυη: VIII. 162.
Φυκος. VIII. 792. sqq.
Picus (Jo. Mirandul.) VII. 1049.
Pierce (Zach.) VII. 309. 1083.
Piscatores sunt Apostoli VIII. 145.
Piscina Bethesdæa VII. 95.
Pistorius Joh. VIII. 117.
Pius IV. concedit calicem Eucharisticum. VII. 1074.
Placette Jean de la VII. 375
Planckius Stephanus. VIII. 927. sq.
Poiret (Petrus) VII. 771.
Pollucis editio: VII. 688.
Πολυλογια VII. 63.
Pomarius (Joh.) VII. 518.
Pontificiorum emblema Pharisæi VII. 839.
In POLONIA jura dissidentium, VIII. 205.
Porta probatica. VII. 96.
Φρουνε notat *carcerem*. VII. 927.
POSTELLI (Gul.) VII. 193. Scriptores de eo p. 193. Prof. Viennensis, 193. 217. sqq. Itinera: 217. *les tres merveilleuses victoires des femmes* VII. 702. absurdissimorum dogmatum autor & fautor VII. 723. sqq. non favit Aristoteli. VII. 726. ejus ætas: VIII. 358.
Potet: Guil. VIII. 360.
Prædestinationis doctrina; VIII. 878. sqq.
Precum garrulitas VII. 63.
Prideaux VII. 373.
Prisona, prisaun: VII. 928.
Probatica porta; VII. 96.
Προγεγραφειν VIII. 388.
Προδρομα συκα: VIII. 160.
Protestantium jura & libertates

Digitized by Google

tates in regno Poloniæ & Lithuaniæ VIII. 205. sqq.
Pruina unde dicta. VII. 781.
Psalmi graduum : VIII. 973.
Psalterium Margaretæ, reginæ Hierosol. MSS. VII. 317.
Psammetichus VII. 996.
Publicani qui VII. 435. sqq.
Puicq. VIII. 793.
Πυκάζω VIII. 793.
Quarantana mons VIII. 864.
QUARTUM præceptum. VII. 381. sqq. VIII. 541. sqq.
de QUESNE Henr. Marchionis vita VII. 177.
Quies symb. *mortis.* VII. 397.
Raebelius Samuel. VIII. 875.
Rambachius (*Jo. Jac.*) VII. 1015.
Rangonus Hugo. VIII. 175.
Ῥαπίζειν : VIII. 36.
Rendar; VIII. 795.
Räumen ; VIII. 1018.
Rechtelbos : VII. 548.
Reformati ejiciuntur e pagis ducatus Bremensis VII. 948.
REFORMATORUM jura & libertates in regno Poloniæ & Lithuaniæ VIII. 205.
Reimmannus (Jac. Frid.) VII. 736.
Reinhardus episc. Halberstadensis VII. 536.
Reliquiæ Pontificiorum. VII. 1015.
S. *Rembertus* VII. 1107.
Richardus Pictavensis, VII. 939. 499xo
Riga, VII. 1119.
Robigalia sacra. VII. 779.
Robigo ; v. Rubigo.
Robus, VII. 797.
Rocque (Pierre de la) VII. 376.
Rode notat locum excisum. VIII. 481.
ROELL (Herm. Alex.) VII. 183.
Roma diu ante Romulum fuit VII. 210. dicitur *Antipolis* VII. 209.
Romania dicta Thracia. VII. 481.
Ros quomodo gignitur. VIII. 1978.
Roques, Pierre. VII. 378.
RUBIGO quid sit VII. 779. sqq.
Rubini magni. VIII. 798.
Rudbeck (Olaus) VII. 1090.
RUNGIUS (*Jo. Conrad.*) VII. 182.

Digitized by Google

S. & T. permutantur, VII. 908.
Sabbatho opera charitatis permissa VII. 104.
SABBATHI institutio: VII. 381. VIII. 541. sqq.
Sabbathum est *sacramentum*. VII. 393.
Sachatzima VII. 548.
Saitewolde: VII. 548.
ad *Sacramenta* pertinet sabbatum VII. 393. sqq.
Sacrificia exultabantur. VIII. 1010.
Sater, *Satersdag*; VIII. 740.
Sagittæ venenatæ: VIII. 765. ignitæ; 767. sqq. pro *frondibus*: VIII. 780.
Salchlin (Rud.) VII. 1088.
Salices in festo tabernaculorum; VIII. 617.
Salig (Christ. Aug.) VII. 1094.
Salim VII. 352.
Sallengre de (Alb. Henr.) vita & scripta, VII. 744.
Saltationes in sacris gentilium: VIII. 318.
Sammarthani (Scævolæ) elogia VII. 559. 567. seq.
Sammiel ventus; VII. 632.
Sanctificatio Sabbathi VII. 401. sq.
Sangen VIII. 483.
Saraceni unde dicti: VIII. 442.
Sarn (Petrus à) VII. 940.
Saterdag. VIII. 740.
Saturnus Chami filius VII. 210. unde dictus; VIII. 738. sqq. dicitur astrum; VIII. 740. dictus Φαυων: VIII. 741. dicitur *El*, 743. κρονος; VIII. 749.
in *Saturnalibus* lumina; VIII. 744.
Satyri unde dicuntur. VIII. 319.
Saurin VII. 375. 376.
SCALICHIUS Paulus VII. 1027. sqq.
Schelhornius Joh. Georg. VIII. 1027.
Schiere Nicol. VII. 357.
Schildius Joh. VII. 539.
Schitzern/ Schittern; VIII. 725.
Schmeiß; Geschmeiß. VII. 818.
Schmeizelius Martinus VII. 1660.
Schminckius Jo. Herm. VII. 1129.
Schrammius. Jo. Henr. VII. 1085. VIII. 424.
— Joh. Conr. VIII. 174.
Schrœderus Joh. Joach. VIII. 808.
Schualita VIII. 808.

Digitized by Google

Schurmannia, Anna. VIII. 875. 1058.
Schultens Alt. VIII. 125.
Schyn Herm. VIII. 1094.
Scriptura S. canon; VII. 1-56.
Scuta veterum; VIII. 774. ſqq.
Sederen. VII. 550.
Sedulius Joh. VII. 315.
Seequallen: VIII. 643.
Σειειν, VIII. 634.
Σειρε, σειριε; VIII. 729.
Sendomirienſis conſenſus: VIII. 207.
Septuaginta viralis verſio, cujus auctoritatis VII. 783.
Serapis ſeptem vocalium ſono laudatus VII. 68.
Servorum pœnæ erant ſtigmata aut flagella: VIII. 398.
Serra diſſecari an pœna fuerit apud Judæos. VII. 243.
Servi Dei qui vocentur. VIII. 986.
Seſoſtres VII. 995.
Scherlock (Wil.) VII. 374. 375. 376. 763.
Shider: VIII. 715.
Sibersma (Henr.) VII. 758. 772.
SIBRANDA (Joh.) vita. VII. 953.
Sidera v. ſtellæ.
Sidera, unde dicta; VIII. 788.
Sigismundus Aug. R. Pol. favet proteſtantibus; VIII. 208. ſqq.
Signa militaria; v. vexilla.
Siloam fons VII. 95. 96. typus Chriſti VII. 104.
Sikius (Petrus) VII. 1043.
Simſonis vulpes. VIII. 802.
Sinenſes ab Aegyptiis orti, VII. 989. cum his mores communes habent Ib.
Sinuvel. VIII. 534. 938. ſqq.
Sion erat auſtralis Hieroſolymæ. VII. 612.
Sion notat Hieroſol. & Palæſtinam; VIII. 981. ex *Simplicibus* creata omnia; VIII. 1054.
Sirius: VIII. 729.
Siſſinga (Druſilla) VII. 323. 332. ſqq.
Sleidanus (Jo.) VII. 562.
Sluterus Labadiſta: VIII. 1061. 1062.
Σκολοψ, 553. ſqq.
Sophia Luneburgenſis: VIII. 1057. 1065.
SOPINGIUS G. VIII. 703.
Spangenbergii (Cyriaci) libri deperditi. VII. 548.
Σπειρα VIII. 161.
Σφεγγων. VIII. 161.
Spes Chriſtian, firma VIII. 954.
Spiritus S. cur ſpiritus dicitur VIII. 337.
Stadenius (Did.) VIII. 476.

Digitized by Google

- - J. Fr. VIII. 538. 938.
Stangefolius (Hermannus) VII. 524.
Staphylus, Frid. VIII. 113.
Stare est precantium & ministrantium VII. 444. 445.
Στατης VIII. 372.
Contra *Stedingenses* expeditio movetur VII. 1126. trucidantur. 1128. illorum innocentia, 1130.
Stellæ unde dictæ, VIII. 370. symbolum pulchritudinis VIII. 725. Ita dicti homines 923. sqq.
Στερεα VIII. 730.
Stenius Simon. VIII. 506.
Στερεαι, VIII. 728.
Στερεα, VIII. 733.
Stern. VIII. 738.
Στεροπη VIII. 730.
Sterringa Julius. VII. 1088.
Stiarnæ VIII. 728.
Stibium, VIII. 795.
Stigandi, VII. 1130.
Storrius Joh. Phil. VIII. 173
Struvius Gotth. VIII. 172.
Sueci conversionem suam debent Bremensibus; VII. 1108.
Superbiam Deus aversatur. VII. 465.
Suspendium dicitur exaltatio; VIII. 1008. 1017.
Superville (Daniel) VII. 757
Susan: VIII. 576.
Swarte (Martinus) VII. 768
Swift Jonathan. VII. 374.
Sylvester a Diabolo tollitur. VIII. 537.
Συμβαλλειν pro *conjicere* VIII. 158.
Syriace linguæ præstantia VII. 207.
Syriacum N. T. VII. 207. ejus ætas VIII. 480.

T*Abernaculorum* festum, VII. 88. in eo libabant aquas. VII. 105. sqq.
- - κατ' ἐξοχην dictum festum; VII. 91. VIII. 612
Ταμιος VIII. 161.
Tamnau Jac. VIII. 694.
Ταπεινος, ταπεινοφροσυνη: VII. 956. sqq.
TARSCHISCH regio: VIII. 78. sqq.
Taurico idolum; VIII. 650.
Τειρεαι: VIII. 730.
Telluris gravitas: VIII. 1040
Telum; v. sagitta.
Τελειον quid notet VII. 247.
Templum utrumque Hierosolymitanum tantum ut unum est spectatum: VIII: 300. sqq.
Tempus quid sit? VIII. 1047.
Testamenti V. & Novi Canon per omnia secula VII. p. 1-56.
Testardus (Petrus) VII. 671.
Teuthi; VII. 908.

Digitized by Google

Teutonicus ordo originem debet Bremensibus. Vll. 1124.
Thekoa VIII. 18.
Thiatmarus Bremensis: VII. 1114.
Thomas (Jurrien s. Georgius) Vll. p. 102.
Thomas Aquinas, Vll. 1070
Dogeos: VIII. 774.
Scripta edita in causa *Tuyneniana* (contra Cl. *Lampium*,) Vll. 766. sqq.
Tilius, (Jo.) Vll. 560.
Timotheus circumcisus Vll. 60.
Tolandus Joh. Vll. 369.
Τραχηλίζειν VII. 255.
Travados, Vll. 642.
Treves, Vll. 929.
Trese, Treves Kammer: Vll. 929.
Tridentini concilii acta edenda; Vlll. 173. sqq.
Tronchinus (Theod.) Vlll. 680. 681.
Turcæ unde dicti; Vll. 441. 448.
Sanctus *Tyodute*; Vll. 911.
Tuymann (Carolus) Vll. 770.
Uffenbach. (Zach. Conr. ab) Vll. 754.
VIKOWALLISTAE Vll. 113.
Ulricus Joh. Jac. Vlll. 660.
Undereyckius (Theod.) Vll. 898.
Urere dicitur *frigus*. Vll. 781.
Uhrstand / Vlll. 453.
Usserius (Jacobus) Vll. 1083
Vallis JOSAPHATI; Vlll. 1. sqq. excidii 20. sqq. finium; 345.
Velum discissum; Vlll. 426.
Venema (Herm.) Vll. 183.
Veneri sacer Aprilis; Vlll. 467.
Ventorum origo Vlll. 978.
Ventus noxius in regionibus orientalibus Vlll. 630. sqq. 637. sqq. Vlll. 978.
Venti pro Diis culti; Vll. 647. sqq.
Vent. Corn. 758.
Venus est Astarte: Vlll. 486.
Vergerius Petr. Paulus Vlll. 178. sqq.
Veritas est Christus; Vlll. 334. sq.
Vermaten Gul. Vll. 771.
Vespasianus, unde dictus: Vlll. 535.
in *Vexillis* animalium imagines Vll. 985. sqq.
Vexilla Vlll. 402.
S. Vincelinus: Vll. 1113.
VICENTINUM concilium; Vlll. 164. sqq.
Viennensis academia instauratur Vll. 221. sq.
Villinus Viennensis: Vll. 1034.
VITRINGA (Camp. F.) Vll. 182. ejus vita; Vll. 357. sqq.
Vi-

Digitized by Google

Witringa, P. VII. 1088.
Vredevvœde Joh. VII. 1056. 1063.
Vulpes Simsonis VIII. 802. sqq.
Vulpes in Palæstina, VIII. 805. seqq.
Wakop Robertus. VIII. 184.
WALLES (Ukonis) vita, libri, errores VII. 113.
Wallinus (Georgius) 1092. 1086.
Walrussen VIII. 647.
WASSERBACH (Ern. Casim.) VII. 511. sqq.
Waterland (Daniel) VII. 371.
Weda (Herm. à) VII. 312.
Welpisbolte in eo prælium VII. 515. sqq. 536.
Wels (Eduard.) VII. 372.
Werenfels (Sam.) VII. 772
Werner (Dan. Godofr.) VII. 167.
Wernerus episc. Merseburgensis VII. 538.
Wesselingius (Petr.) VII. 183.
Westenberg VII. 183. 748, 1090.
Westenius (Frid.) VII. 321.
Westermannus Nicolaus; VIII. 901.
Weynachten VIII. 495.
Whiston Will. VII. 372. 373
Wiclef Joh. VII. 367.
Widmanstadius (Joh. Alb.) VII. 213. 220, 121.
Wilhelmus Landgr. Hassiæ VII. 948.
S. *Willebadus*, VII. 1104.
Witekindus (Herm.) VII. 935. 499. 500.
Wolfius (Jo. Christ.) VII. 1094.
Wolfius (Christ.) defenditur, VIII. 52.
Wolsey (Cardin.) VII. 369.
Wolzeley (Karl) VII. 772.
Ξυλον pro *arboribus*: VIII. 115.
Υπερ est *propter* VII. 662.
Υπλυγξ VIII. 162.
Υσσωπα VIII. 496.
Yvon Petrus; VIII. 877. 1061.
Z. mutatur cum D. VII. 922.
Zanthier A. F. VIII. 405.
Zarduſt: VIII. 728.
Zedutt: VII. 550.
Zedaute. VII. 917.
Zettergeschrey. VII. 549.
Zippora an sit altarte; VIII. 711.
Zittern/ VII. 549.
Ziz: VIII. 14,
Zornius (Petrus) VII. 172. sqq.
Zoroastres, unde dictus: VIII. 726. sqq.
Zvinglii filia nubit Gualtherо: VIII. 672.
Zunthulpe; VII. 925.

Digitized by Google

Lingua Helenica voces exoticas habens ut aegyptiaca &c. p. 524.

Digitized by Google

Digitized by Google

1954–61.

Österreichische Nationalbibliothek

+7168012700

Digitized by Google

Digitized by Google

1954–61.

Österreichische Nationalbibliothek

+7168012700

Digitized by Google


Digitized by Google